



# **Beati Theodoretii Cyrensis episcopi In quatuordecim Sancti Pauli epistolas Commentarius,**

<https://hdl.handle.net/1874/428611>

BEATI  
 THEODORETI  
 CYRENSIS EPI  
 SCOPI IN QVA  
 TVORDECIM

Sancti Pauli epistolas Commentarius,  
 nunc primum Latine versus,  
 GENTIANO Herueto  
 Aurelio interprete.



FLORENTIAE

Excudebat Laurentius Torrentinus  
 cum Priuilegio  
 M D LII.

BEATI  
THEODORETI  
CYRENSIS EPI  
SCOPI IN QVA  
TORDECIM

Sancti Pauli epistolae Commentarius,  
nunc primum Latine versus,  
GENTIANO HERIETO  
Aurelio interprete.

82



FLORENTINE

Excudebat Laurentius Torrentinus  
cum Privilegio  
M D LII.

# HENRICO VALESIO

FRANCORVM REGI

CHRISTIANISSIMO

GENTIANVS HER-

VERTVS

S. D. P.



IV APVD me dubitavi Christianif-  
sime Princeps, hos ne pulcherrimos  
Theodoretii in Epistolas Pauli Commen-  
tarios, à me nuper Latinè uersos, sacro  
sancto tuo nomini dedicatos in lucem au-  
derem emittere. Ac primum quidem mi-  
hi nonnumquam ueniebat in mentem  
subuereri, ne nimia audacia ac potius te-

meritatis iure possem argui, qui nec genere, nec eruditione,  
nec uirtute non modo nobilis, sed ne notus quidem, imò uerò  
planè terræ, ut ita dicam, filius, ad te Regem omnium totius Eu-  
ropæ principum sine controuersia maximum & nobilissimum  
scribere auderem. Deinde uerò ne ei, ad quem tanti regni ge-  
renda reip. summa diuinitus delata est, hoc scriptorum genus  
minimè fortasse conueniret. Sed omnem omnino timorem mi-  
hi tandem excussit, & ut audacter ad te scriberem incitauit, sum-  
ma tua, quæ ab omnibus prædicatur, atque adeò laudibus in cœ-  
lum effertur, humanitas. Ita enim cœpi apud me cogitare. Quid-  
ni ad eum scribam principem, qui in summa omnium rerum po-  
testate ita modum tenet, ut amplissimum & maximum regnum  
adeptus, ne tantillo quidem sit factus insolentior: qui quæ sibi à  
Deo data est potestate ita utitur, ut priuata publicis postponens,  
communibus commodis sua contineri existimet, & Regis offi-  
cio ita se demum rectè functurum uerè sentiat, si totius populi  
bonum sibi proponens, singulorum quoque, quoad eius fieri po-  
test, rationem habendam esse ducat; qui se Regem ita à Deo  
constitutum esse sciat, ut se eius ministrum agnoscens, procuran-  
dam eorum quibus præest utilitatem, malis afferendum terro-  
rem, & bonis dandam esse laudem intelligat. Qui autem ita in  
principatu uitam suam instituit, minimè timendum est, ne is ul-  
lum ex suis propter obscuritatem aut generis humilitatem ha-  
beat despiciatui, & ne quæ sibi bona ac sincera mente dicuntur,

## EPISTOLA

non patienter & non æquo animo audiat. Iam uerò quod scriptorum genus et magis conuenire potest, qui quibusuis superbissimis Regum & Imperatorum titulis longe augustius ac magnificentius hæreditarium Christianissimi cognomen, tot iam sæculis, iustissimis de causis, à maioribus per manus traditum accepit, quàm eorum quæ diuinum ipsius Christi spiritum aperte nobis exprimunt & referunt? lætent & magnifice ostendent Romani suos Coriolanos, Numidicos, Africanos, Creticos, Asiaticos, & cæteros, qui ex urbium ac populorum cladibus & incommodis, ad laudem, ut sibi uisi sunt, insignia nomina peperere. Alii Augustos, uictores perpetuo felices, & triumphatores dici præclarum ac gloriosum existiment. Alii de Ptolemæorum, & si uelint etiam Sultanorum hæreditariis in regno suo titulis sibi placeant. Francorum Regibus unum semper satis fuit & erit Christianissimi cognomen, quod reliquis certè tanto antecellit, quanto Christus, à quo denominantur, in quo sunt absconditi omnes scientiæ thesauri, non quibuslibet solum mundi imperiis, sed uel cœlestibus ipsis dominationibus, thronis & potestatibus longè est superior. Hunc autem pulcherrimum Christianissimi titulum nunc demum uerè & perfectè tuentur, qui quod sit Christiani Principis officium in memoriam reuocantes, omnes suas actiones, omnia consilia, omnes denique suas cogitationes eò tanquam ad scopum dirigunt. Nemo uerò quod sit Christiani Principis munus unquam satis intelliget, qui non ab ipso Christo, diuinissimis, inquam, eius scriptis, & eorum quos post se tanquam per se locuturos, imo uerò in quibus ipse loquebatur, reliquit, ipsum Christum acceperit: hauserit, & quantum homini datum est, expresserit. Quo fit ut doctorum uirorum in sacros libros commentarios, quibus ad eos intelligendos facilius dari possit aditus, non modo te non indignos, sed tibi etiam in primis conuenire arbitret. Quod te ipsum quoque sentire eò facilius adducor, quòd ut patris tui summi uiri, & omnium suæ ætatis principum, absit uerbo inuidia, facile principis imperio successisti: ita maximas eius uirtutes hæreditario quoque iure ad te peruenisse non dubito. Inter cæteras autem eius laudes, quæ sunt præclarissimæ, & nullis sæculorum curriculis delendæ, tres fuerunt meo iudicio præcipuæ, à multis quidem iam celebratæ, Sed à nullo eorum qui uiuunt aut uicturi sunt, satis pro dignitate laudandæ. Nempe summæ doctrinæ coniuncta in uiros doctos summa liberalitas, & quod Regi Christianissimo conueniebat, uehementissimum tuendæ religionis studium.

Atque

Atque incredibilem quidem eius doctrinam omnes ii satis norunt, qui in eius aula uersati de quacunq. re proposita eum admirabiliter differentem audiuerunt. Summam autem eius in uiros doctos munificentiam, quæ est regio tam barbara, quæ tantis locorum interuallis à nobis disiuncta, quæ non uel audierit, uel aliqua etiam ex parte senserit; cum hoc ei esse unum propositum uideretur, ut doctorum hominum ingenia quacunq. posset ratione incitaret, adiuuaret, promoueret? Vt omittam quòd Lutetiæ eruditissimis trium linguarum et omnium bonarum artium delectis professoribus honestissima stipendia constituit, & luculentissimam librorum supellectilem sumptibus planè regis undique conquistam, ad omnium iuuanda studia, dum eos à typographis in lucem edendos curat, exprompsit. Quam quidem in uiros doctos beneficentiam, & summum literarum amorem, cum statim ab inita regni tui administratione te apertissimè ostendisse, & hic constans fama sit, & id esse uerissimum uir in primis prudens ac doctus Michaël ab Hospitali, qui tuus erat in Concilio legatus mihi affirmauerit, non possum non id laudare, suspicere, & admirari, & nobilissimi tui regni reipublicæ, imo uerò & tibi ipsi eo nomine gratulari. Quid dicam de eius summa in tuenda ac conseruanda religione constantia? quæ quidem est eo magis suspicienda, quòd his calamitosiss ac turbulentis temporibus uix relictus est unus aut alter princeps, qui non uel omnino defecerit, uel non in pietate aliquantisper refrixerit. Nam ut omittam quòd cum ab impiis hominibus sacræ aliquoties uiolata essent imagines, peractis publicis lustrationibus ac supplicationibus scelus nefarium expiandum esse duxerit: quòd in sacrorum rituum prophanatores & ecclesiæ desertores mitissimus alioqui princeps grauissima supplicia constituerit: Quo tempore per omnes totius Galliæ ciuitates uno & eodem momento in omnibus ferè templorum ualuis, triuiis, & compitis affixi sunt execrandi libelli, qui de diuino altaris sacrificio, & ecclesiasticis omnibus sacramentis, furiosissimè detrahebant, quanta, bone Deus, fuit Regis optimi, & ab omnibus prædicanda in Christum, cuius causa tunc agebatur, pietas? Qui non satis habuit, nudo capite, cereum manu gestans, lustrationi quæ pro expiando fiebat scelere, cum tota sua familia interesse, & de impiis hominibus, sceleris inquam authoribus, multitudini interim parcens, supplicium summi iubendo, quid animi haberet ostendere, nisi etiam conscenso suggestu, eloquentissima habita oratione, improbos à re-

## EPISTOLA

rum nouarum cupiditate deterreret & bonos in officio contineret. In qua quidem, uox illa planè regia, & Christiano Principe uerè digna, ab omnibus exaudita est, se ab execranda illa sceleris affinem esse sciret, eam sibi ipsi altera audacter præcideret. Hinc certe effectum est, ut uehementissimum, quod mox erupturum, & omnia occupaturum uidebatur, incendium, tanta Principis maiestate & à Deo inspirata dicendi facultate si non omnino extingueretur, saltem coërceretur, & utrunque comprimeretur: Tale ac tantum Christianissime princeps est tibi propositum domesticum exemplar ad imitandum, quod te non solum assequuturum, sed etiam longo interuallo superaturum, si paululum adnitaris, nemo est qui non speret, nemo tuorum qui non optet. Declarauit quidem sapius præstantissimorum, qui à fide orthodoxa deficiebant, audaciam suppliciorum grauitate deterruerit, & ne in apertum bellum exiret prohibuerit: sed ut insidiæ, quæ clam comparabantur, de medio tollerentur, & diu exoptata in religione pax ac concordia in regnum saltem suum introduceretur, id uerò efficere non potuit. Enimuerò ea laus diuino quodam iudicio Princeps Christianissime tibi est reseruata. id unum tibi restat faciendum, quòd si Christo duce effectum reddideris, maximam regno tuo quòd propter has de religione controuersias mirè est perturbatum, tranquillitatem afferes. Id ardentibus uotis à te omnes tui exoptant, quo perfectò, lux quædam Christianæ reip. affulgere uidebitur. Sed, quomodo, inquires, potest hoc à nobis fieri? Dicam tua humanitate fretus libere quod sentio, quod in bonam partem accipias uelim. Non quidem prudentia & ingenio adeò abundo, ut me tanto Principi consilium posse dare existimem. sed memineris oportet eius quod uulgo dicitur, etiam olitorem quandoque opportuna dicere. Nihil quidem afferam reconditum, nihil ex abstruso sapientiæ thesauro expromptum, sed quod uel in cuiusuis paulo considerationis ex uulgo ore uersatur. Prudenti autem & circumspecto Principi non quis dicat, sed quid dicatur attendendum est. Lutherani & cæteri, qui à rectè sentiente ecclesia defecere, hoc nobis in primis obiciunt quòd summi ecclesiastici Magistratus & præcipuæ rerum sacrarum procuraciones indignis passim mandentur. Quod utinam falso dicerent, & non hæc querela uiris bonis ac piis esset cum eis communis. Nemo est enim uerè Christianus, qui non tantam

tantam indignitatem non sine magno animi dolore deploret .  
 Ei autem rei si quod par est remedium afferatur , non dubito  
 quin hæc pacis componendæ & concordiaë inducendæ provin-  
 cia sit tibi facilis & expedita futura . Non multis ab hinc annis ,  
 rectè ne an secus , non est meum statuere , sed diuina quidem  
 certè permissioe factum est , ut à sanctæ memoriæ Leone Pon-  
 tifice maximo ecclesiasticæ electiones ad felicis recordationis  
 Francisci Regis patris tui arbitrium nominando deferrentur ,  
 sibi tamen instituendi ac confirmandi reseruata potestate . Eius  
 autem acerrimo iudicio & Leo ipse , & Clemens , & Adria-  
 nus , & qui eos secutus est Paulus tertius Pontifex maximus  
 meritò semper tantum tribuerunt , ut quem ille dignum iudi-  
 casset , is eis sua sententia semper instituendus & comproban-  
 dus uisus sit . In quo quidem eligendi negotio quàm præcla-  
 rè se gesserit , testantur permulti pii & docti Episcopi , qui &  
 Tridenti & Bononiæ fuere in Concilio . testantur etiam ali-  
 quot alii , qui in suis diocesisibus agentes , munus suum integrè  
 & innocenter obeunt . Nonnunquam tamen ( ignosce mihi  
 quæso ò pia & sancta anima ) uel gratia , uel precibus , uel of-  
 ficiis uictus , non ad illam exactam electionis normam omnes  
 examinauit . Huic eligendi muneri , tu , ut cæteris omnibus ,  
 Princeps Christianissime successisti , in quo si te ita gesseris ,  
 ut quæ in patre iure forte desiderata sunt , in te minimè re-  
 quirantur , summa certè omnia uidebere consecutus . Hoc au-  
 tem præclarè facies , si apud te constitues in ecclesiasticis man-  
 dandis Magistratibus nec gratiæ nec precibus , nec ullis ani-  
 mi propensionibus locum esse debere . Vetus est prouerbum  
 amicum esse oportere , sed usque ad aras . Quod profectò ad  
 hoc nostrum eligendi negotium optimè transferri potest .  
 Amico quidem gratificandum est , sed si id fieri non potest ,  
 sine ecclesiæ , quæ est templum Dei , atque aded corpus Chri-  
 sti , detrimento , quid dubitas potius amicum quàm Deum of-  
 fendere ? Quanquam quis se iure læsum esse conqueratur , si id  
 ei non concedatur , quod concessum & non rectè administra-  
 tum , ei animæ exitium cum plurimorum coniunctum pernicie  
 afferet ? Ab hac autem ambientium & rogantium molestia te  
 facile liberabis , si hanc tibi ipsi legem constitueris , quæ utinam  
 ubique terrarum fixa & firma esset , ut ecclesiasticum nulli man-  
 des magistratum , qui eum uel per se uel per alium ambierit . Id  
 autem si feceris , & uirtutis & doctrinæ , addo etiam ætatis ,



in primis esse habendam rationem duxeris, bone Deus, quis bonorum & doctorum uirorum prouentus breui in Gallia futurus est? Tantis certè, ut cum ecclesiasticum munus, aut ut melius cum Paulo dicam, opus uocauerit, ex eis dubites quisnam sit potissimum eligendus. Et certè si nunc, cum nulla aut admodum tenuia uirtuti ac doctrinæ sint proposita præmia, plurimi tamen sua sponte, ducti bonitate naturæ, egregiâ rebus diuinis nauant operam: quid tandem futurum putas, si suam quandoque eruditionem sperent futuram reip. utilem? Dolendum profecto, & maximè dolendum est, quòd cum sit Lutetiæ celeberrimum omnis generis doctrinæ & maximè Theologiæ emporium: qui in eo quidem aliquandiu operam literis gnauiter dederunt, in externis aliquot regionibus ad summos ecclesiasticos honores facile perueniunt: in media autem Galliæ luce in situ & puluere miserè delitescunt. Non possum tamen ire inficias, & utinam tam possem quàm lubenter uellem si possem, à summis etiam principibus & ipsi Apostolorum coryphæis in mandandis Magistratibus non semper ecclesiasticam exactè seruari regulam. Sed tuum est, tuum, inquam, hoc est principis & nomine & re Christianissimi non ex aliorū erratis tuam uitam instituere, sed tuo potius exemplo ad ecclesiasticam, quam, ut leuissimè dicam, alicubi lapsam esse negari non potest, erigendam & suo loco restituendam disciplinam inuites. Ad hoc efficiendum nemo tibi melius consilium dare potest, quàm sanctissimus Paulus, qui perfectissimum Christiani Episcopi exemplar in suis epistolis pulcherrimè describit. Quòd si tibi sequendum proposueris, quoties de creando Episcopo agetur, non solum tua sanctissima electio in nullius reprehensionem incurreret, sed etiam spes est fore ut respub. Christiana, in amplissimo regno tuo, euulsis omnibus sectarum & hæreseon stirpibus, in summam concordiam & tranquillitatem deducatur. His ego impulsus Christianiss. Princeps, non sum ueritus Theodoretæ Cyrensis Episcopi in D. Pauli Epistolas commentarios tuæ maiestati dedicare. Quos ut ab eo profectos, qui ut te Christiano Principe dignis opibus & uirtutibus perpetuo augeat, à Christo quotidie supplex petat, non grauatè accipias, & in tuorum librorum numero habeas, uehementer rogo & obsecro.

*Vale Princeps Christianissime. Pridie Cal. Iul. MDLI.*

## AD LECTOREM.



V M veterem noui testamenti versionem & longissimi temporis præscriptione munitam, & Concilii Tridentini auctoritate confirmatam esse viderem, in traducendo Theodoretum eam sequi mihi perpetuo visum est. Sed quoniã nonnunquam vsu veniebat vt aliter legeret Theodoretus, aliter nostra haberet editio, & quandoque Græce plus, quandoq. minus quàm Latine legeretur, id mihi visum est notandum in margine.

Porro autem quoniam Græca cum Latinis conferens, nonnulla quæ rectè alioqui versa erant, aliter significantius dici potuisse animaduvertebam, eius quoque rei Lectorem admonendum esse censui, & vt in ea re me fideliter & integrè versatum intelligeret, & quod Græce habetur, & quomodo mihi commodius verti posse videatur, adnotaui, id interea doctorum virorum iudicio relinquens. Hoc autem fuit necessario faciendum, ne id mihi eueniret quod aliquot aliis minime contemnendis alioqui interpretibus, qui dum veterem editionem perpetuo sequerentur, nec si quid Græce discreparet in eo quem interpretabantur auctore Lectorem admonuere, Pauli quem Latine habemus contextui dissimilem interpretationem nonnunquam attulere, vt, quo nihil esse potest absurdius, aliud quidem diceret Paulus, ipsi verò aliud exponerent. Habes Lector mei in hoc opere consilii rationem, quam æquo animo accipe, & Theodoretum nostro succinctè quidem, sed non minus eleganter quàm piè Pauli sensum explicante, & sententias sententiis, quod in Paulo videtur difficillimum, miro artificio connectente fruire. Cùm autem ex eius lectione non parum, vt spero, fructus acceperis, memento te viro in primis Reuerendo & ad fouenda & promouenda Doctorum virorum studia nato, Marcello Ceruino, Cardinali sanctæ Crucis, eum acceptum ferre debere, qui & eum Græcè transcribendum curauit, eoque mihi liberaliter communicato vt eum Latine verterem auctor fuit. Cum hoc opus vellem in lucem edere, admonuit me Guilelmus Sirletus vir Græce & Latine doctissimus, & multiplici rerum cognitione præditus, desiderari in hoc cõmentario id quod ex eo citat Diuus Thomas Aquinas in Opere aduersus errores Græcorum, ad probandum ignem purgatorium, allegando eius verba hoc modo. Theodoritus Episcopus Cyrensis super illud 1. Cor. 3. Si cuius opus arserit &c. Sic dicit. Dicit Apostolus quod saluabitur sic tanquàm per conflagrationem ignem purgantem quid quid interim per cautelam præteritæ vitæ ex puluere saltè pedum terreni sensus, in quo tandiu manet quidquid corpulentia, & terreni affectus inhæsit purgetur, pro quo mater ecclesia hostias & dona pacifica deuote offert, & sic per hoc mundus inde prius exiens, Domini Sabaoth purissimis oculis immaculatus assest. Huius rei Lector te admonendum esse censui, vt id in nostro defuisse exemplari intelligas, nec fidem meam quam in interpretando me præstitisse arbitror, desideres. Vt autem quis & quantus vir fuerit Theodoretus, & quamuis falso calumniis appetitus, intelligas, subiunxi duas epistolas, vnã ipsius Theodoretum ad Leonem Romanum Pontificem ex ipsius Theodoretum epistolis, quæ in Bibliotheca Vaticana habentur, acceptam: alteram Leonis ad eundem Theodorum, qui falso scribitur Theodoricus, quæ facile declarans Theodoretum fuisse virum & optimum & longè doctissimum, & quod maximè refert, in primis Orthodoxum. Vale, & fruire.

THEODORETUS LEONI  
ROMAE EPISCOPO.

**S**I Paulus praeceps veritatis, tuba sanctissimi spiritus, ad magnum Petrum cucurrit, ut iis qui Antiochia de institutis legalibus contendebant ab ipso afferret solutionem; multo magis nos qui abiecti sumus & pusilli, ad Apostolicam vestram sedem currimus, ut ecclesiarum ulceribus medicinam à vobis accipiamus. Vobis enim per omnia primos esse convenit. Multis enim quibus superiores estis ornatu vestra sedes. Alias enim urbes ornat vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorum qui inhabitant: Nonnullas autem iis priuatas dona quadam illustrant spiritalia: vestra autem redundantem bonorum copiam dedit is qui est bonorum largitor. Ea est enim omnium maxima & praeclarissima, & qua praestit orbis terrarum, & eorum qui inhabitant abundat multitudo. Accedit his quòd hoc quoque quod rerum potitur peperit imperium, & propria sua appellatione eos quibus imperat impertit. Praecipue autem & insigniter eam exornat fides, & fide dignus testis diuinus Apostolus qui clamat. Fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. Si autem diuinæ praedicationis statim susceptis seminibus, mirabiles hos fructus & tam vberes tulit: quanam ad eam quae nunc in ea versatur pietatem laudibus celebrandam suffecerit oratio? Habet autem communium quoque patrum & veritatis Doctorum Petri & Pauli sepulchra, quae fidelium animas illuminant. Horum autem beatissimum par & plane diuinum, exortum quidem est in Oriente, & radios omnem in partem emisit: in Occidente autem prompto & alacri animo vitæ suscepit occasum, & nunc illinc orbem terræ suis radiis illustrat. Si vestram sedem effecere magis illustrem, ea est vestrorum bonorum colophon. Illorum autem Deus nunc quoque illorum sedem claram insignemque reddidit, cum vestram sanctitatem in ea collocauerit, quae radios fidei orthodoxae emittit. Atque huius quidem possunt multa quoque alia inueniri indicia: sufficit autem vel vester zelus in nefandos infastosque Manichaeos, quem vestra nuper sanctitas aperuit, ostendens vestra in Deum pietatis studium. Satis sunt etiam quae nunc à vobis scripta sunt, ad significandum vestrum characterem Apostolicum. Incidimus enim in ea quae scripta sunt à vestra sanctitate de suscepta à Deo & Seruat ore nostro humanitate, ut quae accurate ac perfectè scripta essent admirati sumus. Utraque enim simul declarabant, & aeternam vniuersi ex aeterno patre diuinitatem, & quae erat ex semine Abrahae & David humanitatem, & quod quae sumpta erat natura erat nobis similis in omnibus; solum autem erat dissimilis quod ab omni peccato permanserit alienus, quandoquidem id non à natura, sed ab animi instituto & libero arbitrio nascitur. Habebant

bant autem hæc quoque scripta, quòd vnus quidem est vnigenitus Dei fi-  
 lius, est autem eius diuinitas impatibilis, immutabilis, & in quam non ca-  
 dit alteratio, sicut is qui genuit ipsum pater & sanctissimus spiritus: &  
 ideo patibilem suscepit naturam, quando quidem in diuinam naturam non  
 cadit passio, vt sua carnis passione largiretur impatibilem iis qui in ipsum  
 credidissent. Hæc & quæ sunt his similia, scripta continebant. Nos au-  
 tem spiritalem admirati sapientiam tuam, quæ per vos locuta est sanctissi-  
 mi spiritus gratiam laudauimus: hortamurque, rogamus, obsecramus, &  
 supplicamus sanctitati tuæ, vt quæ tempestate agitantur Dei ecclesis opem  
 feras. Nam cum per ea quæ à vestra sanctitate Ephesum scripta sunt spe-  
 rassemus fore vt sedarentur fluctus, in grauiorem procellam incidimus. In-  
 iustissimo enim Alexandrinorum Præsuli non suffecit iniqua, atque adeò  
 iniustissima depositio sanctissimi, & religiosissimi Constantinopolitanorum  
 Episcopi Domini Flauiani, nec eius expleuit animum similis cades aliorum  
 Episcoporum: quinetiam me quoque absentem calamo similiter iugulauit,  
 cum me nec in ius vocasset, nec præsentem iudicasset, nec quid de suscepta  
 à Deo & seruatore nostro humanitate sentirem interrogasset. Atque ho-  
 micidas quidem, & sepulchrorum effossores, & eos qui aliena cubilia vio-  
 lauerint, non prius condemnant iudices quàm ipsi accusationem confessione  
 sua confirmauerint, uel ab alijs aperte conuicti fuerint. Nos autem, is qui  
 in diuinis legibus est eductus, triginta quinque dierum spatio remotos conde-  
 mnauit vt voluit. Et nec hoc nunc solum fecit, sed etiam anno superiore,  
 cum duos viros qui in morbum Apollinaris inciderant, illucque excurrer-  
 rant, & calumnias in nos contexuerant, excitasset, nos in ecclesia notauit  
 anathemate, idque cum ego ad eum scripsissem, & quæ sentio literis signifi-  
 cassem. Ego autem ecclesiam quidem defleo tempestatem, quietem autem  
 amplector. Nam cum viginti sex annis mihi ab vniuersorum Deo credi-  
 tam ecclesiam per vestras preces rexerim, non tempore beatissimi Theodoti  
 Orientis Præsulis, non tempore illorum qui ei in sede Antiochena succe-  
 dere, quantumuis leuem subij reprehensionem: sed mihi diuina opem ferente  
 gratia, plusquam mille animas liberaui à morbo Marcionis: multos au-  
 tem alios à secta Ary & Eunomij adduxi Christo Domino, & vt in octin-  
 gentis ecclesiis pastor essem mihi sortito obtigit: tot enim paræcias habet Cy-  
 rus, in quibus per vestras preces ne vnus quidem remansit zizanium; sed  
 ab omni errore hæretico liberatus fuit grex noster. Nouit qui omnia intue-  
 tur, quot à nefandis hæreticis lapides à me immisos sustinuerim, quàm  
 multa in multis Orientis ciuitatibus certamina susceperim, aduersus gen-  
 tes, aduersus Iudeos, aduersus omnem hæreticum errorem. Et post tot  
 sudores & labores ne in ius quidem vocatus sum condemnatus. Ego au-  
 tem Apostolica vestrae sedis expecto sententiam: & supplico & obsecro ve-  
 stram sanctitatem vt mihi opem ferat iustum vestrum, & rectum appellan-

THEODOR. EPIST. AD LEON. PP.

*iudicium, & iubeat ad vos accurrere, & ostendere meam doctrinam ve-  
 stigia Apostolica sequentem. A me enim scripta sunt alia quidem ante  
 xx. annos, alia verò ante decem & octo, alia ante quindecim, alia ante  
 duodecim, partim quidem aduersus Arrianos & Eunomianos, partim  
 verò aduersus Iudaeos & Gentes, partim verò aduersus Magos qui sunt in  
 Perside: alia rursus de vniuersa ac generali prouidentia. alia rursus per  
 diuinam gratiam à me sunt explicata de Theologia, & diuina humana na-  
 tura susceptione: & scripta Apostolica, & Propheticae praedictiones, &  
 ex his facile sciri potest, an seruauerim rectam, atque inflexam fidei regu-  
 lam, an rectitudinem eius transierim. Sed supplicationem meam quaeso  
 ne respuatis, nec miseram meam canitiem despiciatis, quae post tot labores  
 affecta est contumelias. Ante omnia autem rogo ut sciam à vobis, an in  
 iniusta hac depositione me oporteat acquiescere, an non. Vestram enim  
 expecto sententiam, & si iudicatis me stare iusseritis, stabo, nec vlli deim-  
 ceptis homini molestiam exhibebo; sed quod flecti non potest Dei & Seruato-  
 ris nostri expectabo iudicium. Nihil autem, ut Dominus Deus est testis, nec  
 honor cura est nec gloria, sed tantum scandalum quod factum est, quòd mul-  
 ti ex simplicioribus, & maxime qui ex diuersis haeresibus à nobis capti sunt,  
 sedem eorum qui nos condemnarunt attendentes, existimabunt nos fortasse  
 haereticos, ut qui quod sit rectum perfectumque dogma uidere nequeant.  
 Quòd autem cum tot annis fuerim Episcopus, non domum possederim, non  
 agrum, non obolum, non sepulchrum: sed sponte electam amplexus sum pauper-  
 tatem, & quae nobis à parentibus obuenerant, post illorum mortem statim distri-  
 buerim, norunt omnes qui in Oriente habitant. Ante omnia autem supplico  
 uestro sacro & Deo amico capiti, ut precium mihi praebeat auxilium. Hac per  
 religiosissimos & Dei amantissimos Presbyteros Hypatium & Abramium  
 Chorepiscopos, & Alypium praesidem eorum qui sunt apud nos Monacho-  
 rum, uestram docui sanctitatem, quandoquidem ne ad uos uenirem me Impera-  
 toris literarum uincula retinere. Sicut ergo alios, rogo etiam sanctitatem  
 uestram, ut eos paternè aspiciat, & inflexus aures beneuolas eis pra-  
 beat, & quae calumnijs appetitur & temere oppugnatur sene-  
 ctutem meam uestra dignetur cura ac prouidentia, &  
 ante omnia fidei cui insidiae tenduntur, omnibus  
 uiribus curam gerat, & ecclesijs paternam  
 suam conferuet integram heredita-  
 tem, ut pro his quoque remune-  
 rationes accipiat sancti-  
 tatis uestra à liberali  
 & munifico  
 Deo.*

Dilectissimi

DILECTISSIMO FRATRI  
THEODORITO EPISCOPO,  
LEO EPISCOPVS.

**R**EMEANTIBVS ad uos fratribus, & consecratoribus nostris, quos ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit, agnouimus, dilectionem tuam, superno adiutorio, nobiscum tam Nestorianæ impietatis, quam Eutyochianæ uesania, extitisse uicticem. Vnde gloriamur in Domino, cum Propheta canentes, Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram, qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit, sed quæ nostro prius ministerio definerat, uniuersæ fraternitatis irretractabili firmavit assensu, ut uere à se prodisse ostenderit, quod prius à prima omnium sede formatum, totius Christiani orbis iudicium recepisset, ut in hoc quoque capiti membra concordent, in quo amplior nobis in hac re sit gaudendi materia, dum & tanto magis se perculit inimicus, quanto contra Christi ministros seuius insurrexit. Nam ne aliarum sedium ab ea, quam cate-

uis omnium dominus statuit presidere, consensus assentatio uideretur, aut alia quolibet subrepere posset aduersa suspicio, inuenti prius sunt qui de iudiciis nostris ambigebrent. Et dum nonnulli ad dissensiones incitati ab authore contradictionis, ad insana bella profiliunt, ad maius bonum, authore totius bonitatis dispensante, peruentum est. Dulcius siquidem munera gratiæ diuinæ proueniunt, quoties non sine magnis sudoribus acquiruntur. Et minus bonum uideri solet, pax continuata per otium, quam reddita post laborem. Ipsa quoque ueritas & clarius renitescit, & fortius retinetur, dum, quæ fides prius docuerit, hæc postea examinatio confirmat. Multum denique sacerdotalis officij meritum splendet, ubi sic summorum seruetur auctoritas, ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas. Et ad maiorem Dei gloriam proficit finis examinis, quando ad hoc se accipit exercendi fiducia, ut uincatur aduersitas ne quod per se probatur reprobum, silentij præiudicio uideatur oppressum. Exulta igitur, charissime frater, & in unico Dei filio uictor exulta. Vicit per nos ille, cuius carnis ueritas negabatur: uicit per nos, & pro nobis ille, cui uicimus, per quem secunda est post aduentum Domini hæc orbi festiuitas. Redditum seculo est, prædone prostrato, incarnationis diuinæ mysterium, quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre non poterat, calumniis obscurabat. Quinimo ab incredulorum corde perierat immortale mysterium, quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa ueritate suis dicente discipulis: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur. Solis iustitiæ iubar, densis per Orientem Nestorū & Eutychetis nebulis impeditum, pure ab Occidente resplenduit, ubi commercium in Apostolis & Doctoribus principaliter collocauit, quamuis nec illic unquam defuisse credendus sit, quo confessores sibi egregios reseruauit, ita ut dum denuo conaretur hostis antiquus, per secundi Pharaonis impœnitens cor, fidei Abrahæ semen, & filios repromissionis extinguere, Deo miserante, languescens, nisi sibi nocere, nihil posset. De quo & illud omnipotens mirabilis egit, quia & quos sibi socios ad Israëliti populi cedes ascieuerat non cum tyrannidis authore submersit, sed cum suo populo congregauit. Et sicut reuera se dignum, & soli sibi possibile fons misericordiæ nouerat, uictos à nobis, nobiscum fecit esse uicturos. Nam dum solus uere sit humani generis hostis spiritus falsitatis, omnes de illo iam triumphare non dubium est, quos sibi ueritas uendicauit. Nunc profusus illa Redemptoris nostri dicta, quam sint diuinæ au-

Psal. 123.

alias, ad eam.

alias & ad dissensionum coacti authore ad contradictionum bella.

Marc. ult.

alias culmen summum.

LEONIS EPIST.

thoritatis, apparet, dum contra hostes fidei sic aptantur, ut de ipsis dubitare dictum  
 non liceat. Vos (inquit) ex patre diabolo estis: Et desideria patris uestri uultis implere:  
 Ille homicida fuit ab initio, & in ueritate non stetit, quia ueritas in eo non est. Quando  
 loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. Ni-  
 hil ergo mirandum est, quod hi, qui in ueritate Dei nostra natura mendacium credide-  
 runt patri suo & circa ista concordant, quicquid uisum, quicquid auditum, quic-  
 quid denique (teste Euangelio) tactum est, atque palpatum, in unico Dei filio, non eius  
 cuius probatum est, asserentes, sed coeterna, & coessentialis patri fuisse substantia,  
 quasi aut diuinitatis natura, crucis ligno transfixa sit; aut inconvertibilis cresceret  
 per atatas, & in sapientia proficere, sapientia sempiterna, uel spiritus Deus, qui spiritus  
 est, subinde repleti potuerit. In hoc quoque se acerba uesania, ex quo auctore pro-  
 cesserit, prodit, quod quantum in se est, uniuersis nocere molita est. Nam qui nos  
 persequendo afflixit, ceteros ad consensum sceleris impellendo deprauauit. Sed nec nos  
 licet in singulis fratribus (quia membra nostra sunt) uulnerasset, à speciali dolore fe-  
 cit exceptos, quibus noua & inaudita prius, atque incredibili audacia inferre contra  
 suum caput est molitus iniuriam. Sed utinam uel post tot pessima resipiscens, non nos  
 etiam de suo eterna damnationis interitu contristaret. Quam mensuram sceleris pre-  
 termisit, cui nec hoc sufficere potuit, quod nec uiuis parcendo, nec mortuis etiam in  
 sanguine innocentis & catholici sacerdotis pollutas iam pridem abdicata ueritate, at-  
 que approbata falsitate, manus intinxit? Et quum scriptum sit. Qui odit fratrem  
 suum, homicida est, ille (quod odio iam fecisse, additus est) impleuit operibus, qua-  
 si nec audisset illud quod Dominus ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde,  
 & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est, & onus me-  
 um leue est. Dignus diabolici prae dicatur erroris Aegyptius uastator inuentus est, quia  
 tanquam saeuissimus tyrannus, ecclesiae nequandas blasphemias per uiolentam sedition-  
 forum turbam, & per cruentas manus militum uenerandis fratribus imponebat. Et  
 cum uoce nostri Redemptoris firmatum sit, unum eundemque homicidij & falsitatis  
 auctorem, ille pariter utrunque compleuit, quasi non ut caueantur, sed ut perpetren-  
 tur, scripta sint, ad perditionis suae cumulum trahens, quae Dei filius monuit ad salu-  
 tem. Illud quoque surda nimis aure praeteriens, quod ab eodem Domino dictum est:  
 Ego quod uidi apud patrem meum, loquor, & uos ergo, quod uidistis apud patrem ue-  
 strum, facitis. Igitur, dum sanctae memoriae Flauiano uitam praesentis seculi molire-  
 tur auferre, se serena uitae luce priuauit: Dum uos ab ecclesiis uestris conaretur ex-  
 pellere, se à Christianorum collegio segregauit. Dum trahit plurimos, & impellit ad  
 erroris assensum, multiplici animam suam uulnere sauciauit, solus ultra omnes, &  
 per omnes, ac pro omnibus reus, qui causareatus omnibus fuit: Sed licet his tua fra-  
 ternitas, solido cibo firmata, indigere minime uideatur, tamen ut, quod nostri loci est  
 impleamus circa uocem dicentis Apostoli. Praeter ea quae extrinsecus sunt, instantia  
 mea quotidiana, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infir-  
 mor? Quis scandalizatur, & ego non uoror? hoc praecipue praesenti occasione credi-  
 mus admonendum, frater charissime, ut quotiescunque, diuina gratia administrante,  
 illos, qui foris sunt, fonte doctrinae aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab illis  
 quas spiritus sancti diuinitas in Chalcedonensi concilio protulit, fidei regulis recedentes  
 inter utrumque hostem nouellae perfidiae sermonem nostrum cum omni cautela libere-  
 mus, non iam (quod absit) tanquam de dubiis disceptantes, sed autoritate sua quae be-  
 ne definita sunt, astruentes, quum & in apostolicae sedis epistola, uniuersali sanctae  
 Synodi assensu firmata, tanta diuinae autoritatis testimonia nouerimus esse congesta,  
 ut nullus queat ulterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre malu-  
 erit,

AD THEODOR.

erit, quum synodalia gesta, uel quibus primum definitio fidei legitur esse formata, uel quibus presata litera apostolica sedis, etiam tua fraternitatis studio defensa sunt, & maxime ad pijsimos principes totius concilij alloquutio, tot sit precedantium patrum testimoniis roborata, ut quamuis imprudenti ac pertinaci animo, sit a tamen non iam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, ualeant suadere. Vnde hoc quoque contra hostes ecclesie providere condignum est, ut eis nullam calumniandi occasionem (quod ad nos attinet) penitus relinquamus, nec unquam contra Nestorianos, aut Eutychianos agentes, alteri eorum uideamur terga uertisse, sed utrosque Christi hostes aqua lance uitemus atque damnemus, ita ut nos, quoties audientium, quantalibet possit utilitas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promptissime atque euidentissime feriamus, ne si a nobis hoc, quod obscurius fieri uideatur, aut tardius, putetur inuitum. Quod quamuis prudentiam tuam re ipsa admonere sufficiat, nunc tamen & experientia docuerunt. Sed benedictus Deus noster, cuius inuincibilis ueritas ab omni hereseos macula mundum te, secundum sedis Apostolicæ iudicia demonstrauit. Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, sit a talem te qualem probauimus, ac probamus, pro uniuersalis ecclesie defensione seruaueris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias soluit, maximam beatissimi Petri curam pro nobis cunctis agnoscimus, qui postquam sua sedis iudicium in fidei definitione firmavit, nec circa cuiusquam uestrum, qui nobiscum pro catholica fide laborastis, personam, quicquam reprobum uideri permisit, quia nec poterat, spiritu sancto indicante, quisquam ex eis non uictor exire, quorum iam uicerat fides. Quod superest, exhortamur, ut quia illic, nonnullis Eutychiani ac Nestoriani erroris reliquias cognouimus remansisse, nunc etiam sedi Apostolicæ collabores. Victoria enim, quam Christus Dominus Deus noster sua donauit ecclesie, quamdiu in hoc mundo uersamur, licet fiduciam maiorem tribuat, non tamen in totum sollicitudinem perimit, nec ut dormiamus donata est sed ut suauius laboremus. Vnde in hoc quoque tuae uigilantiæ sollicitudine uolumus adiuuari, ut tua relatione currete, quod apud illos religionis doctrina dominica proficiat Apostolicam sedem festines instruere, quatenus illius religionis sacerdotes, in quocumque usus necessitas exegerit, adiuuemus. De his uero, quæ in suprascripto concilio illicita, contra uenerabiles Nicænos canones, presumptione tentata sunt, ad fratrem & coepiscopum nostrum Antiochenæ sedis presulem scripsimus, adijcetes & illud, quod nobis propter improbitatem monachorum quorundam, religionis uestræ uerbo mandastis per uicarios nostros, & hoc specialiter statuentes, ut præter domini sacerdotes nullus audeat prædicare, seu monachus, siue ille sit laicus, qui cuiuslibet scientiæ nomine gloriatur. Quas tamen literas pro utilitate uniuersalis ecclesie, per præ-

16. q. 1.  
adijciimus.

Etum fratrem & coepiscopum nostrum Maximum, ad omnium uolumus peruenire notitiam, & ob hoc, hic uolumus earum exemplar adijcere, quia quæ prædicto fratri iniuimus, non dubitamus implenda.

Et alia manu. Deus te incolumen custodiat, frater charissime.

Data quarto Idus Iunij, Opilione uiro charissimo consu-

le.




Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words are difficult to decipher but appear to be Latin or Old French.

# BEATI THEODORETI

## QUATVORDECIM SANCTI

PAVLI EPISTOLARVM

### INTERPRETATIO.



CIO quidem fore, vt dum diuini Pauli doctrinam interpretari conor, maledicorum ac detractorum linguas non possim effugere. Quinetiam me forte arrogantia ac temeritatis ab eis accusatum iri, quod post hunc & illum, qui sunt totius orbis lumina, audeam Apostolicam interpretationem adgredi. Adgrediar tamen, non meis quidem viribus fretus, sed diuinam orans gratiam vt Apostolicæ sapientiæ profunditatē ostendat, & ablatis literæ velamentis, aperiat. Vt iis, qui illius participes esse volunt, paratum lucrum offeram. Eos autem, qui vt alienos labores reprehendant sibi possunt in animum inducere, adhortor, vt diuinam scripturam perfectè ediscant. Multa enim eiusmodi exempla inuenient. Etenim Eldad & Medab suffragium quidem humanum non sunt assecuti, nec in septuaginta Iudicum numerum relati. Quinetiam magnus ille Moses ipsos cum reliqua populi multitudine reliquit. Diuina tamen gratia dignati, & donū Propheticum assecuti sunt. Samueli quoque Prophetæ, cum esset adhuc adolescentulus, ne postremum quidem ministerium à sacerdotibus obire permissum est. Immatura enim ætas eum à munere obeundo arcebat: tamen vt ei Deus appareret assecutus est; diuinaque visionis fructum percepit; & Domini Dei vocem auribus accepit, cum quid Deus esset nondum didicisset. Quinetiam Helias, qui se solum esse relictum Prophetam existimabat, audiuit tamen relictæ esse septem millia à cultus idolorum errore aliena, & quæ Deo quem par est cultum exhibebant. Innumerabilia autem eiusmodi, quæ in scripturis narrantur, possunt inueniri. Non est ergo alienum, vt nos quoque, tanquam quidam culices, vnà cum illis apibus per prata Apostolica bombum edentes circumuolemus. Dominus enim & diuites & pauperes efficit: humiliat, & exaltat, è terra pauperem excitat, & è stercore mendicum erigit. Vt sedere eum faciat cum Principibus populi & throno gloriæ. Et Dominus cæcos illuminat, & sapientes retrorsum conuertit, & eorum consilium stultum efficit. Quamobrem vt intelligentis lucis radium assequar precatus, interpretationem adgredi audebo: & ex puris ac diuinis patribus ea quæ ad id conferent colligam. Breuitatis autem quam maximam potero curam geram. Scio enim breuitatem eos etiam, qui se otio totos dedunt, ad legendum adhortari. Ac primum quidem Apostolicarum Epistolarum temporis ordinem conabor ostendere. Quatuordecim quidem epistolas scripsit beatus Paulus. Quem autem habent in libris ordinem, eum minime ab eo factum esse existimo. Sed quemadmodum sacros quidem Psalmos Diuinus David suscepta sancti spiritus operatione conscripsit: eos autem quidam alii postea vt voluerunt inter se concinnarunt: & spiritalem quidem bonum odorem emittunt, sed temporis ordinem non habent: ita etiam has epistolas Apostolicas fuisse compositas inueniri potest. Quæ enim à Diuinissimo Paulo ad Romanos scripta est epistola, primum qui-

Num. 11.

Reg. 1.  
cap. 3.

3. Reg. 19.

επιβολησται  
Psal. 113. & Reg. 1.  
cap. 11.

μωσαυε

B. THEODOR. IN EPIST.

2  
 prima. dem locum sortita est. Ultima autem omnium, quæ ex Asia, & Macedo-  
 1. Thef. 3. nia, & Achaia missæ sunt, scripta est. Primam enim scriptam esse exi-  
 stimo priorē ad Thessalonicenses. Eam enim misit Athenis Diuinus Apo-  
 stolus, vt ad eos scribens docuit. In medio enim epistolæ sic dicit. Propter  
 quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis. &  
 misimus Timotheum fratrem nostrum, & fidelem ministrum Dei & coo-  
 peratorem nostrum in Euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhor-  
 secunda. tandos pro fide vestra. Rursus autem cum non multum temporis præ-  
 teriisset, iisdem scripsit secundam. Ab Actuū autem historia docemur,  
 quodd diuinus Paulus relictis Athenis Corinthum venit, illic autem pluri-  
 mo tempore versatus est. Post eas autem scriptam esse existimo prio-  
 rem ad Corinthios. Eam autem scripsit cum Ephesi tunc temporis ageret.  
 Cor. cap. 16. Et hoc ipse declarauit. Dicit enim circa finem epistolæ. Permaneo au-  
 tem Ephesi vsque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnū  
 & efficax, & aduersarii multi. Venit autem Ephesum postquam prædica-  
 set Macedonibus, & Atheniensibus, & Corinthiis: vt docet historia Actuū  
 quarta. Apostolorum. Secundam quoque ad Corinthios post eam scriptam es-  
 se existimo. Cum enim, vt erat pollicitus, ad eos veniret, & aliquantum  
 temporis in Macedonia ageret, illhinc misit. Et hoc rursus in eadem epi-  
 stola declarauit. Cum enim quas in Asia & in Troade subiisset, afflictio-  
 nes narrasset, dicit in medio. Etenim cum nos venissemus in Macedo-  
 2. Cor. cap. 7. *ἀνωγειν* relaxa-  
 tionem, remissio-  
 nem, remissionem  
*ἀλλ' οὐ  
 πάλιν διλιθόμενοι*  
 Sed in omnibus  
 afflicti. Hebrai-  
 ismus Consula-  
 tus est, *παρηκολού-  
 ησα* pasc. consola-  
 tionē accepit.  
 cap. 8.  
 cap. 9.  
 Ne cum vene-  
 rint, *μὴ ἵνα ἐάν  
 ἔλθοσι* ne si vene-  
 rint.  
 quinta. 1. Timot. 1.  
 Act. 16.  
 Act. 18.  
 Act. 18.  
 Instabat verbo  
*ἔπειτα ἔπειτα λέγει*  
 Eras. leg. *συνει-  
 χιστο* τὸ ἄθυμα  
 arctabatur ani-  
 mo.  
 sexta. ad Tit. 3.  
 septima. ad Rom. 15.  
*ὡν δὲ*  
 cap. 15.  
*διακονῶν* mini-  
 strans.  
 dem locum sortita est. Ultima autem omnium, quæ ex Asia, & Macedo-  
 nia, & Achaia missæ sunt, scripta est. Primam enim scriptam esse exi-  
 stimo priorē ad Thessalonicenses. Eam enim misit Athenis Diuinus Apo-  
 stolus, vt ad eos scribens docuit. In medio enim epistolæ sic dicit. Propter  
 quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis. &  
 misimus Timotheum fratrem nostrum, & fidelem ministrum Dei & coo-  
 peratorem nostrum in Euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhor-  
 tandos pro fide vestra. Rursus autem cum non multum temporis præ-  
 teriisset, iisdem scripsit secundam. Ab Actuū autem historia docemur,  
 quodd diuinus Paulus relictis Athenis Corinthum venit, illic autem pluri-  
 mo tempore versatus est. Post eas autem scriptam esse existimo prio-  
 rem ad Corinthios. Eam autem scripsit cum Ephesi tunc temporis ageret.  
 Et hoc ipse declarauit. Dicit enim circa finem epistolæ. Permaneo au-  
 tem Ephesi vsque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnū  
 & efficax, & aduersarii multi. Venit autem Ephesum postquam prædica-  
 set Macedonibus, & Atheniensibus, & Corinthiis: vt docet historia Actuū  
 Apostolorum. Secundam quoque ad Corinthios post eam scriptam es-  
 se existimo. Cum enim, vt erat pollicitus, ad eos veniret, & aliquantum  
 temporis in Macedonia ageret, illhinc misit. Et hoc rursus in eadem epi-  
 stola declarauit. Cum enim quas in Asia & in Troade subiisset, afflictio-  
 nes narrasset, dicit in medio. Etenim cum nos venissemus in Macedo-  
 niam, nullam quietem habuit caro nostra. Sed omnem tribulationem pas-  
 si sumus. Foris pugnae, intus timores. Sed qui consolatur humiles, conso-  
 latus est nos in aduentu Titi. non solum autē in præsentia ipsius, sed etiam  
 in consolatione qua consolatus est in vobis. Et rursus. Notam autem vo-  
 bis facimus fratres gratiam Dei datam ecclesiis Macedoniae. Et rursus.  
 Ne cum venerint mecum Macedones. Quintam scriptam esse existimo  
 priorē ad Timotheum. Post proœmium enim dicit. Sicut rogavi te vt  
 remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam. Docet autem nos etiam  
 Actuū historia, quod quando primum venit in Macedoniam, nondum  
 quidem Ephesum venerat. Prohibiti enim, inquit, fuerant à spiritu lo-  
 qui verbum in Asia. Erat autem etiam vnà cum eo Timotheus. Nam hoc  
 quoque apertè docet Actuū historia. Nam cum Iudæi ex Thessalonica  
 Berrhœam venissent, & multitudinem ad seditionem concitassent, Diui-  
 nus quidem Apostolus Athenas nauigauit. Manserunt autem, inquit, Silas  
 & Timotheus illhic. Et rursus cum quæ Corinthi acta sunt scriptor narra-  
 ret, & doceret quomodo diuinus Apostolus in Synagoga in omni sabba-  
 to docuerit, & quodd Iudæis & Græcis persuaserit, subiunxit. Postquam  
 autem venerunt ex Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus  
 testificans Iudæis Christum Iesum. Clarum est ergo quodd quando secun-  
 do ex Epheso venit beatus Paulus in Macedoniam, tunc illhic optimum  
 Timotheum reliquit, vt eorum curam gereret, qui salutarem prædica-  
 tionem susceperant. Post hanc, eam esse scriptam existimo quæ ad Titum  
 missa est. Cum enim in iis adhuc locis Paulus ageret, iussit Tito, vt ad se  
 veniret. Sic autem dicit, Cum misero ad te Arteman, vel Tychicum, fe-  
 stina ad me venire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. Dicunt autem  
 Nicopolim esse urbem Thraciæ, & esse Macedoniae propinquam. Septi-  
 mam misit ad Romanos. Post eas enim omnes se hanc scripsisse docet.  
 Sic autem dicit. Nunc igitur proficiscor in Hierusalem ministrare sanctis.  
 Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in  
 pauperes sanctos qui sunt in Hierusalem. De his autē pecuniis dicit etiam  
 in secun

- A** in secunda ad Corinthios epistola. Ne quando venero, tunc collectæ fiant. 1. ad Cor. 16.  
 Quando autem venero, quos per epistolas probaueritis, eos mittam ad de-  
 ferendam gratiam vestram in Hierusalem. Quòd si dignum fuerit vt ego  
 quoque proficiscar, mecum proficiscentur cum iis pecuniis in Hierusalem.  
 Soluens Mileto dicit Ephesiorum senioribus. Non amplius videbitis faci- Act. 20.  
 eiem meam vos omnes, per quos transi prædicans regnum Dei. Quod  
 ita euenit. Mox enim Hierosolymis accusatus quòd contra leges face- Act. 21. & 25.  
 ret, & illud maximum periculum perpeffus, per Tribunum quidem mili-  
 tum à Iudaicis manibus liberatus est: appellatione autem vsus, sub Festo  
 Romam venit. Quòd autem Corinthi scripserit epistolam ad Romanos, ad Rom. 16.  
**B** ipse nos finis docet. Primum enim Phœben commendat, dicens eam esse  
 ministram ecclesiæ, quæ est Cencreis. Cencreæ autem sunt regionis  
 Corinthiorum. Præterea autem hæc quoque dicit. Salutat vos Caius hos-  
 pes meus, & totius ecclesiæ. Hospitem autem eum appellat qui hospitio  
 excipit. Quòd autem Corinthius erat Caius, ex priore ad Corinthios epi- 1. ad Cor. 1.  
 stola facile licet intelligere. Ipsi enim sic scribit. Gratias ago Deo meo,  
 quod neminem vestrum baptizavi nisi Crispum & Caium. Vltima ergo  
 omnium quæ ex Asia, & Macedonia, & Achaia missæ sunt scripta est ad  
 Romanos epistola: & locum habent septimum, vt ex scriptis Apostolicis  
 docuimus. alias enim Roma misit. Et primam quidem scriptam esse exi- octaua.  
**C** stimo ad Galatas. Antequam enim in Macedonia peregrinaretur, peruasit  
 Phrygiam, & Galatiæ regionem, prædicans Euangelium. Deinde cum  
 aliquantum temporis in Macedonia, & Achaia, & etiam in Asia esset ver-  
 satus, profectus est quidem in Iudæam. illhinc autem post Ephesum Ro-  
 mam venit. & cum intellexisset, quòd quidam pietatis decreta confunde- nona.  
 rent, illis ex scripturis petitam medicinam adhibuit. Et Philippensibus  
 post eos Roma scripsit. & id finis declarat epistolæ. Salutant enim, inquit,  
 vos qui sunt de domo Cæsaris. Iam verò etiam Ephesiis & Colassensibus  
 eodem scripsit tempore, vtriusque epistolæ vno vsus tabellario. Dicit decima.  
vndecima.  
Quæ circa me  
sunt, τὰ κατ' ἐμὴν  
quæ ad me per-  
tinent ἀγαπητὸς  
dilectus.  
ad Coloss. 4.  
**D** enim in fine vtriusque. Vt autem & vos sciatis quæ circa me sunt quid agā,  
 omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister in  
 Domino, quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos  
 sunt, & consoletur corda vestra. In epistola autem ad Colossenses Onesimo  
 quoque meminit. Cum Onesimo enim, inquit, fideli & dilecto fratre,  
 qui est ex vobis, omnia quæ hic aguntur nota facient vobis. Ante has  
 itaque duas collocetur ea quæ scripta est ad Philemonem. In illa enim hor-  
 tatur vt recipiatur Onesimus vt qui in carcere ortum spiritalem ceperit.  
 Hic autem cum etiam inter ministros collocat. Post hos autem ad He- duodecima.  
tredecima.  
 bræos quoque scripsit, vt finis docet. Salutant, inquit, vos qui sunt ex  
 Italia. Omnium autem vltimam scripsit secundam ad Timotheum. & quatuordecima  
2. Tim. cap. 4.  
**E** hoc rursus ex eius scriptis facile sciri potest. Ego enim, inquit, iam deli-  
 bor, & tempus meæ resolutionis instat. Hinc quoque sciri potest, quòd  
 ad Ephesios & Colassenses epistolas Roma misit Tychicum enim, inquit,  
 misi Ephesum. Hic est ergo ordo epistolarum, quod ad tempus quo scri- Cap. eodem  
 ptæ sunt attinet. Epistolam autem ad Romanos præposuerunt, vt quæ in  
 se omnis generis doctrinam & accuratam copiosamque dogmatum pertra-  
 ctationem contineat. Quidam autem dicunt, vt Urbem, quæ vniuerso or-  
 bi præest erat, & imperii scepra tenebat, honoraret, eam, quæ ad illos  
 scripta est, epistolam, primam collocasse. Mihi autem, quod prius di-  
 ctum est, videtur esse verius. Sed aliarum quidem epistolarum argumen-  
 ta, conuenienti, si Deo visum fuerit, tempore scribemus: & vnicuique

præponemus. In præsentia autem epistolæ ad Romanos institutum ac scopum summam dicemus.

ARGUMENTVM EPISTOLAE  
ad Romanos.

**V**ariam quidem & omnis generis doctrinam per hæc scripta exhibet Apostolus. Hic est autem uniuersus epistolæ scopus. Diuina incarnationis mysterium, iis quidem, qui purè ac sincerè crediderunt, est uenerabile ualdeque adorandum. Dei enim benignitatem & in homines amorem nos euidenter docet. Qui autem sunt infidelitatis caligine circumfusi, & lucis intelligentis nondum splendorem susceperunt, ea uident que ne Angelorum quidem populi possunt pro dignitate laudare. Et hoc diuinus Apostolus ad Corinthios scribens aperte docuit. Verbum enim crucis, iis quidem, qui pereunt, stultitia est, iis autem, qui salui fiunt, Dei uirtus est. Ad Romanos itaque scribens, hanc salutarem prædicationem ostendit esse necessariam, & omnibus hominibus tam Græcis quàm Iudæis uilem ac conducibilem. Quamobrem ante alios omnes, Græcos redarguit, ut qui bonorum & malorum diuinationem, quæ ab eo qui nos creauit, natura insita est, corruerint, & naturæ leges transilierint, deinde Iudeos, qui diuinarum quidem legum doctrinam scriptis mandatam acceperunt, nihil tamen ex ea utilitatis accipere uoluerunt, sed eo maioribus suppliciis fuisse obnoxii. Postea autem dicit Deum & seruatorem nostrum, non ad eorum, qui contra legem fecerunt ac peccauerunt, condemnationem iudiciumque apparuisse, sed ad donandam peccatorum remissionem, mortis quæ promissam dissolutionem, & ad æternam uitam quæ fuit annunciata. Quia autem sciebat quidem Iudeos legem nimis amplecti, eos autem qui Marcionis & Valentini heresi laborant, & etiam Manichæos, eam nimis accusare: sicut præstantissimus aliquis Imperator ab hostibus undique circumfessus, & hos, & illos inuadit, eis quæ uictis trophæum erigit: ita diuinus Apostolus & Hereticorum cateruas, & Iudeorum phalanges diuina gratia frangit ac fundit. Quid enim facit? Neque legem nimis extollit propter Iudeorum impudentiam: neque impijs Hereticis eius accusanda præbet occasionem. Sed eam quidem ostendit id quod opus est docuisse, & institutæ doctrinam attulisse. Sed eam rectè se gerere non potuisse, propter eorum quibus data fuerat imbecillitatem. Deinde docet, quòd fides, legis scopum in opus deduxit. Quæ enim illa uoluit quidem efficere, sed non potuit, hæc perfecit per sancti spiritus gratiam. Per hæc autem omnia intelligimus, quòd hominum quidem perpetuò curam gessit Deus qui nos fabricatus est. Primum enim in natura posuit bonorum & contrariorum diuinationem. Deinde per opificium ac creationem eos qui uoluerunt deduxit ad pietatem. Est enim non omnes uoluerunt uidere ueritatē, qui tamen eam desiderarunt, ea quæ uoluerunt affecti sunt. Ad hæc autem hoc quoque nos docet, quòd non poenitentia quadam adductus creator omnium, uenit ad hanc salutis rationem: sed eam multis retro sæculis per diuinos Prophetas prædixit. Docet etiam Iudeorum reiectionis causam, & eos qui ex gentibus crediderunt hortatur ne aduersus eos efferantur, admonens illos in prædicatione præcessisse. Porro autem actiue quoque uirtutis doctrinam orationi dogmaticæ admiscuit, simul & ueritatem docens, & mores componens. Hoc est itaque argumentum epistolæ.

Interpretatio autem nos omnia sigillatim docebit melius ac perfectius.

B. THEODOR. IN EPIST.  
 5  
 EPISTOLAE AD ROMANOS

INTERPRETATIO.



**P**AVLVS feruus Iesu Christi, vocatus Apostolus. ] Imperatores quidem, & Principes, suarum dignitatum nomina suis scriptis præponunt, supercilia attollentes, & propter autoritatē magnos spiritus excitantes & de se magnificè ac præclare sentientes. Diuinus autem Apostolus se abortiuum nominat; & primum peccatorem appellat: & se apostolatu indignum esse dicit. Epistolas tamen scribens, quæ illi à gratia impositæ sunt, appellationes, ad eorum, qui illas accipiunt literas, vtilitatem, præponit. Cùm enim scirent qua esset dignitate & autoritate præditus is qui scribebat, maiore studio promptiusque & alacrius eas accipiebant. Ac primum quidem seipsum Paulum vocat, non vt qui eam appellationem ab initio à parentibus accepisset, sed post vocationem ea dignatus esset, vt Simon, Petrus, & filii tonitruui, filii Zebedæi, & Iacob, Israël. & Abram, Abraam. Deinde seruum Iesu Christi, quem omnes increduli mortuum & crucifixum & fabri filium appellabant: sed tamen eius seruitutem plus quàm quoduis regnum amplectebatur, & pluris faciebat. Deinde seipsum vocatum appellat, quæ è superis facta fuerat vocationem innuens. Porro autem Apostoli quoque nomen adiicit, se hoc etiam à Deo assecutum esse docens. Postquam enim Dominus duodecim illis hanc appellationem imposuit, hanc quoque ponit diuinus Apostolus, quam non ipse arripuerat, sed ab ipso Domino acceperat. **VADÉ** enim, inquit, ad ipsum, quia ad gentes procul mittam te. Et hoc declarat per ea quæ sequuntur. **SEGREGATVS** in Euangelium Dei. ] Non à meipso quidem, inquit, sed ab ipso Deo electus prædicationis ministerium suscepi. Segregauit autem ipsum & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Et quòd Pater quidem ipsum segregauerit, ipse docet in Epistola ad Galatas. **CVM** autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem ipsum in gentibus. Quòd autem etiam vnigenitus filius hoc ipsum fecit, rursus dicit Apostolus in Actibus, quòd sibi quidem visus est Dominus in templo: iussit autem vt festinaret, & exiret, vt pote quòd Iudæi prædicationem non admitterent, & adiecit. **VADÉ** quia ad gentes procul mittam te. Hoc ipsum autem dixit etiam Ananiæ recusanti. **VADÉ** quoniam vas electionis est mihi iste: vt portet nomen meum corà gentibus, & Regibus & filiis Israël. Porro autem beatus Luceus nos docet, quòd cùm Prophetæ, Antiochiæ Domino ministrarent, & ieiunarent, dixit Spiritus sanctus. **SEGREGATE** mihi Barnabam & Saulum ad opus ad quod adsumpsi. ] Hinc itaque etiam manifesta est trinitatis æqualitas. Ac Dei quidem Euangelium hic appellauit. Paulo post autem dicit hoc esse filii. Sic enim dicit. **TESTIS** est mihi Deus, cui seruiuo in spiritu meo, in Euangelio filii eius. ] Hæc autem non temere adnotauit, sed vt ostenderem quòd citra vllum discrimen eadem aliquando quidem Patri, aliquando autem filio adscribunt veritatis Doctores. Prædicationem autem Euangelium appellauit, vt quòd multorum bonorum suppeditationem promitteret. Feliciter enim annunciat Dei reconciliationem, Diaboli dissolutionem, peccatorum remissionem, mortis cessationem, à mortuis resurrectionem, vitam æternam, & regnum cælorum. Cùm autem dixisset diuinus Apostolus se fuisse segregatum in Euangelium Dei, eius statim ante omnia antiquitatē ostendit. ne stultus forte quispiam

Act. 22.

ad Gal. 1.  
 Ei dicitur Deo.

Act. 22.

Act. 9.

Act. 13.  
 Adsumpsi.  
 προσκεκλημαί  
 vocauit eos.

id recentius reputans, reuiceret. & dicit. **QVOD** antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis. ] Plenum est enim vetus testamentum iis quæ à Deo prædicta sunt. Illud autem, **SANCTIS**, non temere posuit. Sed primum quidem vt doceret se etiam veterem agnoscere scripturam: Deinde etiam vt omnem alienam scripturam secerneret ac separaret. Ea enim sola scriptura, quæ à Deo est inspirata, vtilitatem in se continet. Iam verò dicit etiam promissi speciem. **DE FILIO** suo qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. ] Per omnes, inquit, Prophetas, Deus patiprædixit quæ de filio futura erant, qui quamuis ab eo, natura erat genitus ante sæcula, filius tamen Dauid appellatus est, vt qui ex semine Dauid humanam naturam acceperit. Cùm autem Dauid meminisset, necessario addidit illud, **Secundum carnem**, ne natura quidem filius Dauid existimaretur, Dei autem gratia. Illa enim adiectio, **SECUNDVM** carnem, innuit quod Dei & Patris verè est filius secundum diuinitatem. Neque enim in iis, qui id sunt solum quod videntur, est inuenire adiectum illud, **SECUNDVM** carnem. ] Testis est beatus Matthæus Euangelista. Cùm enim dixisset, **ABRAAM** genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam, & cum omnem deinceps genealogiam esset persecutus, nusquam addidit illud, **SECUNDVM** carnem. Neque enim iis, qui erant ipsi homines, eiusmodi conueniebat appellatio. Hic autem, quoniam non solum homo est, sed & Deus ante secula qui homo factus est verbum Dei, cùm seminis Dauid meminisset diuinus Apostolus, illud **SECUNDVM** carnem, necessario addidit, nos apertè docens quomodo est Dei quidem filius, quomodo autem filius Dauid dictus sit. **QVI** prædestinatus fuit filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. ] Ante crucem quidem & passionem, Dominus Christus non solum aliis Iudæis, sed ipsis etiam Apostolis non videbatur esse Deus. Offendebantur enim rebus humanis, cùm eum comedentem, & bibentem, & dormientem, laborantemq. viderent. & ne eius quidem miracula eos ad hanc opinionem adducebant. Iam enim cùm primum illud quod in mari factum est miraculum vidissent, dicebant: **QVIS** est hic homo? nam & mare & venti ei obediunt. Et propterea Christus eis etiam dicebat. **HABEO** multa vobis dicere, Sed non potestis portare modo. Quando autem venerit ille spiritus veritatis, ille vos deducet in omnem veritatem. Et rursus. **SEDETE** hic in hac ciuitate donec induiti fueritis potentiam ex alto, cùm venerit Spiritus sanctus in vos. Ante passionem ergo, habebant eiusmodi de eo opiniones. Postquam autem resurrexisset, & ad cœlos ascēdisset, & sanctus Spiritus venisset, & omnis generis miracula venerabili eius nomine inuocato efficerent, sciuerunt omnes qui crediderant, eum esse Deum, & vnigeniti Dei filium. Hoc ergo hic quoque docuit diuinus Apostolus, quòd qui filius Dauid secundum carnem dictus est, definitus & demonstratus est Dei filius per potentiam, quæ à sancto Spiritu exercebatur, postquam Dominus noster Iesus à mortuis resurrexisset. **PER** quem accepimus gratiam & Apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. ] Ipse enim nos prædicatores constituit, omnium gentium nobis mandata salute, & donata ab ipso gratia quæ prædicationi responderet ac conueniret. **IN QVIBVS** estis & vos vocati Iesu Christi. ] Ex iis, inquit, vos quoque gentibus estis, quarum cultura nobis commissa est. Ne enim existimetis me aliena vsurpare, & agros, qui ab aliis possidentur, inuadere. Dominus enim me omnium gentium prædicatorem elegit. **OMNIBVS** qui sunt Romæ dilectis

prædestinatus  
fuit  
7 epistolarios  
definitus fuit.

Luc. 8.

Ioan. 16.

Luc. 24.

**A** dilectis dei, vocatis sanctis. ] Et diuinis eos appellationibus honorauit: & arrogantiam repressit. Primum enim eos, non, vt qui totius orbis terrarum dominium obtinerent, ab aliis gentibus secreuit, sed aliis commiscuit. Deinde autem omnibus simul scribit, seruos miscens & mendicos, & eos qui sibi manibus victum parant, eosque qui propter opes nimias sibi placent, & eos qui magna sunt potestate præditi. Quod enim ex his quoque aliqui credidissent, docet ipse ex epistola ad Philipenses. **SALVTANT** enim inquit, vos, qui sunt ex domo Cæsaris. Iam verò eos quoque docuit, quod non scribit infidelibus, sed iis qui iam crediderunt. Vnde eos etiam vocatos & sanctos appellat, spiritualibus eos laudibus extollens, & eorum in eum qui ipsos illo beneficio affecerat desiderium inflammans. **GRATIA** vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. ] Hic epistolæ inscriptionem perfecit. Paulus enim inquit, seruus Iesu Christi, omnibus qui sunt Romæ dilectis, Dei vocatis sanctis, Gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. Alia autem omnia interiecit, docens & à quonam Prædicator sit constitutus, & quænam prædicare iussus sit, & quibusnam hæc offerre ei præscriptum sit. Eis autem precatur primum quidem dei gratiam. Per hanc enim, quicumque crediderunt, sunt salutem consecuti. Deinde pacem: per quam omnem rectam & ex virtute actionem significat. Cum deo enim pacem habet, qui Euangelicam vitæ institutionem amplectitur, quique prompto & alacri animo eum in omnibus colit & obseruat. Hæc autem dona non solum Patrem, sed etiam filium suppeditare ostendit. **A DEO** enim inquit, Patre nostro, & domino Iesu Christo. ] per quæ nos apertè docuit Patris & filii æqualitatem. **PRIMUM** quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro vobis omnibus, quod fides vestra annunciatur in vniuerso mundo. ] Hoc autem non eis blandiens, sed vera dicens posuit Apostolus. Neque enim fieri poterat, vt quæ Romæ eueniebant, ea illos qui in toto erant terrarum orbe, laterent. In illa enim olim Romanorum Imperatores regiam suam habebant, & illinc emittebantur & qui gentibus præessent, & qui à ciuitatibus veltigal exigèrent. Iam verò in illam quoque concurrebant omnes qui regalia profitebantur beneficia. & per hos omnes vbique significabatur, quod ciuitas Romanorum Christi doctrinam perceperat. Hoc autem iis qui audiebant maximam vtilitatem afferebat. Vnde & diuinus Apostolus propter hæc dominum laudabat. Quoniam autem dixit se quidem fuisse constitutum omnium gentium Apostolum, multum autem temporis præterierat, ex quo nec ipse ad eos venerat, nec ipsos literis ad veritatem deduxerat, necessario affert excusationem, & dominum deum ad suæ in eos affectionis testimonium vocat. **TESTIS** enim mihi est deus, cui seruius in spiritu meo, in Euangelio filii eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio in orationibus meis, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. ] Multa sunt genera diuini cultus & seruitutis. Nam & is deum colit, eique seruit qui deum precatur. & qui iunio vtitur. & qui vacat diuinis eloquiis. & is etiam qui curandorum hospitum curam gerit: diuinus autem Apostolus se dicit deo seruire, dum filii eius gentibus præbet Euangelium. & seruire in spiritu, hoc est in data gratia. Ita scit vnigeniti honorem deo placere. Accuratè autem loquens, non dixit se simpliciter iter ad eos petiuisse, sed in voluntate dei. Si hoc, inquit, placet rerum omnium gubernatori. Si autem vbi de tot hominum myriadum salute agitur, nihil indistinctè petiit diuinus Apostolus, sed petitioni diuinam voluntatem coniunxit, quænam venia digni sumus, qui

ad Phil. cap. 4.

αολιτιαν

ει επαγγελιασ  
χαριτας.Cui seruius,  
ω λατρευω. ?  
quem colo vt  
vertit Eras.

λατρευω.



de rebus sensilibus & differimus, & eas optamus, nec nostra omnia diuinæ A  
 voluntati permittimus, ab eaque pendemus? CVPPIO enim videre vos vt  
 impertiar aliquid gratiæ spiritualis. ] Sunt hæc quæ dicta sunt plena humi-  
 litatis. Non enim dixit, vt dem, sed vt impertiar. Communico enim ex  
 iis quæ accepi. Et quia primus eis magnus Petrus doctrinam Euangelicam  
 præbuit, necessario intulit, AD confirmandos vos. ] Non aliam, inquit,  
 doctrinam affero, sed eam quæ iam oblata est confirmare, & arbores iam  
 plantatas irrigare volo. Deinde rursus orationem multa replet moderatio-  
 ne. HOC autem est simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est fidem  
 vestram & meam. ] Non solum enim volo vobis dare, sed etiam accipere.  
 Præceptorem autem etiam excitat discipulorum alacritas. NOLO autem B  
 vos ignorare fratres, quod sæpe proposui ad vos venire, & prohibitus sum  
 vsque adhuc. ] Et propositum ostendit, & consilium declarauit. diuina  
 enim, inquit, gratia me vt vult regit. Cùm autem in medio posuisset il-  
 lud, Prohibitus sum hucusque, docet apertius quamobrem ad ipsos veni-  
 re voluerit: VT ALIQVEM fructum in vobis habeam, sicut & in cæteris  
 gentibus, Græcis & barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.  
 ita quod in me promptum est vobis euangelizare. ] doctor omnium gen-  
 tium electus sum. Quamobrem debeo omnibus doctrinæ debitum, non so-  
 lum Græcis, sed etiam barbaris. Propterea enim etiam diuersas nobis de-  
 dit linguas Spiritus sancti gratia, & conuenit quidem tum iis quibus do- C  
 ctrina magnos spiritus facit, tum iis qui non sunt eloquentiæ mysteriis ini-  
 tiati, debitum exoluere. Sapientes enim eos appellat, qui propter dicendi  
 facultatem linguæque volubilitatem efferuntur. Insipientes autem eos,  
 qui ab iis qui dicuntur sapientes, propter imperitiam ita vocantur. Et quo-  
 niam non omnes Euangelii prædicationem suscipiebant, meritò adiecit,  
 QVOD in me promptum est. ] Meum est enim prædicare. Est autè audien-  
 tium, credere. Quoniam autem prædicationem sæpe Euangelium appel-  
 latit, hoc autem in se habebat memoriam & crucis & mortis, iis autem qui  
 nondum crediderunt hæc videbantur esse plena probri & ignominia, op-  
 portunè subiunxit, NON enim erubescō euangelium Christi. Virtus enim D  
 dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. ] Non respi-  
 cio, inquit, quæ esse videtur, ignominiam, sed, quod ex ea proficiscitur,  
 beneficium. Qui enim crediderunt, ex ea salutem colligunt. Ita etiam  
 multa ex sensilibus habent suam quandam occultam operationem. Etenim  
 piper extrinsecus quidem frigidum esse videtur, & iis qui nesciunt nihil  
 penitus caloris præ se fert: at qui ipsum dentibus comminuit, igni non dis-  
 similis caloris sensum in se suscipit. Et ideo medici hoc calidum potentia  
 nominant, vtpote quòd non videtur quidem tale, sed tale potest reddi.  
 Ita & frumentum potest quidem esse & radix, & culmus, & spica, non ta-  
 men videtur esse tale, priusquàm in terræ sulcis fuerit seminatum. Iure E  
 ergo diuinus Apostolus salutarem prædicationem dei potentiam appella-  
 uit, vt quæ solis credentibus potentiam aperiat, & salutem largiatur. di-  
 cit autem hoc esse omnibus propositum & Iudæis & Græcis. Græcis autem  
 Iudæos præposuit, quoniam dominus Christus ad eos primos misit sacros  
 Apostolos Prædicatores. Ita etiam dicit deus per Prophetam. POSVI te  
 in testamentum generis: in lucem gentium. Genus appellans Iudæos, quo-  
 niam secundum carnem ex eis germinauit. IYSTITIA enim dei in ipso  
 reuelatur ex fide in fidem. ] Non reuelatur omnibus, sed iis qui habent  
 oculos fidei. docet autem nos diuinus Apostolus, quòd deus ab initio no-  
 bis ita prouidit, eaque per Prophetas prædixit & ante Prophetas habuit  
 in se

virtus, *δυναμις*  
 potentia, seu fa-  
 cultas.

colligunt,  
*συνισσιν*  
 vindemiant.

Esa. 42. vbi ita  
 habetur Ponam  
 te in fœdus po-  
 puli, atque in lu-  
 cem gentium.  
*ἀγαθόν.*

**A** in se absconditum de iis consilium. Hoc enim etiam alibi dicit. *Mysterium absconditum in deo qui omnia creauit. Et rursus, LOQVIMVR Sapien-  
 tiam in deo absconditam, quam præfinit deus ante sæcula in gloriam no-  
 stram. Et hic itaque non dixit, DATVR iustitia, sed REVELATVR.* i. Cor. 2.  
 Quæ enim prius absconsa fuerat, manifestatur credentibus. *EX FIDE* in  
 fidem, inquit. Oportet enim credere Prophetis, & per illos deduci ad  
 fidem Euangelii. Habet autem hoc quoque aliam intelligentiam. Qui  
 enim Domino Christo credit, & sanctissimi baptismatis gratiam suscipit,  
 & refert gratiam adoptionis filiorum, per ea deducitur vt futuris bonis cre-  
 dat, Mortuorum, inquam, resurrectioni, & vitæ æternæ, & regno cœlo-  
 rum. dicit autem dei iustitiam reuelari per Euangelium, non solum quæ  
 nobis suppeditatur, sed & quæ in ipso dispensationis mysterio apertè osten-  
 ditur. Non enim potestate nostram salutem procurauit, nec imperio ac  
 verbo mortis potentiam fregit ac euertit: Sed cum iustitia misericordiam  
 commiscuit. Et ipsum vnigenitum dei verbum Adæ naturam indutum,  
 cum se ab omni peccato immunem seruasset, eam pro nobis obtulit, & na-  
 turæ debito persoluto, commune omnium hominum debitum dissoluit.  
 Sed diuinus Apostolus hæc nos docet apertius in iis quæ sequuntur:  
 Nos autem interpretationem sigillatim persequamur. Cùm itaque di-  
 xisset quòd & Iudæis & Græcis volentibus adest salus, dictum suum scri-  
 pturæ testimonio confirmauit, & dicit. *sicut scriptum est, Iustus*  
**C** *autem ex fide uiuit.* viuit Abac. 2.  
 Quis uiuet. Hoc autem posuit, Iudæorum gratia, docens  
 eos, non legalem quidem amplecti debere institutionem, sed sequi suos  
 Prophetas. Hi enim multis retro sæculis futuram per fidem salutem præ-  
 dicarunt. Hinc itaque desistens Iudæos primum accusare, omnes alios ho-  
 mines accusat, vt qui legem in natura ab Opifice positam absque vlllo metu  
 transierint. Eorum autem accusatio habet etiam defensionem Creato-  
 ris. Cùm enim eos fabricatus est, non permisit vt instar ratione carentium  
 animalium uiuerent, sed eos ratione honorauit, & iudicium, bonorùmq.  
 ac contrariorum diiudicationem indidit. Et hoc dictum suo testimonio  
**D** confirmant, qui ante legem Mosaicam in virtute & pietate excelluerunt,  
 & qui rursus iter contrarium ingressi sunt. Etenim Adam cùm statim præ-  
 ceptum transgressus esset, & de fructu quem prohibuerat gustasset; latere  
 quidem conatus est eum vlciscente conscientia. Deinde in iudicium voca-  
 tus, nec factum inficiatus est, nec ad sui defensionem ignorantiam præten-  
 dit: sed eius de quo accusabatur culpam in mulierem transtulit: Apertè  
 itaque hoc docet, quòd natura habuit rerum discernendarum potestatem.  
 Ita etiam Cain fratrem quidem clanculum interfecit. interrogatus autem  
 ubi esset frater eius, negauit, & factum celare conatus est. Conuictus ve-  
 rò, iustum esse supplicium confessus, & Iudicis sententiæ assensus est, &  
 magis etiam quàm vt venia dignus esset se peccauisse dixit. Innumerabilia  
 autem eiusmodi licet in sacra scriptura inuenire. Et ideo dixit diuinus Apo-  
 stolus. *REVELATVR enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem &  
 iniustitiam hominum eorum, qui veritatem in iniustitia detinent.* Gen. 3.  
 vlciscente con-  
 scientia  
 & per Sartros 7 ru-  
 redoras. Natura enim eos vtrunque docuit, & Deum esse omnium Opificem, & fu-  
 gere quidem iniustitiam, iustitiam verò amplecti. Sed datis sibi præcepto-  
 ribus, non vt par fuit, vsi sunt. Vnde etiam eis futurum supplicium mina-  
 tus est. Conuenienter autem hic quoque posuit *REVELATVR*, nempe  
 quòd intentatas suppliciorum minas non credant, sed eas sunt postea veras  
 re ipsa experturi. Iram autem Dei supplicium appellat, non quòd Deus  
 vlla animi perturbatione concitatus puniat, sed vt eos, qui contradicunt

Gen. 4.

Marc. 13.

ματὰ δύναμιν ἡ  
δύναμις πολλῆς cum  
potestate & glo-  
ria multa.

Quodnotum &  
Dei, τὸ γνωστὸν ἔ-  
στιν, quod de  
Deo cognosci  
potest.

δύναμις.  
νεφῶν ἁερίων.

ἡ δὲ παντοδυναμία  
ἐκκοσμοῦ.

Euanuerunt,  
ἐμπατάθησαν  
vani facti sunt.

est græcè ἀεπ-  
ματίων sed ego  
ἐαυβίπρωτον  
legédum puto.

ipso nomine terreat. dicit autem eam de cœlo reuelari, utpote cùm deus <sup>A</sup>  
& seruator noster illhinc sit appariturus. Hoc enim dicit etiam ipse Domi-  
nus. TUNC videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli cum po-  
testate magna, & maiestate. QVIA quod de Deo cognosci potest, mani-  
festum est in illis. ] Sed quis hanc eis dedit cognitionem. DEVS enim illis  
manifestauit. ] Qua ratione, & quonam modo. INVISIBILIA enim  
ipsius, à creatione mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.  
& sempiterna eius potentia & diuinitas. ] Creatio enim, & quæ sunt in  
creatione, horarum mutationes, & temporum vicissitudines, noctisque  
& diei successiones, nubium quædam veluti parturitiones, auræ vento-  
rum, fructuumque & seminum productiones, & quæcunque eiusmodi, <sup>B</sup>  
nos apertè docent & Deum esse omnium effectorem, & creationis clauum  
scite ac sapienter tenere. Qui enim sola sua benignitate & humanitate ad-  
ductus, fabricatus est, nunquam eorum quæ fecit curam omnem abiecerit,  
& absque administratione reliquerit. Et ideo non dixit diuinus Aposto-  
lus, INVISIBLE ipsius, sed INVISIBILIA ipsius. hoc est, eius crea-  
tio, & prouidentia, & iusta in vno quoque sententia, rerumque admini-  
strandarum multiplices ac variæ rationes. Quamobrem veniam non meren-  
tur, qui cum eiusmodi Præceptores habuerint, ex tot disciplinis nullam  
utilitatem percepere. Hoc enim subiunxit. ITA ut sint ipsi inexcusabi-  
les. ] Res enim ipsæ propemodum clamant, non posse vllò modo eos depre-  
cari, ut à malis quorum minæ illis intentatæ sunt, liberentur. QVIA cum  
cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, vel gratias egerunt. ]  
Quod enim Deum esse cognouerunt, ipsi quoque testificantur. Venerabile  
enim hoc nomen circumferunt, bonas autem, & quas par est, opiniones de  
ipso habere nolunt. SED euanuerunt in cogitationibus suis: & obscura-  
tum est insipiens cor ipsorum. ] Stultas enim cogitationes secuti sunt: &  
infidelitatis tenebras sua spòte susceperunt. DICENTES esse sapientes, stulti  
facti sunt. ] Appellatione auxit reprehensionè. Seipfos enim nominantes sa-  
pientes, seipfos insipientes esse factis ostenderunt. ET MUTAVERUNT glo-  
riam incorruptibilis Dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis. ] <sup>D</sup>  
Cùm enim nolissent intelligere omnium quæ sunt opificè esse immortalè,  
& ab omni interitu liberum, & iis quæ videntur superiorem, suorum corporum  
imagines Deum appellauerunt. Neq. pictores, sculptores, & statuarii, anima-  
rum quæ sub aspectum non cadunt imagines imitantur, sed corporum, quæ cor-  
rumpuntur & intereunt. Nec hoc eis ad impietatè fuit satis, sed etiam volu-  
crum, quadrupedum, serpentium imagines adorauerunt. Oportebat au-  
tem eos videre, quòd eorum alia quidem comedunt, ut quæ sint esculen-  
ta: alia autem abhorrent ut immunda: alia autem fugiunt, ut quæ sint no-  
xia, & eis insidientur. Ad eò autem extrema fuit eorum stultitia & stupor,  
ut eorum quæ comedebant, & quæ abhorrebant, & quæ fugiebant & in-  
terimebant, imagines in Deos referrent. PROPTER quod tradidit illos  
Deus in desideriis cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant  
corpora sua in seipsis. ] Illud, TRADIDIT, posuit pro PERMISIT. Di-  
cit autem quod cum vidisset eos nec velle per opificium ad effectorem de-  
duci, nec neque vi rationis inditæ meliora in rebus agendis eligere, dete-  
riora autem fugere, illos sua prouidentia priuauit: & tanquam cimbam  
absque rectore ferri permisit, non sinens ut ii gubernarent qui ad extre-  
mam vsque impietatem prolapsi fuerant, quæ etiam iniustam & legibus  
contrariam vitam peperit. QVI commutauerunt veritatem Dei in men-  
daciū, & coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potius quàm creatori. qui  
est bene

est benedictus in sæcula: Amen.] Impietas, inquit, fuit iniquitatis & iniustitiæ fundamentum. Propter vtrunque autem diuina gratia priuati sunt. Dei autem veritatem vocat nomen Dei: mendacium autem, manufactam imaginem. Cùm enim oporteret eos verum Deum adorare, creaturæ diuinum honorem tribuerunt. In easdem etiam reprehensiones incidunt ii qui vnigenitum Dei filium creaturam quidem vocant, tanquam Deum autem adorant. Oportet enim, vel si Deum existant, eum cum creatura non coniungere, sed cum Deo qui genuit. Vel si creaturam appellent, ei diuinum honorem non exhibere: Sed eorum quæ sequuntur interpretationem adgrediamur. PROPTEREA TRADIDIT eos Deus in falsiones ignominie. Nam & foeminae eorum mutauerunt naturalem vsum, in eum, qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali vfu foeminae, exarserunt in desiderio sui in inuicem. masculi in masculos turpitudine operantes.] Conuenientiam quandam & proportionem inter se habent impietas & iniquitas. Sicut enim mutauerunt Dei veritatem in mendacium, ita etiam legitimum cupiditatis vsum in iniustum & nefarium. ET MERCEDEM, quam oportuit, erroris sui in se recipientes.] Huius enim animi perturbationis extremum est supplicium ignominia. Quæ enim nullus vnquam hostis in eos perpetraverit, ea lubentissimè & promptissimè amplectuntur: & quod nullus vnquam Iudex in eos supplicium statuerit, ii illud in seipsos attrahunt. Et quanam malorum causa est? ET SICUT non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt.] Si eum enim voluissent cognoscere, diuinas leges secuti essent. Quia autem creatorem negauerunt, illius prouidentia omnino priuati sunt. Quamobrem omne vitii genus in se audacter suscipiunt. REPLETOS omni iniquitate.] Iniquitatem, seu iniustitiam, vocat, quæ ex diametro iustitiæ est opposita. Ex ea enim quodlibet vitiosum ac reprehendendum genus germinat: Ipsa quoque germina prosequitur. FORNICATIONE, malitia, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, suffurones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, Arrogantes, inuentores malorum, parentibus non obediens, insipientes, incompósitos sine affectione. Absque foedere, sine misericordia.] Et fornicationem quidem vocat congressionem, quæ fit non in matrimonio. Malitiam autem, mentem beluinam. Auaritiam autem, plura habendi cupiditatem, & eorum quæ ad se non pertinent rapidam. Nequitiam, animæ ad deteriora inclinationem, & quæ ad proximi detrimentum suscipitur cogitationem. PLENOS inuidia.] Grauis animi perturbatio, & quæ felicitatem proximi ferre nequit. Ea autem & cædem gignit, & dolum concipit. Cain enim inuidia sauciatus, & doli ope vsus, fratrem in campum eduxit, eadem autem perpetravit: Malignos verò vocat, qui rationis facultate ad insidias comparandas vtuntur, & proximo perniciem architectantur. Suffurones autem, qui in aurem loquuntur, & de præsentibus aliquibus malè dicunt. Detractores verò, qui absentes audacter calumniantur. Dei osiores, qui infesto sunt in Deum animo. Contumeliosos, qui ad contumelias & probra ingerenda proni sunt. Superbos, qui ob ea, quibus sunt cæteris superiores, commoda, efferuntur. Arrogantes, qui cum nullam occasionem habeant vt de se præclare ac magnificè sentiant, sine causa tumen intumescunt. Malorum inuentores, qui non solum mala, quæ in communi vsu versantur, sed etiam alia excogitant. Parentibus non obediens. Hoc quoque est maximum & alienissimum vitium, & quod ab ipsa

Impietas & iniquitas, *δυσκολία* & *κατανομία*

Sensum, *νοστή* mentem.

Deo odibiles *δυσουγείς*, Dei osiores *ἀσέβητες*, sine amore *ἀνελέημονες* immiseri cordes.

*ἀλλ' οὐποδὸν ἔστιν ἡμεῖς ἀσέβητες, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλοι ἀσέβητες, οἱ ἄλλοι ἀσέβητες, οἱ ἄλλοι ἀσέβητες, οἱ ἄλλοι ἀσέβητες, οἱ ἄλλοι ἀσέβητες.*

natura accusatur. Insipientes, qui enim in vitam improbam & iniustam A  
 impeerunt, ii rationis characteres amiserunt. Incompositos, qui vitam  
 improbam & ab omni societate & communicatione alienam amplectun-  
 tur. Amicitiae expertes, qui amicitiae leges nolunt discere. Sine foedere,  
 eos, qui, quae conuenerunt impudenter transgrediuntur. Immisericor-  
 des, qui ferarum crudelitatem imitantur. QVI cum iustitiam Dei cogno-  
 uissent, quod, qui talia agunt digni sunt morte, non solum ea faciunt,  
 sed etiam iis qui ea faciunt assentiuntur & ea comprobant. ] Ostendimus  
 quomodo natura docet & bonorum electionem, & fugam contrariorum.  
 Sed tamen ii, inquit, non satis ducunt haec facere, sed etiam iis qui similia  
 faciunt laudes contexunt. Oportebat enim non solum aliorum iniquita- B  
 tem odisse, sed etiam suam abhorrere. Deinde rursus aliter ostendit nos  
 habere bona & mala discernendi facultatem.

CAP. II.

Cap. 2. PROPTER quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo  
 enim iudicas alterum, teipsum condemnas. eadem enim agis qui iudi-  
 cas. ] Sed quamuis ita affecti sitis, si iudicandi potestatem ab aliquo acce-  
 peritis, eos qui leges transgrediuntur tanquam reos punitis. tantum habe-  
 tis de rebus bonis & contrariis iudicium. Sciendum est autem, quod per  
 quae alios qui peccant iudicatis, vos quoque ipsos eidem sententiis subici-  
 tis. eandem enim in vos iniquitatem suscipere audetis. SCIMVS enim,  
 quod iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. ] Est au-  
 tem manifestum iis qui sapiunt, quod qui se inique gerunt, diuina senten-  
 tia puniuntur. EXISTIMAS autem hoc O homo qui iudicas eos qui ta-  
 lia agunt, & facis ea, quod tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonita-  
 tis eius, & patientiae & longanimitates contemnis? ] Nos quidem scimus,  
 quod unicuique se inique gerenti iustus iudex tempestiue supplicium im-  
 ponet. Vos autem, inquit, qui alios punitis, vestram autem iniquitatem  
 videre non vultis, existimatis fore vt diuinum iudicium effugiatis? Sed  
 haec non ita habent: Sustinet enim, & diuturna lenitate vititur, tuam ex-  
 pectans poenitentiam. Hoc enim intulit. IGNORANS quod benignitas  
 Dei te ad poenitentiam adducit. Secundum autem duritiam tuam & impe-  
 nitens cor thesaurizas tibi iram in die irae, & reuelationis, & iusti iudicii  
 Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius. ] Quoniam enim dura  
 es & indomita mente, & in improbitate perseveras, feres aduersus teipsum  
 sententiam supplicii, quam nunc quidem Deus differt propter sua mise-  
 ricordiam: Sed eam reuelabit in die consummationis, operibusque con-  
 uenientes mercedes reddet. Illud autem Theaurizas tibi, recte posuit,  
 ostendens quod nullum nostrum dictum vel factum est obliuioni manda-  
 tum. Sed & virtutis amatores bonorum Theaurum sibi congerunt: & qui  
 iniquitatem operantur, similiter malorum thesaurum accumulunt. IIS  
 quidem qui per patientiam boni operis gloriam & honorem & incorru-  
 ptionem quaerunt, vitam aeternam. ] Et virtutis labores docuit, & coro-  
 nas ostendit. Illud enim, PER patientiam boni operis, labores significat.  
 Oportet enim sustinere, & recte ac fortiter virtutem exercere, & ita eius  
 coronas expectare. Sed labor quidem ad tempus suscipitur, lucrum vero  
 est aeternum. Illud autem Aeternum, non solum vitae adiungitur, sed &  
 gloriae, & honori, & incorruptioni. Voluit enim pluribus ostendere bo-  
 norum renumerationem. IIS vero qui sunt ex contentione, & qui non  
 acquiescunt veritati, credunt autem iniustitiae, ira & indignatio, tribula-  
 tio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudaei pri-  
 mum & Graeci. ] Quemadmodum in altera parte, non simpliciter quibus-  
 libet

Covendovovov

enim &amp; autem.

non acquiescunt,  
 &c. ἀπεθόδοι μὴ  
 ἢ ἀνομία, πρὸς  
 μίσην δὲ qui non  
 parent quidem  
 veritati, parent  
 autem &c.

**A** libet illa bona promisit, nec iis, qui virtutem otiosè & segniter persequuntur, sed iis, qui possunt eius labores sustinere ita & in vitio graues minas intentat, non iis, qui casu aliquo in id prolabantur, sed iis qui illud magno studio adgrediuntur. Hoc enim significat illud **EX CONTENTIONE**, & **QVI** non parent veritati, & Operantis malum. ] Similiter autem, inquit, & Iudæos & Græcos & iniquè se gerentes puniet, & pietatis ac iustitiæ curam gerentes coronis dignabitur. Græcos autem nunc vocat, non eos, qui ad diuinam prædicationem accesserunt, sed eos, qui, antequam Christus homo factus esset, fuerunt. Non tamen iis vitam æternam pollicitus est qui idola adorarunt, sed iis qui extra legem quidem Mosaicam vitam egerunt, pietatem autem Deique cultum amplexi sunt, & iustitiæ curam gesserunt. **GLORIA** autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum, & Græco. ] Hoc autem non frustra posuit, sed vt his id quod deinceps dicitur connecteret. Est enim Iudæorum accusationem abhinc introducturus. **NON EST** enim personarum acceptio apud Deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt, & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. ] Omnium enim, inquit, creator Deus est, erit ergo omnium iudex. Et à Iudæis quidem ex lege Mosaica rationem exiget, eos autem qui eam non susceperunt, eos enim vocat sine lege, & deinde peccauerunt, ex natura insita discernendi facultate iustè puniet. **NON ENIM** auditores legis iusti apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. ] Non enim lex ideo nobis data est vt nostras aures demulceat, sed vt ad bonorum actionem deducat. **CVM ENIM** gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex. ] Quòd lex enim diuina actionem exigit, testantur qui ante legem Mosaicam piis quidem vsi sunt rationibus, bonis autem actionibus vitam exornauere, & sibi ipsi legem tulere. **QVI OSTENDVNT** opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum Euangelium meum per Iesum Christum. ] Ostendit legem naturæ cordibus inscriptam, & conscientia & accusationem & defensionem veritate ornatum. Ego autem me operæpretium facturum existimo, si quod dicitur aliquo exemplo manifestum effecero. Quando enim illum in Benjamin actum exordiebatur admirabilis Ioseph, & tanquam qui calicem à seruo suffuratus esset eum apprehendere conabatur, fratrum veluti in igne mentem probans, aperte ostensa est conscientia testimonii potestas. Tunc enim, tunc ei quidem tragœdiæ mentem nequaquam adhibere volebant, sed eius, quod ante duos & viginti annos admissum erat, sceleris recordabantur, & illi quidem dicebant fratris sui iunioris sanguinem ex manibus eorum requiri. Ruben autem sibi factarum admonitionum reminiscebatur. Conuenienter huic similitudini describamus futurum iudicium, & conscientiam eorum qui extra legem vixerunt, quæ nunc quidem se defendit & ignorantiam adducit, nunc autem culpam agnoscit, & læ sententiæ veritatem prædicat. Ita & Abimelech cum haberet conscientia testimonium, Deo dicebat. **DOMINE** gentem innocentem & iustam interficies? Nonne ipse mihi dixit. Soror mea est, & ipsa mihi dixit, Frater meus est. In corde puro cogitavi verbum hoc. Cùm autem hæc docuisset diuinus Apostolus, conuertit sermonem ad Iudæum, & dicit. **ECCE TV** Iudæus cognominaris, hoc

Gen. 43. &amp; 44.

Gen. 26  
ἀγνοῦν, ignoran-  
tem.

enim erat olim nomen commune & venerabile, & ideo non dixit Nomina-<sup>A</sup>  
 ris, sed Cognominaris. ET REQUIESCIS in lege. ] Non enim laboras,  
 vt qui extralegem versatur, quærens quid sit agendum, sed habes legem  
 quæ te omnia apertè docet. ET GLORiaris in Deo. ] Vt qui te prætu-  
 lerit omnibus gentibus, quæ erant in toto orbe terrarum, vt qui magnam  
 tui curam gerere dignatus sit, & legem dederit, & vt qui te per Prophetas  
 instituerit. ET NOSTI voluntatem eius. ] Dei scilicet. ET PROBAs uti-  
 liora. ] Pro eo quod est, dignoscis quæ inter se sunt contraria, Iustitiã & in-  
 iustitiam, temperantiam & intemperantiam, pietatē & impietatē. INSTRV-  
 CTVS per legem. ] Illa enim hæc te docuit. ET CONFIDIS teipsum es-  
 se duce[m] cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem infi-<sup>B</sup>  
 pientium, magistrum infantium. ] Hic ostendit quidnam eos elatos & ar-  
 rogantes faceret, & aperuit quodnam esset eorum aduersus profelytos fu-  
 percilium. HABENTEM formam scientiæ, & veritatis in lege. ] Eorum  
 enim omnium characteres tibi diuina lex attulit. QVI ergo alium doces,  
 teipsum non doces. Qui prædicas nos furandum, furaris. Qui dicis nõ mœ-  
 chandum, mœcharis. Qui abominaris idola, sacrilegium committis. Qui  
 in lege gloriaris, per legis præuaricationem Deum in honoras? ] Ostendit  
 eum nullam ex data sibi lege vtilitatem accepisse, sed tantum propter scri-  
 pta exultare & sibi valde placere: & alios quidem conari docere, factis au-<sup>C</sup>  
 tem, verbis suis contradicere: & frustra in lege gloriari. Affert autem  
 etiam testimonium ad suæ accusationis confirmationem. NOMEN enim  
 Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est. ] Non solum  
 enim causam non dedisti vt Deus glorificaretur, sed multorum etiam lin-  
 guas ad maledicta commouisti. Cùm tuam enim sceleratam & iniquam  
 vitam viderent, eum qui te elegit blasphemis & maledictis apertè inces-  
 sebant. Cùm autem eos ita ostendisset nihil ex lege Mosaiica vtilitatis  
 cepisse, transfert orationem ad circumcisionem, & ostendit eam quoque  
 esse inutilem, quando fuerit aliorum operum expers. CIRCUNCISIO  
 enim prodest si legem serues: Si autem sis præuaricator legis, circunci-<sup>D</sup>  
 sio tua præputium facta est. ] Diuinus Apostolus dicta Prophetica secu-  
 tus est. Vniuersorum enim Deus dicit per Hieremiam Prophetam. Omnes  
 gentes incircuncisæ carne: Domus autem Israël incircuncisi cordibus suis.  
 Et rursus, CIRCUNCIDAMINI Deo, & ostendens quamnam dicat cir-  
 cuncisionem Deo placere, subiunxit. ET CIRCUNCIDAMINI præpu-  
 tium cordis vestri durum. Ex hoc loco impulsus Diuinus Apostolus osten-  
 dit circumcisionem esse superuacaneam, si non adsit animæ circuncisio.  
 Ea enim propter ipsam data est. Si ipsa enim non adsit, nulla est alte-  
 rius vtilitas. Solius enim signaculi locum obtinet. Sicubi autem habe-  
 mus aurum, vel argentum, vel lapides pretiosos, vel vestem sumptuo-  
 sam, illic solemus signacula imponere. Sed quando nihil horum est in-<sup>B</sup>  
 tus repositum, tunc est superuacaneum imponere sigillum. SI ERGO  
 PRÆPUTIUM iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in cir-  
 cuncisionem reputabitur. ] Lex, inquit, factum & opus exigit. Cùm  
 tu ergo, qui es circuncisus hoc non habeas, qui habet autem præ-  
 putium hoc habeat, tu iure quidem legis transgressor voceris, ille ve-  
 rò tuam honorabilem appellationem iure acceperit: & non amplius  
 quidem vir habens præputium, vt tu ei conuiciari soles, nominetur,  
 sed potius circuncisus, vt qui animæ vitium amputauerit. ET IV-  
 DICABIT, quod est ex natura præputium, legem consummans, te, qui  
 per literam & circuncisionem es præuaricator legis. ] Merito admirari  
 debemus

διαλεχτικῶς

καταχρηστικῶς, in-  
stitutus ex lege.

scientiæ γνώσεως  
cognitionis.

πρæuaricationῆ  
ἀπειθείας, trans-  
gressionem.

τοῖς ἡδύμοισιν  
ἠαβρὺν ὀμῶν.

ἡβρῶν trans-  
gressor.

Hier. 9.

Hier. 4.  
durum non ha-  
betur in latina  
traductione.

ἡβρῶν ἡδύμοισιν, le-  
gem perfectè ser-  
uans.

ἡβρῶν trans-  
gressor.

**A** debemus in signe Apostoli sapientiam. Non enim legem naturalem scripte op-  
 posuit, sed nomen probri ac ignominie plenum honesto ac venerabili, circun-  
 cisioni scilicet preputium. Hoc autem, inquit, est ab accusatione liberum. non  
 enim quis sua sponte ita nascitur, sed opifex ita fingit naturam. Quamobrem nec  
 ullum hinc damnum ad virtutis amatores processerit. Tu autem accepisti quidem  
 a maioribus signum circuncisionis, habes autem legem quae indicat quid sit  
 agendum, sed factis scopo legis resistis. Cum autem ostendisset circuncisionem  
 pro signo quidem datam, sed effectam postea superuacaneam, ostendit deinceps  
 Iudaei quoque appellationem nihil habere utilitatis. NON enim qui in  
 manifesto, Iudaeus est, neque quae in manifesto in carne est circuncisio, sed qui  
 in occulto est Iudaeus, & circuncisio cordis in spiritu non litera, cuius laus  
 non ex hominibus, sed ex Deo est.] Confugit hic aperte ad testimonia Pro-  
 phetica quae posuimus superius. **CIRCUNCIDAMINI** enim, inquit, pre-  
 putium cordis vestri durum.

## CAP. III.

**C**UM sic Iudaeorum supercilium contraxisset, & ostendisset eos frustra  
 circuncisione, & lege, & Iudaei appellatione gloriari, ne quis existima-  
 ret eos propter odium & malevolentiam hoc facere, subiungit. **QUID** er-  
 go amplius Iudaeo est, aut quae est utilitas circuncisionis? ] Si alienigenarum,  
 inquit, gentium aliqui, pietate ac virtute ornati, quae a Deo dicta sunt,  
 fruuntur: cur nam Deus Israellem a gentibus separauit, eisque dedit circuncisio-  
 nem? Iudaeum autem amplius habere dicit, quod is gentibus honore prefe-  
 ratur. **MULTUM** per omnem modum.] Elegit enim eorum maiores. Ab Aegy-  
 ptiorum potentia liberauit. Vt clara esset eorum fama, & in ore omnium ver-  
 saretur, per omnis generis miracula effecit, legem ad auxilium dedit: Prophe-  
 tas eis constituit. Hoc enim dicit. **MULTA** per omnem modum.] His autem  
 omnibus silentio pretermisissis, solam legis lationem posuit. **PRIMUM** quidem  
 quia illis credita sunt eloquia Dei, Maximus hic honor est, cum aliae gentes  
 solam discernendi facultatem ex natura haberent, eos legem quoque accepisse.  
**QUID** enim si aliqui ex his non crediderunt, nunquid incredulitas illorum  
 fidem Dei euacuabit? Absit.] Sciebat, inquit, Deus iam ab initio quina le-  
 gem essent seruaturi, & qui eam transgressuri. Qui itaque non crediderunt,  
 nequaquam diuinis beneficiis exitium attulerunt. Etsi enim omnes homines  
 in eum ingrati fuerint, non diminet ingratus eorum animus Dei gloriam.  
 Hoc enim declarauit per ea quae subiunguntur. **EST** autem Deus verus, omnis  
 autem homo mendax.] Concedamus, inquit, nullum omnium hominum Deo  
 quam par est gloriam reddere, sed omnes ingrati animi crimine laborare,  
 hoc enim dicit, Omnis autem homo mendax, quidnam ex eo Dei gloriae decesse-  
 rit? Hoc etiam alibi posuit beatus Paulus. **SI** NON credimus, inquit, ille ta-  
 men fidelis manet. Scilicet ipsum negare non potest. Hic autem etiam scriptu-  
 ra testimonio utitur. **SI** CVT scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis,  
 & vincas cum iudiceris.] Illud autem **VT**, non reddit hic rationem, sed euentum  
 significat. Neque enim ideo peccamus, ut Dei humanitatem & clementiam osten-  
 damus, sed ipse quidem beneficiorum fontes suppeditat salutem procuras omni-  
 bus. Homines autem, cum sint libero arbitrio praediti, hi quidem Dei cultum  
 praferunt, illi vero contraria via ingrediuntur, & sine vitae suae convenientem  
 assequuntur. Porro autem Deus eos etiam beneficio afficiens, iustam habet in eis  
 iudicandis defensionem, quod omni ratione eorum curam gerit. Sic etiam dicebat  
 ad Israellem. Populi mihi, quid feci tibi, vel qua te tristitia aut molestia affeci, re-  
 spode mihi. Deinde sigillatim beneficia commemorat. Ita & per Hier. clamat;  
**QUOD** nam delictum in me inuenerunt Patres vestri, quod longe a me recesserunt,  
 & post vana ambulauerunt, & vani facti sunt? & rursus adducit beneficio



alioqui inuam

Matth. 7.  
Luc. 11.

rum catalogum. Diuinus autem Apostolus, tanquam ex aduersariorum persona syllogismum inducit, *SIN AVTEM* nostra iniquitas Dei iustitiam commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus Deus qui infert iram? Secundum hominem dico, absit. ] Necessario posuit oppositionem, quæ ab aliis affertur, & negatione quàm sit absurda ostendit. Non enim, inquit, hæc dico, sed aliorum rationes adduxi. Id enim est, *SECUNDVM* hominem. Alioqui quomodo iudicabit Deus mundum? Si enim veritas Dei abundauit in meo mendacio in gloriam ipsius, quid adhuc ego tãquam peccator iudicor? ] Est, inquit, absurdissimum hæc dicere. Iusta est enim Dei sententia nec mea iniquitas Deo clementiæ gloriam conciliat. Esset enim summa iniuria, si, qui illi gloriam conciliauerunt, ab eo punirétur, & æterno supplicio afficerétur. Hoc enim nec iniustissimorum hominum quisquam fecerit, nedum is ex quo scatent fontes iustitiæ. *ET NON* sicut blasphemamur, & sicut dicunt aliqui nos dicere, Faciamus mala vt veniant bona, quorum iudicium iustum est. ] Nihil, inquit, horum dicimus: sed alii nos calumniantur, qui quidem calumniæ poenas luent. Scire autem oportet, quòd cum sancti dicant Apostoli, *VBI ABVNDAVIT* peccatum, illic abundauit & gratia, quidam, qui Dei cultui pietatiq. seruibat, falsa in eos conferentes, illos dicere dicebant, faciamus mala, vt veniant bona, sed non hic erat doctrinæ Apostolicæ scopus. Contrà enim decreuerunt vt ab omni iniquitate abstineretur. Sed eos, qui ad sanctam prædicationem accedebant, bono animo esse iubebant, vt pote priorum peccatorum remissione eis à Deo data. Nos autem interpretationem hic sistentes, & mentem interiecta quiete recreantes, eum, qui dedit os homini, eumque qui surdus & qui surdaster est, fecit, laudamus, & vt nos Apostolicæ doctrinæ intelligentiam doceat oremus. Dabit enim omnino qui dixit, Petite & dabitur vobis; querite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis. Cum quo patri cum sanctissimo spiritu gloria conuenit, & magnificentia, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

## TOMVS SECVNDVS.

post eos, deest  
nequaquam.  
Prius causati su-  
mus.

post eos, deest

Psal. 5.

**L**AM diximus, diuinum Apostolum velle ostendere Deum & seruatorem nostrum Iesum Christum necessario hominem factum esse, & ea de causa & de iis qui extra legem, & etiam de iis, qui sub ea vixerunt, locutus est, & probauit & illos legem naturalem, & hos legem Mosaicam esse transgressos, & vltimo esse supplicio dignos, & optimum medicum imitatus est, qui docet prius grauitate morbi eius qui laborat; deinde medicamentorum auxilium adhibet: Ita enim & ipse cum horum & illorum iniquitatem coarguisset, ipsosq. & reos & supplicio dignos ostendisset, offert deinceps fidei medicamentum, & diuinæ dispensationis benignitatem docet, & dicit. *QVID* ergo præcellimus eos? Prius enim causati sumus Iudæos & Græcos omnes esse sub peccato, sicut scriptum est, Non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requitens Deum, Omnes declinauerunt, omnes inutiles facti sunt. Non est qui faciat bonum non est vsque ad unum: sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant. Venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictiones & amaritudine ple-num est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis ipsorum, & viam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei ante oculos eorum. ] In iis quoq. quæ superius interpretata sunt, cum circuncisionem cum

A cum præputio contulisset, subiunxit, QUID ERGO amplius Iudæo est? ]  
 Hic quoque volens gratiæ Euangelicæ excellentiam ostendere, ait, QUID  
 ERGO præcellimus eos? ] Ostendimus enim & eos qui extra legem, &  
 eos qui sub lege fuerunt, peccasse. Adiecit autem etiam Dauidicum testi-  
 monium, vt quòd valde proposito argumento conueniat. Breuitatis au-  
 tem maximam curam gerens, hoc facit, alioqui omnes Prophetas ad Iu-  
 dæorum accusationem vocasset, qui hæc de iis, & his adhuc absurdiora di-  
 cunt. Vnde subiunxit. SCIMVS quòd quæcunque lex loquitur iis qui sunt  
 in lege loquitur. ] Hoc autem etiam valde accuratè & exactè posuit. Non  
 dixit enim DE IIS qui sunt in lege, sed IIS qui sunt in lege. Multa  
 enim dicit & de Babyloniis, & de Persis, & Medis, & Aegyptiis, & aliis  
 pluribus gentibus. Sed tamen, quæ de iis prædicta sunt, Iudæis quoque  
 obtulit. VT OMNE OS obstruatur, & subditus sit omnis mundus Deo. ]  
 Illud VT, rursus quodam sibi proprio loquendi modo adiecit. Non enim  
 ideo fert legem vniuersorum Deus, & præcepta dat hominibus, vt eos red-  
 dat peccatis obnoxios, sed ipse id facit, eorum salutis curam gerens. Qui  
 autem contrarium iter ingrediuntur, ad se supplicium attrahunt. Deinde  
 dona fidei ostensurus, ostendit prius omnes ea indigere, & ante alios eos  
 maximè qui lege gloriantur & propter illà sibi valde placent. QVIA ex ope-  
 ribus legis non iustificabitur omnis caro corà illo. ] Legis Mosaicæ alia qui-  
 dè naturæ cognitioni conueniebant, vt, NON Adulteraberis, NON Oc-  
 cides, NON furaberis, NON dices falsum testimonium aduersus proximum  
 tuum, Honora Patrem, & matrem, & quæcunq. eiusmodi. Sciebant enim ii  
 etiam qui eam legem non susceperant, vnumquodque eorum non solum  
 esse accusationi, sed etiam supplicio obnoxium. Alia autem tulit legisla-  
 tor, quæ Iudæis eo solo tempore conferebant, quemadmodum circunci-  
 sionem, & sabbatum, & sacrificia, & aquiminaria ac lauacra, & quæ de  
 leproso, & eo qui seminis fluxione laborat, constituta sunt & alia his si-  
 milia, quæ aliorum quidem signa sunt, ipsa autem per se adimpleta, non suf-  
 ficiunt ad eum iustum reddendum, qui ea exequitur. Quamobrem diui-  
 nus quoque Apostolus dixit, QVIA EX operibus legis non iustificabitur  
 omnis caro coram ipso. ] Et ne quis eum legem vituperare existimaret, sub-  
 iunxit, PER LEGEM enim cognitio peccati. ] Lex, inquit, perfectio-  
 rem peccati cognitionem hominibus indidit, & vt ipsum vehementius ac-  
 cusaretur effecit: ad rectè autem exercendam virtutem hominibus suffice-  
 re non potuit. Cùm sic ostendisset legem esse solum bonorum honestorùmq.  
 magistram, ostendit gratiæ potentiam. NVNC autem sine lege iustitia Dei  
 manifestata est, testificata à lege & Prophetis. ] Quis Apostolicæ sapientiæ  
 potentiam satis pro dignitate admiretur? Simul enim ostendit & legem  
 cessauisse, eamque suo patrocinio gratiam defendere. Aptè autem etiam  
 posuit illud, MANIFESTATA est. Quod enim erat occultatū dispensatio-  
 nis mysterium omnibus manifestum reddidit. In gratiæ autem & legis col-  
 latione victoriæ excellentiam ostendit, demonstrans legem & Prophetas es-  
 se testes gratiæ. IUSTITIA autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes &  
 super omnes eos qui credunt. ] Repetit quod prædictum fuerat, vt adi-  
 ceretur quod restabat. Quia enim dixit IUSTITIA Dei manifestata est,  
 deinde quadam interposuit, hoc dicto necessario repetito, ostendit per fidem  
 in Dominum Christum eos illa frui, siue sint Iudæi, siue Græci, qui eam asse-  
 qui desiderat. Illud enim IN omnes, dicit Iudæos: super omnes autè, eos qui  
 sunt ex aliis gentibus. Et pergit hoc docere apertius. NON enim est distin-  
 ctio. Omnes. n. peccauerunt, & egent gloria Dei. ] Paucis omnes reos esse

Post scimus,  
deest autem.

in dicitur.

per seipsum p[er]fectum

Propitiatorem,  
*ἰασηπῆρ*, propi-  
 tiatorium.  
 Exo. 25. 26. 36. &  
 ad Hebr. 9.

In sustentatio-  
 ne peccatorum in  
 tolerantia Dei.

post gloriatio,  
 deest tua.

Hier. 31.

Imò valè certè  
*δικαίωσις*  
 Iustificabit.

ostendit, & gratia egere. **IUSTIFICATI** gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu. ] Sola enim fide allata, peccatorum remissionem accepimus: quoniam, veluti quoddam redemptionis pretium Dominus Christus suum corpus obtulit: **QVEM** proposuit Deus propitiatorem per fidem in suo sanguine. ] Propitiatorium erat lamina aurea, quæ super arcam ponebatur. Habebat autem utrinque effigies Cherubin. Illinc autem sciebat, sacra obiens Pontifex, Deum esse propitium. Docet ergo diuinus Apostolus verum propitiatorium esse Dominum Christum. Illud enim vetus huius typum expressit. Conuenit autem ei hoc nomen tanquam homini, non tanquam Deo. Tanquam Deus enim ipse responsum reddit per propitiatorium. Ut homo autem, hanc etiam appellationem recipit, sicut & alias, ut ouis, & agnus, & peccatum, & maledictum, & quæcumque eiusmodi. Et antiquum quidem propitiatorium erat sanguinis expers, quoniam erat etiam inanimatum: sanguinis autem hostiarum guttas recipiebat. Dominus autem Christus & Deus est & propitiatorium, & Pontifex, & agnus, & in suo sanguine nostram salutem procurauit, solam à nobis fidem exigens. **AD OSTENSIONEM** iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore. ] Et suam bonitatem ostendit Deus, qui diu lenis patiensque fuerit hominibus qui se iniquè gerebant, & legem non feruabant: & iustitiam suam omnibus manifestam reddidit. Quod autem non sine causa eos qui delinquebant perpeffus est, sed hoc eis salutis medicamentum præparans, dicit, **UT SIT** ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi. ] Vtrunque enim sciendum est, & quod iustè & humanè ac clementer vniuersorum Deus nostra administravit, & benignè nobiscum egit: & quod quisquis Domino Christo credit, fruitur iustitia quæ est ex fide. Cùm dona gratiæ sic breuiter ostendisset, rursus ad dicendum de lege reuertitur, & ostendit eam cedere gratiæ. **VBI** est ergo gloriatio? ] Legendum est per interrogationem. Deinde responsio. **EXCLUSA** est. ] Non dixit, Dissoluta est, sed Exclusa est, pro eo quod est, Non habet amplius locum. Gloriationem autè vocat altos Iudæorū spiritus & nimiam arrogantiam. Sibi enim placebant, & se magnificè efferebant, tanquàm soli diuina prouidentia fruerebatur. Sed cùm diuina gratia apparuisset, & in omnes gentes diffusa esset, cessauit Iudæorum gloriatio. Compendiosam enim sibi parandæ salutis rationem Deus dedit hominibus, nempe fidem. Hoc enim etiam per ea quæ deinceps sequuntur docuit Apostolus. **PER QVAM** legem? factorum? Non, sed per legem fidei. ] Non sine causa autem fidem legem appellauit, sed Hieremiæ Prophetiam in memoriam reuocans. **IN** **DIEBUS** enim, inquit, illis, & in illo tempore, disponam domui Israël & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui Patribus ipsorum. Si autem lex Mosæ appellata est testamentum, & nouum rursus similiter testamentum nominatum est, hoc autem decernit ut Christo credatur, Prophetice diuinus Apostolus appellationem legis fidei coniunxit. Deinde quod de fide dicit adtexit. **ARBITRAMVR** enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. ] Legem hic dixit Mosæicam. Sed tamen non dicit, **ARBITRAMVR** fide iustificari Iudæum, sed hominem, quod quidem est commune naturæ nomen. Vnde syllogisticè subiunxit. **AN IVDÆORVM** Deus tantum. Nonne autem & gentium? Imò & gentium. ] Deinde tanquàm certum, & cui contradici non potest, sententia confirmat. **QVONIAM** quidem vnus est Deus, qui iustificat circuncisionè ex fide, & præputium per fidem. ] Vnus est, inquit, omnium Deus,

<sup>A</sup> Deus, vnus omnium opifex, & fieri non potest vt eorum quidem curam gerat, illorum verò non gerat. Omnibus ergo qui credunt salutem præbet. Circumcisionem autem vocat Iudæos, Præputium verò gentes. Soluit autem etiam eam quæ incidit obiectionem. **LEGEM** ergo destruimus per fidem? Absit. Sed legem statuimus. ] Multis enim iam retro sæculis & lex & Prophetæ de fide prædixerunt. Fidem ergo fuscipientes, legem confirmamus. Deinde affert horum probationes, & cum posset plurima Prophetarum testimonia adducere, pergit ad ipsam Iudæorum radicem, & ostendit Patriarcham Abraam iustitiam per fidem acquisisse, & dicit.

## CAPVT IIII.

<sup>B</sup> **Q**UID ergo dicemus Patrem nostrum Abraam inuenisse secundum carnem? ] Quam, inquit, antequam Abraam Deo crederet, iustitiam eius per opera fuisse audiimus? Secundum carnem enim dicit, eam, quæ est in operibus. quoniam per corpus opera peragimus. **SI ENIM** Abraam ex operibus iustificatus est, habet gloriationem: sed non apud Deum. ] Bonorum operum implementum, eos quidem qui operantur coronat, sed Dei benignitatem & humanitatem non ostendit. Sed fides facit vtrunque manifestum, & eius qui credit in Deum affectionem & Dei benignitatem, quoniam approbans, & amplectens fidem, cum qui illa præditus est, victorem declarat, & corona donat. Et hoc confirmat per scripturæ testimonium. **Quid enim dicit scriptura? CREDIDIT** Abraam Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. ] Non enim ex lege vitam instituens beatissimus Abraam diuinum testimonium assecutus est, sed ei qui vocauit credens, iustitiæ fructum collegit. **EI AUTEM**, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. ] Qui est enim iustitiæ operator, mercedem postulat. Iustitia autem ex fide est donum Dei vniuersorum. Hoc enim docent etiam quæ sequuntur. **EI VERO** qui non operatur, credenti autem in illum, qui iustificat impium; reputatur fides eius ad iustitiam. ] Cum sic per Patriarcham Abraam ostendisset fidem esse lege antiquiorem, alium rursus eius fide dignum testem citat, David Prophetam & Regem: cui vniuersorum Deus factas Abraham promissiones renouauit: sicut enim Patriarchæ Abraam pollicitus est se in eius semine omnes gentes benedicturum, ita etiam dixit diuinissimo David. **SEMEL** iuravi in sancto meo, si David mentiar. Semen eius manet in sæculum, & thronus eius tanquam sol coram me, & tanquam luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis. Et rursus. **PONAM** in mari manum ipsius, & in fluuiis dextram eius. Et rursus. **ET** Adorabunt eum omnes Reges terræ. Omnes gentes seruient ei, & cetera eiusmodi. Et quoniam ostendit beatum Abraam per fidem iustitiam acquisuisse, antequam autem data lex esset, natus fuerat Abraam, ostendit necessario David, qui sub lege vixit, fidei testimonium dedisse, & dicit. **SIC VTR** & David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauerit Dominus peccatum. Lex, inquit, iis qui peccant supplicium intulit. Propheta autem eos beatos existimat, qui peccatorum remissionem acceperunt. Manifestum est ergo, quod nos beatos prædicat, & gratiæ dona laudat. Ostendit autem hanc esse omnibus propositum, & dicit per interrogationem. Beatitudo ergo hæc in circumcisione, an etiam in præputio? Deinde rursus ex Patriarcha Abraam confirmat id quod est propositum. **DICIMVS** enim quòd reputata est Abraham fides ad iustitiã. Quomodo ergo reputata est? Ei qui est in circumcisione, an ei qui est in præputio.

Cap. 4.  
Secundum carnem, nõ cum patrem nostrum Abraam, sed cū quid inuenisse, coniungit.

Psal. 82.

ibidem.

Psal. 31.

Postcircumcisione, deest tantum  
Ei qui est, &c.  
or απλοσην εντε, η  
εν απροβυστα. Dū  
esset in circumci-  
sione, an dem  
esset in præputio.

tio? Non in circuncisione, sed in præputio. ] Ostendit non solum lege, sed ipsa etiam circuncisione, fidem esse antiquiorem, & quod ante circuncisionem Patriarcha iustitiæ secundum fidem testimonium accepit. Vbi nam ergo circuncisione opus habuerit qui ex fide iustitiam acquisiuit, hoc aperte docet. ET ACCEDIT signum circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio. ] Non est, inquit, circuncisio iustitia, sed testimonium iustitiæ, & signaculum, & signum fidei quam ante circuncisionem acceperat. Vt sit pater omnium credentium per præputium, vt impu-  
 tetur eis iustitia & pater circuncisionis. ] Sic oportet distinguere. Osten-  
 dit enim Patriarcham Abraam primum quidem patrem eorum qui ex præ-  
 putio crediderunt, quoniam & ipse cum adhuc haberet præputium, Deo  
 fidei donum obtulit, præterea autem & Iudæorum, vt qui fuerint cum illo  
 circuncisionis participes. Et hoc ipsum docet apertius per ea quæ inferun-  
 tur. NON IIS tantum qui sunt ex circuncisione, sed & iis qui sectantur  
 vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abraam. ] Si quis enim ex  
 gentibus excitus, circuncisione nõ accepta, illam Patriarchæ fidem secutus  
 fuerit, quam ante circuncisionem ostenderat, illius cognatione non frustra  
 bitur. Cum enim vniuersorù Deus, vt Deus, præuidisset se vnum populum  
 ex Iudæis & gentibus congregaturum, & eis per fidem salutem præbitu-  
 rum, vtrunque in Patriarcha Abraam prius descripsit. Cum enim osten-  
 disset ipsum etiam ante circuncisionem iustitiam ex fide acquisiisse, & post  
 circuncisionem non ex lege Mosaica vitam instituisse, sed in fidei vestigiis  
 hæsisse, eum Patrem gentium appellauit. Vt ad illum & Iudæi & Græci  
 respicientes, neque hi circuncisionem, neque illi præputium, sed vtrique  
 eius fidem imitentur. Neque enim circuncisionem, nec præputium, sed fi-  
 dem iustitiam appellauit diuina scriptura. Cum sic ostendisset fidem esse  
 lege & antiquiorem & præstabiliorem, ostendit rursus legem esse promissio-  
 ne facta Abrahæ recentiorem, ostendens gratiam esse lege antiquiorem.  
 De ea enim factæ sunt promissiones Abrahæ. Pollicitus est autem se in se-  
 mine eius esse omnes gentes benedicturum. Per dominum autem Christum  
 promissum fidem accepit. NON enim per legem promissio Abrahæ aut  
 femini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei. ] Cum enim Deo  
 credidisset, non autem cum ex lege Mosaica vitam instituisset, accepit pro-  
 missionem benedictionis gentium. SI ENIM qui ex lege, hæredes sunt:  
 exinanita est fides, & abolita est promissio. ] Si enim qui ex lege vitam in-  
 stituerunt, bona promissa assequuntur; Abraam quidem frustra Deo cre-  
 didit: Falsa autem sunt, & non vera, quæ illi à Deo promissa facta sunt.  
 LEX ENIM irā operatur. ] Lex enim consuevit eos punire, qui eam trans-  
 grediuntur. Iram enim supplicium appellauit. VBI ENIM non est lex, nec  
 præuaricatio. ] Lex enim punit eos qui transgrediuntur: legi enim con-  
 iuncta est obseruatio & transgressio, cum hi quidem propter virtutis stu-  
 dium eam lubenter feruent, illi verò propter socordiam eam securè trans-  
 gredi sibi in animum inducant. IDEO ex fide, vt secundum gratiam firma  
 sit promissio omni semini, non ei solum qui est ex lege, sed & ei qui est  
 ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrum. ] Iudæorum supercilium  
 contraxit, vocans semèn Abrahæ, eos qui fidem Abrahæ sunt imitati, etiam  
 si sint alienigenæ. Si autem lex punit eos qui transgrediuntur, gratia au-  
 tem donat peccatorum remissionem, hæc confirmat Dei promissionem,  
 donans gentibus benedictionem. Quia autem & gentium & Iudæorum  
 Patrem vocauit Abraham, confirmat id quod dicit scripturæ testimonio.  
 Gen. 17. SICVT scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te. ] Deinde  
 exemplo

ἡς τὸ λογισθῆναι ἕ  
 ἀλλοῖς τὴν δικαιο-  
 σύνην ἢ πατέρα  
 κληρονομῆς.

preuaricatio,  
 παραβάσις.  
 transgressio

ἡς τοῦ εἶναι βεβαίαν

**A** exemplo confirmat testimonium. ANTE DEVM cui credidisti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ nō sunt tanquam ea quæ sunt. ] Sicut enim, inquit, Deus est creator omnium, & omnium Deus & curator, ita etiam Abraam omnium Patrem elegit, non solum Iudæorum, sed omnium qui credunt. Docet autem etiam quam insignis fuerit fides Abrahæ, QVI præter spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est. Sic erit semen tuum. Nec infirmatus est fide, nec postquam considerauit corpus suum emortuum, cum esset centum annorum, & emortuā vuluam Sarræ. ] Videns enim sterilem quidem coniugem, vtrumq. autem imbecilla senectute opprimi, nullamque suscipiendorum liberorum, si rationem humanam spectes, esse spem relictam, nec vllum esse antiquius exemplum, quod eum posset consolari, diuinum promissum fideliter, hoc est firmam fidem adhibendo, suscepit. PRAETER spem enim dicit, eam quæ est secundum naturam. IN SPE autem, promissi Dei. IN REPROMISSIONE etiam Dei non hæsitabat diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, & plenissimè sciens, quod id quod promisit, potens est & facere. ] Non enim respexit ad naturæ imbecillitatem, sed absq. vlla hæsitacione eius creatori credidit. IDEO ET reputata est illi ad iustitiam, supple fides. Ita cum & in iis qui sub lege, & in iis qui ante legem fuerunt, fidem vgnisse ostendisset, ad id quod est propositum orationem conuertit. NON EST autem scriptum tantum propter ipsum, quod reputata est ei fides ad iustitiam, sed & propter nos quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Dominum nostrum Iesum ex mortuis. ] Et Patriarcha, qui videbat mortuam suæ coniugis vuluam, credidit quod facile esset Deo promissum implere, & nos audientes Iudæos vocantes Dominum nostrum mortuum, eum resurrexisse credimus. Et nos itaque fructus fidei colligamus, & iustitiam, quæ ex ea nascitur, carpamus. Non enim frustra scripta sunt quæ Dominus Deus fecit patriarchæ Abrahæ, sed vt nos illa videntes fidem similem ostendamus. Illud autem QVI SVSCITAVIT Dominum nostrum Christum, dixit secundum humanitatem. Qua enim passus est, ea & resurrexit. Carnis autem passio, non est diuinitatis, quæ est ab omni passione & affectione aliena. QVI TRADITVS est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. ] Pro nostris enim peccatis passionem subiit, vt nostrum debitum exolueret, & vt eius resurrectione communem omnium resurrectionem procuraret. Per illam enim & iustificationis commoda accipimus; & in baptismo conscripti, peccatorum remissionem suscipimus. Cum fidei vires sic ostendisset, & gratiæ dona aperuisset, confert suam orationem ad exhortandum, vt actiuæ virtutis cura agatur, adhortans. Quia enim exorta fide dixit legem esse otiosam, & ostendit Patriarcham iustitiam ex fide acquisisse, ne ii, qui se otio totos dedunt, hinc occasionem acciperent actiuæ negligentiæ virtutis, vt pote quod sufficeret fides ad iustificandum, moralia dicta necessario admiscet, & dicit.

## CAP. V.

**I**USTIFICATI ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc accessum habuimus per fidem in hanc gratiam, in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ Dei. ] Fides quidem dedit vobis remissionem peccatorum, vósque ab omni reprehensione alienos, iustosque, per lauacri regenerationem, effecit. Conuenit autem vos eam seruare pacem, quam cum Deo iniistis. Cum enim ei hostes essemus, reconciliauit nos vnigenitus carne suscepta Dei filius. Simultatem autem illam peccatum peperit. Initam ergo pacem iustitia conseruabit. Ad

post dictum est,  
deest, ei. Gen. 5.

deest. Sicut stella  
cæli & arena  
maris.  
ne postquam  
postquam.

etiam ꝑ autem  
confortatus est,  
ἐνεπαισθηθη  
confirmatus est.  
reputatum est.  
ἐλογίσθη.

Christum nostrum  
Iesum.

ἀπορίας.

Cap. 5.

ἰοχησάμενοι  
deest, filiorum, vt  
sit gloriæ filiorum  
Dei.

eam autem persequendam nos non parum incitari conuenit, spem, quæ nobis data est, reputantes, & quam nobis dandam esse gloriam Deus est pollicitus. Susceptorum enim laborum remunerationem, non mercedem, sed gloriam appellauit, ostendens quanta futura sit remuneratio. Quia autem eo tempore multas molestias sustinebant, iniuriis, contumeliis ac tormentis & innumerabilibus mortis generibus affecti, iure quoque de iis affert consolationem. **NON SOLVM** autem, sed & gloriamur in tribulationibus. ] Apertè suam insuperabilem animi magnitudinem ostendit. Non dixit enim, Afflictiones sustinemus, sed **Gloriamur in afflictionibus**. **Gloriamur**, inquit, & de nobis magnificè ac præclare sentimus, vt qui simus Domini passionum participes. Et hoc quidem non dixit apertè. Ita enim sentire, est eorum, qui, vt est eius sententia, perfecti sunt. Alios autem ex futuris consolatur. **SCIENTES** quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. ] Quando aliqua molesta & difficilia quempiam circumfuderint, si fortiter ferat eorum impetus, probatus efficitur, & futurorum spe nititur. Illa est autem non falsa, & quæ quod verum est habet. Hoc enim dixit illud, Non confundit, utpote cum qui sperant quidem, sed spe falluntur, erubescant, & pudore afficiantur. **QVIA CHARITAS** Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. ] Sancti enim spiritus gratia, quam per baptismum accepimus, nostrum in Deum desiderium accendit. Deinde etiam docet causam amoris. **CHRISTVS** enim, cum adhuc essemus secundum tempus infirmi, pro impiis mortuus est. Vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori. ] Cogitamus enim, quòd cum adhuc delinqueremus, & iniquè nos gereremus, morboque impietatis adhuc essemus implicati, Dominus Christus mortem pro nobis suscepit: & hinc benignitatis & clementiæ abyssum intelligimus. Pro iusto enim vix quisquam mortem subierit. Ipse verò propter insignem charitatem pro peccatoribus mortem subiit. Hoc enim subiungit. **COMMENDAT** autem charitatem suam Deus nobis, quod cum nos adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. ] Deus autem insignem suam in nos charitatem ostendit, quòd Christi mors non pro iustis fuerit, sed pro peccatoribus. Nunc enim ostendit, quòd per fidem in ipsum iustificati sumus, quando autem pro nobis mortem subiit, omni adhuc peccatorum generi eramus obnoxii. Illud autem **SECUNDVM** tempus, pro eo quod est in tempore, opportunè, ac tempore conuenienti. Idem autem dicit etiam in epistola ad Galatas? **QUANDO** autem venit plenitudo temporis, misit filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. **MVLTO** igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. ] Qui enim pro impiis & iniquis execrabilem illam mortem subiit, clarum est, quòd eos etiam, qui in illum crediderunt, à supplicio liberabit. Iram enim futurum supplicium appellat. **SI ENIM**, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ipsius, multo magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. ] Si cum inimici infestique essemus, tanta nos cura dignos existimauit vt filium suum pro nobis morti traderet: quomodo fieri potest, vt facta reconciliatione, nos æternæ vitæ non simus participes? Ac rursus quidem certè vocat filium Dominum Christum, qui est idem Deus & homo. Clarum est autem, vt existimo, vel maximè Hereticis, in quam naturam passio facta sit. **NON SOLVM** autem hoc, sed etiam gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum

† φησὶς.  
Ver. trad. habet  
vt quid. n. & c.  
& legit interro-  
ganuē  
moritur & οὐδὲ  
μὲν, morietur.

nobis, ἐν ἡμῶν,  
in nos.

Gal. cap. 4.

ἢ οὐδὲν, natum,

gloriamur, καὶ  
χρῆματι, gloriam  
tes.

**A** Iesum Christum per quem nunc reconciliationem accepimus. ] Non solum enim vitam immortalem expectamus, sed etiam in vita presentis ut Deo familiares effecti gloriamur, de Christo Domino cogitantes, qui intercessor ac mediator noster factus pacem procurauit. Ab hoc deinceps loco diuina dispensationis reuelat mysterium, & incarnationis causam docet. **P**ROPTEREA sicut per unum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. ] Cum Dominus Deus Adam fabricatus esset, & ratione ornasset, dedit unum preceptum ad rationem exercendam. Neque enim fieri poterat, ut qui esset rationis particeps, & bona ac mala discernendi facultatem haberet, absque vlla lege viueret. Is deceptus mandatum transgressus est. Supplicii autem comminationem legislator mandato coniunxit ab initio. Is itaque, cum mortis decreto factus fuisset obnoxius, ita Cain & Seth & alios genuit. Hi vero omnes, utpote ex eo geniti, habebant mortalem naturam, eiusmodi autem natura multis indiget, & cibo, & potu, & indumentis, & habitatione, & diuersis artibus. Eorum autem usus saepe ad mediocritatis exuperationem incitat. Mediocritatis autem exuperatio peccatum generat. Dicit itaque diuinus Apostolus, quod cum Adam peccauisset, & mortalis propter peccatum factus esset, utrunque ad genus peruenit. Ad omnes enim homines mors peruasit, quatenus omnes peccauerunt. Non enim propter primi parentis peccatum, sed propter suum, unusquisque mortis decretum suscipit. **V**SQUE ad legem enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem non imputabatur cum lex non esset. ] Non, ut nonnulli existimabant, eos accusat qui legem precesserunt, sed omnes simul. Illud enim **V**SQUE ad legem, non dicit usque ad legis principium, sed usque ad finem legis, pro eo quod est, donec lex dominata est, habuit peccatum vires suas. Si enim non sit lex, non potest esse transgressio. **S**ED regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt, in similitudinem prauaricationis Adam qui est forma futuri. ] Moysen legem appellat. Hoc autem licet etiam inuenire in Euangelis, Habent Moysen & Prophetas. Ita etiam diuinus Apostolus in secunda ad Corinthios dicit. **S**ED usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum, pro eo quod est, lex. **R**EGNAUIT itaque, inquit, mors ab Adam usque ad Apparitionem Seruatoris nostri, tunc enim suscepta est. Lex enim, inquit, & prophetae usque ad Ioannem prophetauerunt. A tempore autem Ioannis regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. **R**EGNAUIT autem mors etiam in eos qui non peccauerunt in similitudine transgressionis Adae. Etsi enim illud mandatum non transgressi sunt, alia tamen delicta commiserunt. **A**DAM autem appellauit Christi typum. Ipsum enim vocat futurum hac de causa, quod sicut ille, qui primus peccauit, mortis decreto subiectus est, & totum genus primum parentem secutum est: ita etiam Dominus Christus, cum summam iustitiam adimpleisset, mortis potentiam dissoluit, & qui primus ex mortuis resurrexit, omnem naturam hominum ad vitam reducet, & quia Adam typum Christi vocauit, ostendit eius excellentiam. **S**ED non sicut delictum, ita & donum. ] Sed quomodo? **S**I ENIM vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum, in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. ] In poena, inquit, Dominus Deus iustitiae decretum seruauit, & cum Adam peccasset, & morti esset traditus, vniuersum genus est consecutum: multo utique iustius in Dei benignitate & clementia iustitiam seruari, & Domini Christi resurrectionis omnes homines esse participes. Dominum autem

pertransiit διήδεν  
 peruasit.  
 in quo ἐφ' ὃ qua-  
 tenus, propter-  
 ea quod, pro-  
 pter quem.

ἀμετρία.

ἐφ' ὃ.

καὶ ἐπιλογίται νόμος  
 ἐν ὅσῳ, non im-  
 putatur cum nō  
 sit lex.

ἐν ὁμοιωματι τῆς  
 βλάβης, in simili-  
 tudinem trans-  
 gressionis.  
 Luc. 16.  
 2. ad Cor. 3.

Matth. 11.

donū, χάρισμα

ἕσθ.



Decretū &amp; dēp

Iustitiam dicitur  
mea iustificatio-  
nem.

ἀποστόλου.

ἀποστόλου.

ἀποστόλου.

ἀποστόλου.

Christum hominem hic appellauit, ut Adæ typum perfectè ostenderet, quia  
 sicut illic per vnum hominem mors, ita per vnum hominem hic est mortis  
 dissolutio. ET NON sicut per vnum hominem donum. Nam iudicium ex  
 vno in condemnationem, Gratiam autem ex multis delictis in iustificatio-  
 nem. ] Superat, inquit, gratiæ munificentia iustitiæ decretum. Tunc  
 enim cum homo peccasset, totum genus poenas luit. Nunc autè cum omnes  
 homines se impiè & inique gerant, non supplicium irrogauit, sed vitam  
 donauit. SI ENIM vnus delicto mors regnauit, per vnum multo magis  
 gratiæ abundantiam & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabit  
 per Iesum Christum. ] Si per vnum hominem transgressio, mortis poten-  
 tiam confirmauit: clarum est, quòd, qui copiosa Dei dona acceperunt, erūt  
 morte potentiores, & cum Christo regni ab omni exitio ac interitu alieni,  
 & vitæ æternæ erunt participes. IGITUR sicut per vnus delictum, in  
 omnes homines in condemnationem, ita & per vnus iustitiam, in omnes  
 homines in iustificationem vitæ. ] Ne dubitate, inquit, de iis quæ à me di-  
 cuntur ad Adam respicientes. Si enim illa vera sunt, vt sunt, & cum ille  
 transgressus esset, vniuersum genus mortis decretum suscepit, clarum est  
 quòd seruatoris iustitia vitam omnibus hominibus procurat. Et rursus hoc  
 ipsum, aliter dicit, orationè varians & continuè reuoluens ac circumagens,  
 vt œconomia mysterium nos apertius doceat. SICVT enim per inobedi-  
 entiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obe-  
 dientiam iusti constituentur multi. ] Exactè hic & in Adam & in gratia  
 posuit illud, MULTI. Nam & in illis inuenimus aliquos, qui à maioribus  
 peccatis alieni fuerunt, vt Abel, & Enoch, & Noè, & Melchisedech, &  
 Patriarchas, & eos etiam, qui in lege clari insignisque fuerunt, & post gra-  
 tiam, multi vitam iniustam & sceleratam amplectuntur. Ita cum nos ab  
 Adam diuinæ incarnationis causas docuisset, quæ incurrit dubitationem  
 opponit, & eius solutionem inducit. Ea autem in legem incurrit, quæ in-  
 ter Adam & Seruatoris nostri aduentum data est. Et ideo dixit diuinus  
 Apostolus. LEX AUTEM subintravit, vt abundaret delictum. ] Illud  
 autem VT, non pro causa posuit, sed ex suo proprio modo loquendi. Vult  
 autem dicere, quòd nec priori quidem tempore reliquit Deus homines sua  
 curatione & prouidentia destitutos. Sed Iudæis quidem legem dedit, per  
 illorum autem studium ac diligentiam pietatis quoque lumen aliis genti-  
 bus ostendit. Propriè autem posuit illud SVBINTRAUIT, quoniam pro-  
 missi quod datum erat Patriarchæ Christus erat finis. IN SEMINE enim  
 tuo, inquit, benedicentur omnes gentes terræ. ] Inter Abraam autem &  
 Christum lex media ingressa est. Ita autem exactius quidem docuit quòd  
 peccatum malum est, ipsum autem compescere ac profligare non potuit,  
 sed etiam magis auxit. Quo enim plura præcepta data sunt, eò plures trans-  
 gressiones fuerunt. Sed diuinus Apostolus breuem solutionem intulit.  
 VBI AUTEM abundauit peccatum, superabundauit gratia. ] Dei, inquit,  
 beneficentiæ detrimentum non attulit: sed insignem eius bonitatem magis  
 ostendit. VT, SICVT regnauit peccatum in morte, ita & gratia regnet  
 per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum. ]  
 Hic compleuit caput, docet autem, quòd sicut peccatum, quod mortem  
 peperit, regnauit in mortalibus corporibus, animi motus ad mediocritati-  
 tis exuperationem incitans; ita gratia iustitiam per fidem credentibus lar-  
 gita, non habet regnum tempore peccato æquale, sed æternum, & sine fi-  
 ne. Peccatum enim corporibus imperabat, eorum autem morte à regno  
 cessabat. Qui enim mortuus est, vt vult diuinus Apostolus, à peccato iu-  
 stificatus

Austificatus est. Sed post resurrectionem, cum à corruptione interituque aliena & immortalia corpora facta fuerint, regnabit in eis gratia, peccato nullum deinceps locum habente, vbi enim perturbationes animi cessauerint, non erit locus peccato. Deinde rursus aliam emergentem dubitationem proponit, & nullo negotio dissoluit.

CAPVT VI.

**Q**UID ERGO dicemus? manebimus in peccato vt gratia abundet? Absit. ] Negatione quam id sit absurdum ostendit. Hoc autem posuit propter id quod iam ante dictum est, VBI abundauit peccatum, superabundauit gratia. Non illi autem suffecit enuntiatua negatio, sed hoc etiam alia ratione ac methodo aggreditur. **Q**VI MORTVI sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? ] Et quomodo mortui sumus? **AN IGNORATIS**, quòd quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? ] Negasti, inquit, peccatum, & mortuus illi factus es, & Christo consepultus es, quomodo ergo fieri potest, vt tu illud peccatum suscipias? **CONSEPVLTUM ENIM** sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quemadmodum Christus ex mortuis suscitatus est per gloriam patris, ita & nos in vitæ nouitate ambulemus. ] Ipsum baptismatis mysterium docuit te peccatum fugere. Baptismus enim habet typum mortis Domini. In illo autem tu & mortis & resurrectionis fuisti vnà cum Christo particeps. Oportet ergo te nouam quandam vitam viuere, & ei conuenientem, cuius tu resurrectionis fuisti particeps. **GLORIAM** autem Patris vocat diuinitatem Christi. Etenim in alia dicit epistola. **VT DEVS** Domini nostri Iesu Christi pater gloriae. Et Dominus in Euangeliis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quòd si Haeretici hanc interpretationem non admiserint, ne sic quidem vnigeniti gloriae quidquam detrahent. Etsi enim Pater eum suscitauit, suscitauit vt hominem: Vt homo enim etiam passionem suscepit. **SI ENIM** complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. ] Quoniam salutiferum baptismum vocauit mortis typum, nominis immutatione resurrectionem apertè innuit. Quod rectè enim plantatur, enascitur. **HOC SCIENTES**, **Q**UOD vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt non vltra seruiamus peccato. ] Veterem hominem non appellauit naturam, sed malam mentem. Eam autem dicit esse baptismò mortificatam, vt sit corpus otiosum peccato. Hoc enim significat illud, vt Otiosum sit corpus peccati, vt peccato non amplius seruiat. Deinde hoc etiam aperitius ex alia docet similitudine. **Q**VI ENIM MORTVVS EST, iustificatus est à peccato. ] Quis enim vnquam vidit mortuum vel alienum cubile constuprantem, vel homicidio manus suas cruentantem, vel aliquid aliud turpe & flagitiosum agentem? **SI AVTEM MORTVI** sumus cum Christo, credimus quòd etiam simul cum illo viuemus. ] Oportet itaque & nos Christo consepultos peccato quidem esse mortuos, expectare autem resurrectionem. Deinde rursus ponit exemplum. **SCIENTES Q**UOD **CHRISTVS** resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Quòd enim mortuus est peccato, mortuus est semel, **Q**UOD autem viuuit, viuuit Deo. ] Per hæc verba satis docuit, eos qui crediderunt volens à peccato abducere. Semel, inquit, mortuus est Christus, nec vt bis moriatur fieri potest, habet enim corpus immortale, & ideo vnum etiam baptismum percipimus. Ne aliam

ἢ ἀγνοοῦτε ἀδελφοὶ  
an ignoratis fratres.

οὖν, ergo.

Ioan. 2.

ἀλλὰ τίς, quinetiā

διόμοστος ὁ ἀλλοτρίῳ

καταργηθῆν ὀτιο-  
sum reddatur.

ἠγέρθη, qui re-  
surrexit  
ἐκ νεκρῶν, non am-  
plius  
κυριεύει, domi-  
natur  
ἵνα ἴδῃ, qui enim  
mortuus est.

ergo per baptismum remissionem expectes. Pulchrè autem dixit eum mortuum esse peccato. Non erat enim morti obnoxius, peccatum enim non fecerat, sed propter nostrum peccatum mortem subierat. **ITA ET** vos existimate, vos esse quidem peccato mortuos, viuentes autem Deo in Christo Iesu.] Et vos itaque in peccati quidem operatione vestra esse membra mortua ostendite: vitam autem secundum Christum amplectimini, per quam, vitam immortalem assequemini. Oportet itaque nos huic doctrinæ mentem adhibere, & peccati quidem insidias fugere, Christum autem, qui nos seruaui, ad auxilium vocare. Inuocatus enim præsto aderit, & suam nobis opem præbebit. Cum quo Patri cum sancto spiritu gloria conuenit & magnificentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

### TOMVS TERTIVS.

**Vt** obediat, &c. *is rō vniuersi  
vrii ex rōis in  
pūis dūq, vt ei  
obediat in cō-  
cupiscētis eius.*



**E**RGO regnet peccatum in mortali vestro corpore, vt obediat concupiscentiis eius.] Regnum in hoc differt à Tyrannide, quòd existat quidem Tyrannis, inuitis subiectis, Regnum autem, iis volentibus quibus imperatur. Suadet ergo, ne peccati potestati amplius assentiamur, Dominus enim humana carne suscepta eius regnū euerit, & vt qui mortalibus, & adhuc patibile corpus habentibus leges ferret, ea statuit, quæ illorum imbecillitati respondeant, & non dicit, Ne Tyrannidem exerceat peccatum, sed ne regnet. Illud enim est illius proprium, hoc verò, nostræ mentis. Animi enim perturbationum motus, & vexatio, inest nobis natura; eorum autem quæ sunt prohibita actio à nostra mente dependet. Ostendit autem etiam bellum non diuturnum futurum, corpus mortale appellans. Cùm id enim mortis terminum acceperit, cessat etiam animi perturbationum insultus. Iubet ergo nos non deponere quidem peccati tyrannidem, sed ei non cedere immodicè accedenti appetitiones corporis. **NEQVE** exhibete membra vestra arma iniquitatis peccato.] Cùm regni mentionem fecisset, eius quoque necessario armaturam ostendit: nōsq̄e victoriæ parandæ rationem docuit. Peccatum enim nostris aduersus nos membris armis vtitur, **SED** EXHIBETE vos Deo tanquam ex mortuis viuentes.] Et hoc iam dixit. Sic & vos existimate esse mortuos quidem peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu, pro eo quod est. Cum Christo consepulti estis, & consurrexistis, Peccato itaque mortui estis, & aliam vitam queritis. **ET** MEMBRA vestra arma iustitiæ Deo.] Ostendit non malum esse corpus, sed boni Dei opificium. Potest enim si rectè honestèque ab anima gubernetur, Deo seruire, & suum munus obire. Electionis itaque ad id quod est deterius inclinatio, præbet membra veluti quædam arma peccato: & rursus, cognitionis in ea quæ bona & honesta sunt affectio, efficit vt membra diuinis legibus inseruiant. Sobrii enim & temperantis musci lingua offert conuenientem musicam vniuersorum Deo: Ebrii verò & desipientis, insuauem blasphemix vocem furiosè emittit. Ita etiam ea veris sermonibus ornatur, & falsis inquinatur. Ita etiam oculus pudicè & impudicè, toruèque & humanè intuetur. Ita etiam manus & occidit, & miseretur, & vt semel dicam omnes corporis partes & arma iustitiæ sunt, si mens velit: & rursus peccati, quando illa peccati potestatem amplexa fuerit. Diuinus autem Apostolus aliunde quoq̄. ostendit victoriæ facilitatem

**A** facilitatem. PECCATVM ENIM, inquit, non amplius vobis domina-  
bitur. ] Non amplius, inquit, natura sola luctatur, sed opem ferentem  
habet gratiam spiritus. Hoc enim subiunxit. NON ENIM sub lege  
estis, sed sub gratia. ] Docet enim, quòd ante gratiam lex solum doce-  
bat quid esset agendum: iis autem, quibus ipsa imponebatur, nullum  
penitus auxilium afferebat. Gratia autem, præter legis impositionem,  
præbet etiam auxilium, & propterea lege est perfectior, quæ fit à gra-  
tia legis latio, vtpote cum auxilium soluet difficultatem. Deinde rur-  
sus soluit occurrentem dubitationem. QUID ERGO? PECCABIMVS,  
quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? ] Propter eos qui sunt con-  
tentiosiores & reprehendendi cupidiores, hanc obiectionem posuit, &  
**B** primum quidem negavit, rei absurditatem ostendens, & dixit, ABSIT. ]  
Deinde docet pluribus contrarium. AN NESCITIS, quòd cui vos ex-  
hibetis seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue pecca-  
ti ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? ] Cui seruire volueris oportet  
ei te iubenti parere, non enim fieri potest vt duobus dominis simul  
seruias. Repugnat autem ex diametro iustitia & peccatum. Hoc etiam  
dixit Dominus in sacris Euangeliis. Nemo potest duobus dominis ser-  
uire. GRATIAS autem Deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autem  
ex corde in quem traditi estis typum doctrinæ. ] Et eorum mutationem  
**C** ostendit, & quàm hoc sit ei gratum aperuit, Deo hymnum offerens. Era-  
tis enim, inquit, serui peccati: vestra autem sponte liberæque animi volun-  
tate illius dominium excussistis, & spiritalem doctrinam amplexi estis. LI-  
BERATI autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. ] Peccati seruitutem  
excussistis, iustitiæ autem iugum subiistis. Fieri ergo non potest vt cum hoc  
habeatis, illius præceptis cedatis. HUMANVM dico propter infirmitatem  
carnis vestræ. ] Natura adhortationem metior. Scio enim quæ in morta-  
li corpore mouentur animi perturbationes. SICVT ENIM exhibuistis  
membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc  
exhibete membra vestra seruire iustitiæ ad sanctificationem. ] Per hæc  
**D** quoque ostendit non esse corpus accusandum, sed, quæ eum malè ducit,  
mentem. Nihil autem à nobis quod non præstari possit exigit, sed vt quæ  
peccato exhibuimus, ea sola iustitiæ præbeamus. Atqui illi quidem in-  
iusta iubenti paruimus, huic autem si pareamus, id nobis conciliabit san-  
ctificationem. CVM ENIM serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. ]  
Illius enim solius iussa implebatis, non admittebatis autem leges iusti-  
tiæ. Deinde etiam aliunde ostendit differentiam. QVEM ERGO fru-  
ctum habuistis tunc? ] Vos, inquit, dicite emolumenta peccati, imò  
verò est potius superuacaneum id interrogare. Etenim vos tacentes ac-  
ceptum damnum confitemini, nanque pudore suffundimini. Hoc enim  
**E** subiunxit. IN quibus nunc erubescitis. ] Etsi enim sit quispiam lon-  
gè impudentissimus, postquam à voluptate cessauit, pudore afficitur.  
Adiicit autem præterea maiorem & acerbiores fructum peccati. NAM  
FINIS illorum mors est. ] Mortem autem dicit, non hanc tempora-  
lem, sed æternam. NVNC VERO liberati quidem à peccato, serui au-  
tem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem au-  
tem, vitam æternam. ] In his opposuit quidem peccato Deum, pudori  
autem sanctificationem, æternæ autem morti vitam æternam. STI-  
PENDIUM ENIM peccati mors est. ] Quia olim quidem regnauit,  
nunc autem tyrannidem exercet, & arma eius membra quæ malè re-  
guntur appellauit, meritò etiam mercedem græcè ἀσέβειος appellauit, ita

Et id est, ampli-  
us nō est in Lat.  
traductione.

ad obediendum  
est: vnde dicitur ad  
obedientiam

Matth. 3.

In quibus est  
propter quæ

ἀσέβειος

1. Cor. 9.  
ἀποστόλου.

ἐν ἀποστόλου λόγου

enim solent appellare tesseram frumentariam militarem. Etenim dicit <sup>A</sup> in epistola ad Corinthios. **QUIS VNQVAM** militat suis stipendiis. **GRATIA AVTEM** Dei vita aeterna in Christo Iesu Domino nostro Amen. ] Hic non dicit mercedem, sed gratiam. Est enim Dei donum vita aeterna. Et si quis enim summam & absolutam iustitiam praestiterit, temporalibus laboribus aeterna in aequilibrio non respondent. Hac cum dixisset de eo quod eos peccare non oporteat qui vitam ex gratia instituant, rursus conuertit orationem ad conferendum legem cum gratia: & huius quidem ostendit potentiam, illius vero imbecillitatem, & docet quod hac quidem exorta illa cessauit. Sic autem incipit.

CAPVT VII.

Cap. 7.  
In homine dominatur, *καρτεῖται* & *ἀυτοκρατεῖται* dominatur homini. *Ὁ ζῶντις ἀνδρὶ δεδωκεν νόμον*, viuente viro alligata est lege. *ἔπειτα νόμος*, post lege, deest viui.

**A**N IGNORATIS fratres (scientibus enim legem loquor) quod lex in homine dominatur quanto tempore viuit. ] Vos, inquit, recte scitis qui in lege educti estis, quod lex iis dominatur qui adhuc supersunt. Affert autem etiam exemplum rei propositae conueniens, & dicit. **NAM QVAE** sub lege est mulier, viuente viro alligata est legi. Sin autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri. ] Deinde hoc docet apertius. **IGITUR** viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. Sin autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. ] Adulteram, inquit, vocat lex, non eam, quae post mortem coniugis alii coniungitur, sed eam quae coniuge superstitite cum alio copulatur, eam enim, vt quae legem matrimonii iniuria afficiat, puniri iubet. Clarum est ergo, quod postquam vir vitam finierit, ex lege, & non contra legem facit vidua, quae alii nupserit. Et sciebat quidem diuinus Apostolus, quod lex viuentibus quoque separandi matrimonii facultatem dederit, quando id non gratum esset, sed dominicum praecipuum exaudiit, quod dicit Mosen hanc legem dedisse ad cordis Iudaeorum duritiam: sed lege naturae haec non ita habuisse. Vnum, inquit, virum & vnam foeminaem creauit Deus, in ipsa creatione matrimonii legem statuens. Et propterea illo relicto, ad legem, quae de mortuis lata est, accessit, & subiunxit. **ITAQUE** **F**RATRES mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis vos alterius qui ex mortuis resurrexit. ] Atqui exemplo conuenienter consequens erat dicere, Lex mortificata est, hoc est cessauit. Sed Iudaeorum imbecillitatis rationem habens, legem enim valde amplectebantur: nec Haereticis, qui veteri testamento sunt infesti, eius accusanda occasionem dare volens, non dixit legem cessauisse: sed dixit nos legi mortificatos esse per baptismum salutarem, deinde cum resurrexissimus, alteri coniunctos esse, qui ex mortuis resurrexit, hoc est Domino Christo. Et quoniam coniunctionem & matrimonium nostram in Christum fidem appellauit, merito matrimonii quoque fructum ostendit. **VT FRUCTIFICETIS**, inquit, Deo. ] Quis est autem fructus? Vt membra nostra sint arma iustitiae. Valde autem sapienter ostendit ipsam legem iubere vt Christo coniungamur: Non prohibitum enim, inquit, erat quominus posset mulier alii viro nubere post prioris mariti mortem. Deinde rursus ostendit differentiam. **CVM** enim essemus in carne. ] Hoc est dum in legis statu ageremus, Carnem enim vocauit eas leges quae carni datae sunt, de cibo, & potu, & lepra, & iis similibus. **PASSIONES** peccatorum, quae per legem erant, operabantur in membris nostris. ] Non dixit sub lege, sed per legem. Ipsa enim non operabatur peccatum, sed ipsa peccatum accusabat. Peccatum autem bono male vsus est. Neque vero membra nostra

Alterius *καὶ ἐπέω* alteri.

*ἵνα καρποποιήσῃ*, vt fructificemus.

**A** nostra, operabantur peccatum, sed per membra nostra, animæ ad id quod est deterius inclinatio, perfecit eius operationem. Quid autem ex eo eueniebat? **VT FRUCTIFICARENT morti.**] Per hæc autem nos docuit, quòd ante gratiam, dum sub legis statu ageremus, peccati vehementiores impetus sustinebamus, cum lex quid esset quidem agendum ostenderet, auxilium autem non ferret. **NUNC AVTEM** soluti sumus à lege.] Rursus parcè loquens in cautione perstitit: & non dixit, **SOLUTA EST LEX**, sed **NOS SOLUTI** sumus à lege. (Est autem græce *κατηργήθημι ἀπὸ τοῦ νόμου*, id est, Ociosi facti sumus à lege) lex scilicet nobis otiosa facta est, neque enim ex illa amplius vitam instituimus. Et quomodo soluti sumus?

**B** **MORTIS** in qua detinebamur.] Cùm enim legi obnoxii essemus, accessimus ad baptismum. Simul autem cum Christo mortui, ac cum ipso resurgentes, legislatori coniuncti sumus, nec legitima viuendæ ratione amplius opus habemus. Ipsam enim spiritus gratiam accepimus. Hoc enim etiam sequentia declarant. **ITA VT** seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.] Et literæ quidem opposuit spiritum, veteri autem nouum, vt litera quidem legem ostenderet, veteri autem, eius cessationem. Nam & Deus dicit per Hieremiam **DISPO-**

**NAM** domui Israël & domui Iudæ testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum, in die quo apprehensa ego manu ipsorum eduxi eos è terra Aegypti. Quare etiam per Prophetam ostensa est differentia, & cum nouum testamentum apparuerit, oportet vetus cedere. Hæc cùm dixisset diuinus Apostolus, & præuideret, vt pote qui diuina esset gratia dignus habitus, quòd quidam ex Hæreticis hæc ad veteris testamenti accusationem accepturi essent, & existimaturi veterem legem esse alicuius alius Dei, necessario quoque ponit obiectiones, earumque affert solutiones. **QVID ERGO** dicemus? Lex peccatum est?] Multa posuit in iis quæ prius dicta sunt, quæ iis, qui legem vellent maledictis impetere, præberent occasionem ad eam accusandam, nisi afferret propositam quæstionum solutionem. **LEX ENIM** subintravit, vt abundaret peccatum, & **LEX IRAM** operatur, & **EX OPERIBVS** legis non iustificabitur coram eo omnis caro, & quæ sunt his similia. Vnde ad solutionem posuit horum ipsorum obiectionem. Ac primum quidem blasphemam & improbam esse ostendit interrogationem, & negatiuam posuit orationem. **ABSIT.**] Deinde docet legis vtilitatem. **SED PECCATVM** non cognoui nisi per legem.] Non solum, inquit, non est lex peccati magistra, Absit, sed contrà etiam peccati accusatrix. Neque enim cognouissem quid malum, nisi illa me docuisset. **NAM ET** concupiscentiam nesciebam nisi lex dixisset, **NON**

**concupisces.**] Illud **NON** cognoui, & **nesciebam**, non hic ignorantiam omnino significant, sed hoc dicit, Naturalis discretionis exactiorem cepi cognitionem per legem. **OCCASIONE AVTEM** accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.] Ostendit eam esse omnino ab accusatione liberam. Quia enim dixit aucta esse peccata per legis impositionem, ne quis existimaret legem illius fuisse causam, necessario illius modum ostendit. Cùm enim peccatum ex lege lata pugnæ ac contentionis occasionem cepisset, imbecilliorum rationem expugnauit. **SINE LEGE ENIM PECCATVM** mortuum erat.] Nisi sit enim lex, quæ quid sit agendum ostendat, & quod non agendum prohibeat, non est locus peccato. Deinde exemplo hoc manifestum efficit. **EGO AVTEM** viuebam sine lege ali-

ἐν τῷ κρηματισμῷ  
 ad iustificandū.

ἀποθανόντες, mortui.

Hier. 31.

ἐκ νόμου  
 non sciuissem.

quando. Adam enim ante transgressionem non habebat metum mortis. <sup>A</sup>  
 SED CVM venisset mandatum, reuixit peccatum, ego autem mortuus  
 sum. ] Cùm enim Deus de arboribus statuisset præceptum, statim Diabo-  
 lus per serpentem accessit ad mulierem, & fallacibus illis sermonibus vfus  
 est. Illa autem inescata, cùm fructus pulchritudinem aspexisset, à volupta-  
 te quidem superata est, præceptum autem transfiliit. Vnà autem cum Adam  
 mortis decretum accepit. Fuerat enim ille etiam esus particeps. ET IN-  
 VENTVM est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. ]  
 Legem quidem & mandatum omnino defendit, peccati autem improbitatē  
 refellit. Mandatum enim, inquit, vitam suppeditat: ad id autem quod est  
 deterius conuersio, mortem peperit. Propter ea propriè posuit illud In- <sup>B</sup>  
 uentum est, vt ostendat aliud quidem esse legis institutum, aliud verò quod  
 propter peccatum accidit. NAM peccatum occasione accepta per manda-  
 tum seduxit me, & per illud occidit. ] Idem diuersè dixit. QUARE lex  
 quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. ] Legem ap-  
 pellat eam quæ Mosaica dicitur. mandatum verò, quod Adæ datum est.  
 Quamobrem ipsum quoque pluribus laudibus ornauit, vt quod à pluribus  
 accusaretur. Qui enim otio se totos dedunt, & virtutis labores suscipere re-  
 cufant, Dominum quoque Deum accusant quòd mandatum dederit. Si  
 enim, inquit, quod erat futurum ignorabat: quomodo Deus, qui futura  
 non præscit? Sin autem cum præuideret transgressionem, dedit mandatum:  
 ipse est causa transgressionis. Oportebat autem eos intelligere, quòd re-  
 rum honestarum malarumque discernendarum facultas est propria eorum  
 qui sunt ratione præditi. Eorum enim, quæ ratione carent, natura non  
 habet hæc discernendi facultatem. Est enim rapax lupo, leo crudiuorus,  
 & vrsi & pardi his similia faciunt, nec habent sensum peccati, nec conscien-  
 tiam, quæ ab iis quæ facta sunt pungatur. Homines autem, etiam si nullus  
 inter sit iis quæ fiunt, erubescunt, & quæ à se suscipi ausa sunt pertimescunt.  
 Conscientia enim accusationem comparat. Quomodo ergo fieri poterat,  
 vt qui tali essent natura præditi, sine lege viuerent? Deus ergo eam ob cau-  
 sam mandatum statuit, vt & propriam naturam agnosceret, & legislato- <sup>D</sup>  
 rem timeret. Licet autem etiam videre legislatoris humanitatem. Non  
 enim difficilem aliquam legem tulit, sed quæ vel facillimè seruari posset.  
 Concesserat vt liceret frui omnibus fructibus, vnus autem solius esse par-  
 ticipè vetuerat, non illi vnum inuidens: Quomodo enim, qui illi omnium  
 potestatem dederat? sed eum docens seruitutis terminos, & vt in creato-  
 rem beneuolo esset animo instituens, & rationis facultate prædito sui exer-  
 cendi occasionem præbens. Si autem non seruato præcepto, mortis decre-  
 to subiectus est, non est hoc culpa eius qui dedit, sed eius qui transgressus  
 est. Neque enim medicus, qui iubet aegroto vt à frigidæ potu abstineat,  
 hoc facit ei inuidens, sed eius sanitatem procurans. Quòd si ille non serua- <sup>E</sup>  
 to præcepto, frigidam aquam biberit, ipse ad se damnum attrahit; Medi-  
 cus autem nulli est culpæ affinis. Ac dominus quidem certè Deus & Adam  
 & totum illius genus omnicura & studio dignatus est, & vt aliis omisis,  
 veniam ad id quod est maximum, & omnium principalissimum; Propter  
 illum, & illius genus, vnigenitum Dei verbum homo factum est, & mor-  
 tis potentiam fregit, quæ ab illo initium ceperat: & resurrectionem polli-  
 citus est, & cælorum regnum parauit. Quare & illius transgressionem  
 sciebat, & futuram medicinam parauit. Propterea ergo diuinus Aposto-  
 lus & sanctum & iustum & bonum præceptum appellauit. Sanctum qui-  
 dem, vt quod id quod oportet docuerit. Iustum autem, vt quod in trans-  
 gressores

A gressores rectè sententiam tulerit. Bonum verò, vt quod iis qui illud ser-  
 uant vitam præparet. Deinde rursus ponit dubitationē quę incurrit. **QVOD**  
 ergo bonum est, mihi factum est mors? ] Et rursus vt solet negat, Absit. ]  
 & ostendit malorum causam. **SED** peccatum, vt appareat peccatum, per  
 bonum mihi operatum est mortem. ] Est obscurum propter nimiam bre-  
 uitatem. Hoc autem dicit. Per bonum, hoc est per legem & mandatum,  
 ostenditur mihi peccatum, scilicet malum & improbū. Et quomodo osten-  
 ditur operans mortem? Ex fructu enim cognosco arborem, & dum video  
 mortem, illius matrem odi. Lex autem est horum mihi magistra. Non est  
 ergo lex mala, quæ hæc docet, sed peccatum malum est, quod mortem con-  
 ciliat. Ad id autem quod est deterius inclinatio, facit vt peccatum sit in no-  
 stra electione. **VT FIAT** supra modum peccans peccatum per præceptū. ]  
 Et si enim natura ipsum ostendit, lex tamen nos perfectius docuit quàm sit  
 eius insignis improbitas. Ei autem quod est **FIAT**, aliquid deest. Subau-  
 ditur enim, apertum. Sic enim antea diximus. **SED PECCATVM** vt ap-  
 pareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, vt fiat supra mo-  
 dum peccans peccatum per mandatum. Hoc est, vt per mandatum mani-  
 festetur peccatum supra modum peccare, hoc est, esse malum. Deinde tan-  
 quam præstantissimus pictor quispiam, nostræ naturæ & peccati bellum  
 describit. **SCIMVS** autem quod lex est spiritualis. ] Legem rursus ornat  
 e laudibus. Quid enim hac appellatione esse potest honorabilius? Diuino. n.  
 inquit, spiritu scripta est. Huius gratiæ cum esset particeps beatus Moses  
 legem conscripsit. **EGO AVTEM** carnalis sum vñum datus sub pecca-  
 to. ] Introducit hominem ante gratiam ab animi motibus & perturbatio-  
 nibus obsessum. Carnalem enim vocat eum, qui nondum spiritalem gra-  
 tiam est assecutus. Illud autè **VENDITVS** sub peccato, per id quod à Pro-  
 pheta vsurpatur intelligamus. **ECCÈ**, inquit, peccatis vestris vñundati  
 estis. Hoc etiam hic dicit. Transfugi ad peccatum, & me illi vñunde-  
 di. **QVOD** enim operor non intelligo. ] Qui enim à voluptate vel etiam  
 ab ira vincitur, illa animi perturbatione ebrius, non habet apertam pecca-  
 ti cognitionem. Sed postquam ab illa perturbatione quieuerit, mali tunc  
 sensum accipit. **NON** enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud ago. ]  
 Hoc à lege pulchrè efficitur, nempe vt doceat quid sit malum, & eius odium  
 animæ inserat. Illa autem, **NON VOLO**, & Odi, non necessitatem, sed  
 imbecillitatem significant. Non enim necessitate aut vi aliqua impuls-  
 i peccamus, sed à voluptate deliniti, ea facimus, quæ vt scelerata & flagi-  
 tiosa abhorremus. **SIN AVTEM** quod nolo illud facio: consentio legi  
 quod bona est. ] Illud enim odium quo in peccatum afficio, à lege acce-  
 pi. Legem itaque defendo, & eam rectè habere fateor. **NUNC AVTEM**  
 iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. ] Hæc decla-  
 ratione & pluribus verbis indigent. Corpus mortale effectum, post præ-  
 cepti trāsgressionem, affectiones & animi perturbationes suscepit. Per eas  
 enim ea consistunt quæ ad præsentem vitam pertinent. Egent enim appe-  
 titione, non solum nutrimenti, sed & liberorum procreationis, & agri-  
 culturæ, & aliarum artium gratia. Si ea enim non esset, nihil horum con-  
 sisteret. Ea nobis etiam ad vitam ex virtute instituendam conducit. Qui  
 enim eam non desiderat, qui pro ea sunt suscipiendi labores non tolerat.  
 Ipsa quoque nobis diuinum desiderium inserit. Cupiditatis itaque com-  
 moderatio, est ad res bonas & honestas adiutrix, modum autem excedens  
 exuperatio, intemperantiam inducit. Ea enim, vt & aliis cubilibus infi-  
 diæ parentur, & quæ non par est desiderantur, latrociniæque suscipiantur,

Esa. 50.

Vetus habet:  
 Non quod volo  
 bonū hoc ago,  
 sed quod odi ma-  
 lum, illud ago.



sepulchra effodiantur, cædēsque perpetrentur, & eiusmodi alia frant, efficit. Et ideo vniuersorum Deus illi iram adiunxit, vt illius immodicam exuperationem reprimeret. Habet tamen ipsa quoque opus aliquo, qui eius insatiabilitatem prohibeat. Sicut ergo ei quod est nimium frigidum calidum admiscemus, & rursus nimium calidum frigido temperamus ac castigamus: ita creator Deus his duabus animi perturbationibus, quæ sunt inter se ex diametro contrariæ, nobis insitis, docuit alterius per alterum nimium excessum corrigere. Eis enim mentem, tanquam equis aurigam, præfecit, & seruitutis illis iugum imposuit, vt æqualiter ferrent eis lege imposta. Si autem quandoque eueniret vt cupiditas vltra modum procederet, iussit iram pungere, vt ea sic concitata currum rursus æqualem statueret. Quòd si ea rursus nimium progredere, iubet rursus cupiditatem moueri, & nimiam iræ exuperationem castigare. Mens itaque sobria, seque moderatè & sapienter gerens, hoc modo regit. Quòd si ipsa negligens euaserit, & habenas reliquerit, vt equi quidem exiliant efficit, ipsa autem trahitur, & vnà cum ipsis in lacunas & voragine incidit. Hoc diuinus Apostolus hic dixit. **NUNC AVTEM** iam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me malum, Peccatum appellans mentis seruitutem, & animi perturbationum dominationem. Et ipse quidem non operatur, quoniam odio habet id quod agit, animi autem perturbationum potestas hanc in se habet actionem. **SCIO ENIM**, quòd non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. ] Dicit animi perturbationum dominationem, quas introduxit quidem corpus mortale effectum, auxit autem mentis socordia. **NAM VELLE** adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. ] Ad ea enim, quæ bona & honesta sunt, propensionem ac promptitudinem, à mentis doctrina accepi: sed in actione tamen non satis habeo virium, cum aliud auxilium non habeam. **NON ENIM** quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo illud facio, iam non operor illud, sed quod habitat in me peccatum. ] Apertius hoc dixit. **INVENIO** ergo legem volenti mihi facere bonum. ] Hic ponenda est distinctio. **QUONIAM** mihi malum adiacet. ] Rursus idem propter breuitatem obscure posuit. Dicit autem. Et lex mihi bona esse videtur. Laudo enim quæ ab ea constituta sunt vt se rectè habentia, & similiter ac ipsa, & quæ sunt honesta diligo, & quæ sunt contraria odio habeo. Sed mihi tamen malum adiacet, hoc est peccatum, quòd habeam corpus mortale & patibile, animæque socordiam, & imbecillitatem. Deinde mentis & animi perturbationū pugna apertius ostendit. **CONDELECTOR** enim legi Dei secundum interiorem hominem. ] Interiorem hominem dicit mentem. **VIDEO AVTEM** aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. ] Legem peccati peccatum appellat. Id autem operationem exercet, quando corporales quidem animi perturbationes exiliunt: anima autem, propter eam, quam ab initio induit, socordiam, eas cohibere non potest: sed propriam quidem libertatem abiicit, eis autem vt seruiat sustinet. Sed tamen quamuis seruiat, habet odio seruitutem, & laudat eum qui seruitutem accusat. Hæc omnia cum differuisset Apostolus, vt ostenderet quales eramus ante gratiam, & quales post gratiam, & veluti suscepta persona eorum qui ante gratiam à peccato obsessi sunt, tanquam à mediis hostibus circumdatus, & in seruitutē abductus, & seruire coactus, & nullum aliunde videns auxilium, grauiter quidem gemit ac lamentatur. Ostendit autem legem opem ferre non posse, & dicit. **INFELIX** ego homo, quis me liberabit

berabit de corpore mortis huius? Gratias ago Deo meo per Iesum Christum Dominum nostrum. ] Mortis autem corpus vocat, ut quod sit morti obnoxium, hoc est mortale, anima enim immortalis. Solus enim, inquit, Dominus noster Iesus Christus nos à graui potestate liberauit, morte quidem fusa ac profligata, nobis autem immortalitate promissa, & vita laborum ac molestiarum bellique & peccati experte. Atque horum quidem in vita futura fructum percipiemus, in presentia autem sancti Spiritus gratiam percipientes, non soli aduersus animi perturbationes in acie stamus; sed eam opitulatricem habentes, eas vincere possumus. Deinde eorum quæ dicta sunt infert solutionem. **IGITUR** ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati.

Gratias ago, ἐὺ-  
χαριστῶν, verus ha-  
bet Gratia Dei.

## CAP. VIII.

**N**ihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu. ] Iis qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. ] Neque enim nos nunc inuitos vincunt animi perturbationes, quoniam diuini Spiritus gratiam accepimus. **LEX ENIM** spiritus vitæ me in Christo Iesu liberauit à lege peccati & mortis. ] Sicut legem peccati peccatum, ita legem spiritus vitæ viuificum spiritum appellauit. Eius, inquit, gratia, per fidem in Christum Iesum, duas tibi libertates donauit. Non solum enim peccati potentiam fregit, sed etiam mortis tyrannidem destruxit. Porro autem ostendit etiam qua nam eam ratione destruxerit. **NAM QVOD** impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem. ] Non est ergo mala lex, sed bona quidem, verum impotens. Imbecilla autem erat, ut quæ iis qui mortali erant induti natura iura daret. In presentia enim per sanctum Baptismum arram immortalitatis accepimus. **DEVS FILIUM** suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. ] Non dixit, In similitudine carnis, sed in similitudine carnis peccati, naturam enim humanam acceperat, sed peccatum humanum non acceperat, & ideo quod acceptum est, non similitudinem carnis, sed similitudinem carnis peccati appellauit. Cum enim eandem quam nos haberet naturam, non habuit eandem quam nos sententiam & mentem. Dicit autem, quod cum lex non potuisset suum institutum implere, propter eorum quibus lex dabatur imbecillitatem: habebant enim mortalem & patibilem naturam: vnigenitum Dei verbum homo factum, per humanam carnem peccatum fregit ac profligauit, cum omnem quidem iustitiam impleisset, peccati autem labem non admisisset, & cum peccatorum, tanquam peccator, mortem sustinuisset, peccati iniustitiam coarguit, quod corpus morti nequaquam obnoxium morti tradiderit. Verum enim uerò idem & peccatum & mortem dissoluit. Sicut enim morti non subiectus, neque enim peccatum commiserat, ea tamen per iniustam peccati sententiam suscepta, fuit merces redemptionis: ita etiam in mortuis liber fuit ab iis quæ iuste morte detinebantur. Hoc enim etiam docuit per ea quæ consequuntur. **VT IUSTIFICATIO** legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. ] Nostrum enim, inquit, debitum exoluit, & legis scopum perfecit. Quis autem erat is? Ut eos iustos ostenderet qui legem susceperant. Si itaque Domini Christi dispensatio legis scopum ad opus deduxit, lex non accusari sed laudari meretur. Cum autem de iustitia loqui esset aggressus, ad eam quoque adhortationem inducit. Et cum dixisset, Iis qui non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum, subiunxit. **QVI ENIM** secundum carnem sunt, quæ sunt carnis sapiunt: qui verò secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus sentiunt. ] Ita etiam alibi. **SI SPIRITV** ergo viuimus, spiritu & ambule-

Cap. 8.

ἡ ψυχή, ὡς ἡμεῖς  
μοβίω

καὶ τὸ πνεῦμα  
τῆς ζωῆς, ὡς ἡμεῖς  
μοβίω

ἡ ψυχή, ὡς ἡμεῖς  
μοβίω

μοβίω

μοβίω

mus. Spiritum autem hic vocat gratiam spiritus, & docet, quod, qui <sup>A</sup>  
 sequitur, ea & facit & cogitat quæ illi placent. Qui autem carni seruit,  
 hoc est corporis affectionibus, priuatus est libertate. **NAM PRVDEN-**  
**TIA** carnis mors est. ] Non dixit, Caro, sed prudentia carnis, hoc est,  
 perturbationum insultus. Eorum enim qui peccauerant mors poena est.  
**PRVDENTIA AVTEM** spiritus, vita & pax. ] Qui enim viuit spirituali-  
 ter, is est pacis erga Deum particeps. **QVONIAM SAPIENTIA** carnis ini-  
 mica est Deo. ] Rursus carnis sapientiam accusauit, hoc est perturbatio-  
 num potentiam, & eam dicit Deo esse infestam. **LEGI ENIM** Dei non est  
 subiecta, nec enim potest. ] Quomodo enim fieri potest, vt qui animi per-  
 turbationem susceperit, Dei cultum suscipiat, cum peccato adhuc seruire <sup>B</sup>  
 eligat? **QVI AVTEM** in carne sunt, Deo placere non possunt. ] Non iu-  
 bet nos esse extra carnem, sed liberari à prudentia carnis. Hoc enim docent  
 etiam quæ sequuntur. **VOS AVTEM** non estis in carne, sed in spiritu, si  
 tamen Dei spiritus habitat in vobis. ] Manifestum est eos non fuisse incor-  
 poreos, qui hanc doctrinam suscipiebant, sed dicit eos carnalibus pertur-  
 bationibus esse superiores, & habere inhabitantem sancti spiritus gratiam.  
 Ita etiam dixit Dominus Apostolos non esse ex mundo: non quod aliunde  
 essent, sed quod essent mortui mundo. **SI QVIS** autem spiritum Christi  
 non habet, hic non est eius. ] Quoniam posuit illud. **SI TAMEN**, est au-  
 tem hoc dubitationis, meritò subiunxit, quod qui est huius gratiæ expers,  
 nullam habet cum Christo societatem. Et quoniam hoc satis erat ad eos qui  
 suscipiebant perterrendos, per ea quæ sequuntur affert remedium. **SI AV-**  
**TEM** Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatū:  
 spiritus verò viuit propter iustificationem. ] Ea quæ dubia erant manife-  
 sta reddidit, & ostendit se carnem non accusare sed peccatum. Iubet enim  
 corpus esse mortuum peccato, pro eo quod est, Non facere peccatum. Spi-  
 ritum autem hic animam appellauit, vt quæ sit iam facta spiritalis. Iubet  
 autem vt ea iustitiam persequatur, cuius fructus est, amanda & expetenda  
 vita. **QVOD SI** spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in  
 vobis: qui suscitauit Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora <sup>D</sup>  
 vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. ] Spe futurorum con-  
 solatus est, & eis satis animi dedit ad præsentia certamina. Propediem  
 enim, inquit, erunt vestra corpora immortalia, & superiora illis, quæ ea  
 molestia afficiunt, perturbationibus. Hoc autem faciet ipse Deus vniuer-  
 sorum, qui nunc spiritus arram liberaliter præbuit. Dedit autem etiam  
 ipsis pignus resurrectionis, resurrectionem Christi à mortuis. Per hæc au-  
 tem, quæ dicta sunt, etiam docuit vnā diuinitatis naturam. Sanctum  
 enim spiritum & Dei & Christi appellauit, non quoniam, vt volunt exe-  
 crandi Hæretici, ex Deo per filium fabricatus est: sed quia est eiusdem cum  
 patre & filio substantiæ, & ex patre quidem procedit, vt vult Euangelii <sup>E</sup>  
 doctrina: eius autem gratia iis qui digni sunt per Christum suppeditatur.  
 Pergit autem docere quomodo nos oportet vincere carnis perturbatio-  
 nes. **ERGO DEBITORES** sumus, non carni, vt secundum carnem viuā-  
 mus. ] Nam cum à Domino Christo salutem assecuti sumus, & spiritus  
 gratiam accepimus, seruitutem illi debemus. **SI ENIM** secundum carnē  
 viuitis, secundum carnem moriemini. ] Hoc est, si carnis affectiones seque-  
 mini. Dicit autem mortem æternam. **SI IN** autem spiritu facta carnis mor-  
 tificaueritis, viuetis. ] Gratia hoc habet supra legem, quod hæc quidem do-  
 cuit id quod fieri aut non fieri oportet: illa autem habet etiam spiritus ad-  
 iuuantem gratiam. Et hoc quidem in loco diuinus Apostolus Marcionis  
 & Va

sitamen, inasp si  
 quidem

si okei, habitat.  
 iustitiam, dicitur  
 Cōrhu, iustitiam.

deest, fratres.

**A** & Valentini & Manentis cernens blasphemiam, accuratè admodum doctrinam attulit. Non enim dixit, Corpus mortificate, sed facta corporis, hoc est prudentiam carnis, affectionum insultus. Habetis enim vobis opem ferentem Spiritus gratiam. Fructus enim victoriæ est vita. **QVICVNQVE** enim spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei. ] Qui enim vitã spiritualiter instituant, ii filiorum adoptionis dignitatem assequuntur. Hic autem Iudæos etiam pungit, docens non debere eos sibi valde placere seque iactare, quoniam ipsi quoque filii sunt appellati. Carent enim honore spiritus, cum gratiam non habeant. **NON ENIM** accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. ] Cum lege rursus gratiam comparat, & appellat seruitutem vitam quæ sub ea agitur. Docet tamen, quòd eam quoque scripserit sancti Spiritus gratia. Spiritum itaque seruitutis non vocat sanctum spiritum, sed legis impositionem, quæ ipsa etiam facta est per Spiritum sanctum. Sin autem sanctum spiritum vocat spiritum seruitutis, est alius scilicet adoptionis filiorum spiritus. Sed hæc non ita habent, est enim vnus spiritus, sed sunt diuersa ac varia eius dona & gratiæ. Alii enim per eundem spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo cognitionis secundum eundem spiritum, alii autem fides in eodem spiritu, & quæ deinceps consequuntur. Ostendens autem, quòd reuera filiorum adoptionis autoritatè sumus affecti, subiunxit, **IN QVO** clamamus Abba pater. ] Etenim in mystica oratione offerenda iussi sumus Patrem vocare, & dicimus. **PATER** noster qui es in cœlis. Illud autem **ABBA**, adiecit, eorũ qui ipsum inuocant dicendi libertatem ostendens. Pueri enim maiori apud patres dicendi libertate vtentes, neque enim adhuc habent perfectam discernendi facultatem, frequentius ad eos eadem voce vtuntur : ita & nos propter inenarrabilem eius benignitatem & infinitam bonitatem, patrem quidem vocamus, vt iussi sumus, vniuersorum creatorem, nescimus autem quanta sit inter nos & ipsum differentia, nec nos ipsos perfectè scientes, & eius naturã omnino ignorantes. **IPSE** enim spiritus reddit testimonium spiritui nostro quòd simus filii Dei. ] Appellat spiritum, naturam spiritus. Spiritum autem nostrum, datam gratiam, ea enim æquiuocè appellantur. Dicit autem, quòd spirituali doctrinã obediētes orationem offerimus. Hoc autem agentes non reprehendimur, quia legi diuinæ conuenienter facimus. **SI AVTEM** filii, & hæredes. ] Non satis nobis fuit à seruitute liberari, & libertatis gratiam assequi : sed etiam filiorum adoptionis dignitate ornati sumus, & non solum appellati sumus filii, sed etiam Dei hæredes, & cohæredes Christi. Hoc enim subiunxit, **HAEREDES** quidem Dei, cohæredes verò Christi. ] Quoniam non omnis filius est hæres eius qui eum procreauit, meritò diuinus Apostolus cum filiorum adoptione hæreditatè coniunxit. Et quoniam sæpe etiam famulus accipit aliquam à Domino hæreditatem, non tamen relinquitur socius filii, necessario adiecit, Cohæres autem Christi, vt eius insignem, & quæ dici non potest, humanitatem ac benignitatem aperiret. **SI TAMEN** compatimur, vt & conglorificemur. ] Non enim omnes, qui salutaris baptismate dignati sunt, iis bonis fruuntur, sed qui præterea Dominicarum quoque passionum societatem suscipiunt. Hoc autem non temere appoluit, sed ad eorum qui martyrio afficiuntur consolationem. Subibant enim omnis generis tentationum insultus, iniuriis affecti, tormenta perpassi, & in carceres coniecti, & innumerabilia mortis genera sufferentes. Quamobrem verba etiam consolatoria adiungit, ex futuris consolans, & ad præsentia forti animo ferenda adhortans: **EXISTIMO ENIM**, quòd

*[Faint marginal notes in the upper right corner.]*

*[Faint marginal notes on the right side, partially overlapping the main text.]*

*[Faint marginal notes on the right side.]*

Reddit testimonium spiritui nostro quòd simus filii Dei. ] Appellat spiritum, naturam spiritus.

*[Small marginal note.]*

*[Small marginal note.]*

τὴν μέλλουσαν ἀπο-  
καλύπτει τοῖς, quæ  
est reuelanda in  
vobis.

non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ re-  
uelabitur in vobis.] Superant certamina coronæ, non comparantur cum  
laboribus remunerationes. labor enim paruus est, sed magnum lucrum spe-  
ratur. Et propterea non mercedem sed gloriam vocauit ea quæ expectatur.  
NAM expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.] Non vi-  
detis, inquit, cœlum, terram, mare, aërem, solem, lunam, & omnem quæ vi-  
detur creaturam, & quæ præterea sub visum non cadunt, Angelos, Archan-  
gelos, potestates, principatus, dominationes? Hæc omnia vestram perfe-  
ctionem expectant. VANITATI enim creatura subiecta est, non volens,  
sed propter eum qui subiecit eam in spe.] Vanitatem appellat corruptio-  
nem & interitum. Hoc enim paulo post docet, quod etiam ipsa creatura li-  
berabitur à seruitute corruptionis. Docet autem, quod omnis, quæ vide-  
tur, creatura, mortalem naturam sortita est. Quoniam vniuersorum crea-  
tor prauidebat Adæ transgressionem, & in eum esse ferendam mortis sen-  
tentiam: Neque enim erat cōsentaneum, nec iustum, vt quæ propter ipsum  
quidem facta erant, incorruptionem acciperent, ipse vero, cuius causa ea fa-  
cta erant, esset mortalis & patibilis: cum ipse autem per resurrectionem im-  
mortalitatem acciperet, illa quoque similiter incorruptionem assequi. Di-  
cit ergo quod eam rerum mutationem expectat creatura quæ videtur: Mu-  
tabilis enim facta est, non sua sponte, sed Creatoris decretum secuta. Cum  
autem videt eum nostri curam gerere, capit spem mutationis, quod ipsa  
etiam creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Creaturæ autem muta-  
tionem diuinus quoque Dauid testatur. Cœli enim & terræ mentione fa-  
cta, subiunxit. IPSI peribunt, tu autem permanebis. QVIA & ipsa crea-  
tura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.]  
Cum ii enim esse ostendetur id quod vocantur, & per immortalitatem esse  
Dei filii declarati fuerint, illa quoque ab incorruptione liberationem omni-  
no accipient. Hæc autem dicit, nō volens significare ratione esse præditam,  
quæ videtur, creaturam, sed vtens profopopœia. Hoc enim est etiā Prophe-  
tarum proprium. & hic quidem dicit pinus gemere, ille verò ligna exultare,  
& montes exilire, & fluuios plaudere. SCIMVS enim, quod omnis crea-  
tura ingemiscit & parturit vsq. adhuc.] Hic etiam eam quæ sub visum non  
cadit creaturam comprehendit. Dixit enim omnis creatura. Ad perfectio-  
nem autem loci intelligentiam vocem Euangelicam in memoriā redigam.  
LUC. 15. Dominus. n. dixit etiā Angelos, qui in cœlis sunt, gaudere super vno pecca-  
tore pœnitentiam agente. Si autem gaudent propter peccatores, qui agunt  
pœnitentiam, scilicet etiam tristitia afficiuntur dum vident nostra delicta.  
NON solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi in-  
tra nos gemimus.] Et quid mirum si creatura propter nos sic afficitur? nā  
& nos ipsi, qui futurorū multa pignora accepimus, & ante omnia gratiam  
sancti Spiritus, gemimus liberationem desiderantes. hoc enim declarant ea  
quæ consequuntur. ADOPTIONEM filiorum Dei expectantes, redem-  
ptionem corporis nostri.] Atqui dixit quod filiorum adoptionis spiritum  
accepimus, docet tamen apertius, quod nomen nunc quidem accepimus,  
rei autem tunc erimus participes, quando nostra corpora à corruptione li-  
berata fuerint, & immortalitatem induerint. Per primitias autem signifi-  
cauit, quod in futuro seculo multiplicem spiritus gratiam recipiemus. Si enim  
quod nunc datum est, primitiæ & arrabo appellatur, clarum est illud futurū  
multis partibus maius. SPE enim salui facti sumus.] Resurrectionē enim  
nondum assecuti sumus, sed suscepto promisso spes nos consolatur. SPES  
autem quæ videtur non est spes: Nam quod videt quis quid sperat? SI  
AVTEM

Psal. 101.  
οὐθὶς ἢ ἀπειλαγήσῃ  
πρὸς φόβου, Quæ  
doque autem li-  
berabitur à cor-  
ruptione.

οὐθὶς ἢ ἀπειλαγήσῃ  
πρὸς φόβου, Quæ  
doque autem li-  
berabitur à cor-  
ruptione.

LUC. 15.

**A** VTEM quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. ] Ne ægrè, inquit, ac difficiliter feratis ea quæ sunt molesta & grauia videntes. neq. enim falsa vobis promissa attulimus. Diximus enim vt bonorum quibus fruere perceptionem expectaretis. Quæ autem expectantur bona, non videntur oculis corporeis. Si enim viderentur, non amplius expectarentur. Si autem expectantur; dum ea veniant opperiri oportet, & non spei ancoram amittere. Ostendit ad hæc etiam aliud quod datum est auxilium. **SIMILITER AVTEM** & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. ] Habemus sufficiens auxilium, gratiam spiritus. **NAM QUID** oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. ] Ne postulate inquit, vt ab iis quæ molesta sunt liberemini. Nescitis enim quid sit vobis vtile, vt Deus qui gubernat. Date vos ipsos ei qui tenet clauum vniuersi. Is enim, etsi nihil petatis, sed tantum gematis, pro gratia quæ inhabitat operantes, vestra sapienter administrat; & id quod vobis vtile futurum est præbebit. Hoc enim subiunxit. **QVI AVTEM** scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum Deum postulet pro sanctis. ] Spiritum autem hic non dicit substantiam spiritus, sed gratiam quæ data est iis qui credunt. Ab ea enim excitati, compungimur, ab ea inflammati, alacrius precamur, & gemitibus inenarrabilibus Deum compellamus. Hoc autem diuinus Apostolus, etiam ab iis quæ passus est commotus, scripsit. Petiit enim ipse etiam liberationem à malis, & non semel, nec bis, sed etiam ter, nec tamen quod petiit impetrauit. Audiuit enim **SUFFICIT** TIBI gratia mea. Virtus enim infirmitate perficitur. Sed cum hoc didicisset, illa ipsa lubenter amplexus est à quibus vt liberaretur orabat, & dicit. **LVBENTISSIME ERGO** potius gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. **SCIMVS AVTEM** quod diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. ] Non cooperatur omnibus, sed iis qui diligunt, & non simpliciter cooperatur: sed cooperatur in bonum. Si quis enim petiuerit ea quæ non conferunt, quod petit non assequitur, neque enim ei vtile est id assequi. Admodum autem accurate vocationi propositum adiunxit. Non enim vocat simpliciter, sed eos qui habent propositum. Et ideo Corinthi quidem dicit Apostolo. Loquere & ne taceas, populus enim est mihi multus in hac ciuitate. In Mysia autem loqui verbum prohibuit. In Asia verò primum quidem prohibuit, postea autem iussit hoc facere. Et ideo Hierosolymis quoque dixit ipsi. Festina, & exi hinc velociter, non enim recipient tuum testimonium. Et ideo hic quoque dicit, iis qui sunt vocati secundum propositum. Conueniunt autem & quæ subiunguntur. **QVOS PRÆSCIVIT** eos & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. ] Non enim dixit simpliciter Prædestinavit, sed quos præsciuit prædestinavit: Perfectè autem & accurate loquens, non dixit, Conformes filii sui, sed conformes imaginis filii sui. Hoc autem apertius posuit in epistola ad Philippenses. Cum enim dixisset **NOSTRA AVTEM** conuersatio est in coelis. Vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, subiunxit, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Neq. n. nostrum corpus erit eius diuinitati conforme, sed corpori gloriæ eius. Ita hic quoque, eos, qui vocatione dignati sunt, imaginis filii conformes nominauit. Hoc est, corporis filii. Quia enim diuina natura sub visum non cadit, est autem

διδινεταις ημῶν infirmitates nostras

ἐπιθυμῶν διεντρεχεται, compellat.

τὸ φρόνημα, cogitationem.

2. Cor. 12.

post vocati sunt deest sancti in Theod.

Act. 22.

post conformes deest in Græco fieri

ad Phil. 3.

τὸ εἶδος gloriæ.

corpus aspectabile, tanquam in aliqua imagine per corpus adoratur. **VT**  
**SIT** ipse primogenitus in multis fratribus. ] Hoc etiam testatur veritas  
 doctrinae. Etenim primogenitus vt homo nominatur. Vt Deus enim est  
 vnigenitus. Neque enim fratres habet, vt Deus: sed vt homo, appellat  
 fratres eos qui crediderunt. Eorum est primogenitus, nec tamen alius est  
 quam primogenitus: sed idem est vnigenitus & primogenitus, **QVOS** au-  
 tem praedestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit,  
 quos autem iustificavit, hos & glorificavit. ] Quorum propositum pra-  
 sciuit, eos ab initio praedestinavit: praedestinos autem ac praefinitos etiam  
 vocavit: Deinde vocatos per baptismum iustificavit: iustificatos vero glo-  
 rificavit, vt quos filios nominauerit, & sancti Spiritus eis gratiam dederit. **B**  
 Caterum nemo praescientiam horum causam esse dicat, non enim praescien-  
 tia eos tales effecit: sed Deus, vt Deus, quae futura erant procul prospe-  
 xit. Neque enim si ferocem equum videns frenum mordentem, & fessio-  
 rem minimè tolerantem, dixerim eum praecipitio appropinquantem casu-  
 rum, deinde id quod dixi, euenerit, non ego equum iniecti in praecipitium,  
 sed quod futurum erat praedixi, ex equi ferocia coniecturam faciens. Deus  
 autem vniuersorum omnia procul videt, vt Deus, non tamen huic qui-  
 dem affert necessitatem vt virtutem exerceat, illi autem vt vitam ex vi-  
 tium instituat. Si ipse enim ad vtrumvis eorum vim affert, non iure  
 hunc quidem laudat & coronat: in illum vero supplicium decernit. Si **C**  
 autem iustus quidem est Deus, vt iustus certè est, adhortatur quidem  
 ad ea quae bona & honesta sunt, & prohibet contraria: laudat autem  
 eos qui quae bona sunt faciunt, & punit eos qui sua sponte vitium am-  
 plectuntur. **QVID ERGO** dicemus ad haec? Si Deus pro nobis,  
 quis contra nos? ] Cum Deum habeamus adiutorem, homines for-  
 midamus? Per illud autem **QVIS**, omnia simul comprehendat, & Re-  
 ges, & Imperatores, & populos populisque rectores, & oratores, & to-  
 tum denique orbem terrarum. Deinde beneficiorum colophonem in  
 medium adducit. **QVI ETIAM** proprio suo filio non pepercit, sed pro  
 nobis omnibus eum tradidit, quomodo non etiam cum illo omnia no- **D**  
 bis donauit? ] Quod maius est dedit, & quod minus est non dabit? fi-  
 lium largitus est, & possessionibus priuabit? Scire tamen oportet, quòd  
 vna est persona filii. Humana tamen natura pro nobis à diuinitate da-  
 ta est. **PANIS**, enim inquit, **QVEM EGO** dabo, caro mea est,  
 quam ego dabo pro mundi vita, & habeo potestatem ponendi animam  
 meam, & rursus habeo potestatem accipiendi illam. **QVIS ACCV-**  
**SABIT** aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui con-  
 demnet? ] Cum dixisset, Deo auxilium ferente, quis nobis exitium  
 afferet? adiecit, Cum Deus nos iustos declarauerit, quis poterit con-  
 demnare? **CHRISTVS IESVS** **QVI** mortuus est, imo qui & **B**  
 resurrexit, qui & est ad dextram Dei, qui etiam interpellat pro no-  
 bis. ] Quid his maius quæris? Dominus **CHRISTVS** pro no-  
 bis est mortuus, & è mortuis suscitatus Patri assidet, & ne sic qui-  
 dem nostri curam gerere desit. Sed quas à nobis accepit primitias pa-  
 tri ostendens, & eas esse ab omni reprehensione alienas Patri demon-  
 strans, per illas nobis salutem petit. Et hoc quidem quantum ad huma-  
 nitatem posuit. Vt Deus enim, non petit, sed suppeditat. Quòd si  
 etiam, quantum ad diuinitatem, hoc filium facere dixerint Hæreti-  
 ci, ne sic quidem eius gloriam minorem esse ostendent. Demus enim  
 duos

respiciamus, dona-  
 bit.

Exig. mortuus crimē  
 intendet.

**A** duos Reges esse honore æquales, & eadem potestate præditos, esse autem utrisque aliquem præfectum seu legatum, & alterum eorum, precibus ab eo qui offendit prius auditis, petere à regni consorti ut ei reconcilientur, hoc ne de eius qui petit dignitate detrahit? Nequaquam. Sed ne id quidem hic licet dicere. Quæ enim patri placent, etiam placent filio, & una est utriusque voluntas. Figurata est ergo ab Apostolo oratio volente ostendere insignem quam nostri gerit curam. **Q**UIS NOS separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius. Sicut scriptum est. Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis. ] Est iis quæ sunt promissa conueniens testimonium. Dicitur enim ex persona eorum, quibus fuit idem scopus & institutum. Sanctus enim spiritus per diuinum Dauid scripsit psalmum de Maccabæis. **S**ED IN his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. ] Dei vniuersorum in nos amorem his omnibus opponentes, quæ sunt molesta vincimus. Absurdissimum enim existimamus Dominum quidem Christum mortem pro peccatoribus suscepisse, nos autem pro eo occidi non valde lubenter perpeti. **C**ERTVS ENIM sum, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, nec altitudo, nec profundum, neque aliqua alia creatura poterit nos separare à Charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. ] Cùm omnem simul creaturam cum amore in Deum veluti in trutina positam contulisset, & iis quæ videntur ea quæ sola intelligentia percipiuntur coniunxisset, Angelos, & principatus, & potestates, & cum præsentibus bona quæ expectantur, & etiam supplicia, quorum minæ intentantur ( Gehennam enim, ut puto, profundum nominat: altitudinem regnum ) & præterea æternam vitam & mortem: & videret adhuc aliquid deesse, quærir quidem aliquid aliud adiicere. Cùm autem non inueniret, tantam & tam multiplicem creaturam oratione affingit, & hæc ne sic quidem videt omnino exæquari charitati in Deum. Non est enim, inquit, amandus propter promissa, sed illa propter ipsum expetenda. Neque enim qui verè ac germanè in aliquem diuitem affectus est, eum propter opes & facultates diligit: sed propter suam in eum affectionem, res etiam, quæ ad eum pertinent, diligit. Ita etiam diuinus Apostolus, Nollem, inquit, habere regnum cœlorum, & quæcunque videntur, & quæ intelligentia percipiuntur, & tot tantâq. alia bis & ter, sine dilectione in Deum. Si quis autem mihi tam præsentia quàm futura molesta & aspera proposuerit, & temporalem & æternam mortem, & longissimam in gehenna supplicium cum dilectione in ipsum, lubentius & alacrius ea suscipi- rem, quàm illa magna ac præclara, & quæ rationem superant, Dei dilectione frustratus. Hanc itaque ut habeamus & supplices

à Deo contendamus, & omnem diligentiam & studium

adhibeamus, ut Apostoli vestigia sequentes, digni

Apostolicis tabernaculis habeamur. Gratia

& benignitate Domini nostri Iesu Chri-

sti, cum quo patri unà cum san-

cto Spiritu conuenit gloria &

magnificentia, nunc &

semper & in sæcula

sæculorum.

Amen.

psal. 43.

deus est spiritus.

deus est spiritus.

deus est spiritus.

deus est spiritus.

deus est spiritus.

deus est spiritus.

deus est spiritus.

deus est spiritus.

deus est spiritus.



TOMVS QVARTVS.

CAPVT

IX.



**V**OD fit quidem necessaria, & inenarrabilium bonorum iis qui credunt conciliatrix, Dei & seruatoris nostri incarnatio, apertè diuinus Apostolus demonstrauit. Probauit. n. Iudæos ex lege lata fuisse maioribus criminibus obnoxios, aliósq. omnes naturæ legē transgredi, & cū supplicii minas aperuisset, Euangelicæ quoq. gratiæ dona adiecit, & quæ ex fide proficiscitur salutē indicauit. Vt autem nec Iudæi ægreferrent, legē accusari existimantes, nec Hæretici, qui in vetus testamentum infesto sunt animo, legis calumniandæ occasionē acciperent, ex ea collatione quæ antea facta est, ostendit necessario legis vtilitatem, & multis eam laudibus ornauit. Quia autē rursus Iudæi Patriarcham Abraam in medium afferentes, & quæ illi à Deo factæ sunt promissiones, conabatur ostendere Apostolorū prædicationem iis esse contrariam, vt quæ præter diuinā promissionē gentibus offerretur; necessario eas etiam rationes in medium adducit, & doctè admodū sapienterq. refellit, scripturæ testimoniis & exemplis opportunè vsus, diuinorumq. promissorū veritatem apertè ostendens. Iudæorū autem infidelitatem accusaturus, suū primum in eos amorem aperit, & dicit. **VERITATEM** dico in Christo, nō mentior, testimonium mihi perhibete conscientia mea in Spiritu sancto. ] Et à mendacio liberū, & veritate ornatū, quod dicendum est, ostendit. Diuini. n. spiritus gratiam vnā cum sua conscientia in testimoniu vocauit, suadens vt suæ orationi fidē omnino adhiberent. **QVOD** tristitia mihi magna est, & cōtinuus dolor cordi meo. ] Imperfecta quidem est orationis cōpositio. Ad iei. n. oportebat, Propter Iudæorū reiectionem vel infidelitatem esse illi perpetuū dolorem. Sed parcè & cautè loquens hæc quidem verba nō posuit, sed per ea quæ deinceps sequuntur hæc se sensisse docet. Sic autē dicit. **OPTABAM**. n. ego ipse anathema esse à Christo, pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israëlita. ] Anathema habet duplicē intelligētiam. Nam & quod Deo consecratū est anathema nominatur: & quod ab eo est alienum, habet eandem appellationē. Et secūdam quidem docuit nos diuinus Apostolus in prima ad Cor. **SI** quis. n. non amat Dominū nostrum Iesum Christum, sit anathema. Prius autem vel cōmunis docet consuetudo. Anathemata. n. appellamus quæ Deo offeruntur, & ipse vniuersorū Deus, qui urbem Hierico anathema esse iussit. Hic quidem certè diuinus Paulus secundam posuit significationē, ostendens qua esset affectione in suos contribules & cognatos. Et non dixit vellem, sed optarē esse alienus à Christo, vt cognati mei secundum carnē, cum illo familiaritate & consuetudine inita, fructum salutis assequerentur. Aptè autē admodum apposuit quoq. illud **EGO** ipse ea, quæ de charitate in Christum antea dicta sunt in memoriam reuocās, & propemodū dicens, Ego, quæ nec vita, nec mors, nec præsentia, nec futura, nec vlla alia creatura separare poterit à charitate Dei quæ est in Christo Iesu, pro Iudæorū salute lubentissimè ab ipso separarer. Clarū est autē, quod non eos seruatori præferens, sed suū in eos amorē & desiderium declarans, hæc dicit, omnes se submittentes, & salutarē prædicationē auidè lubentēq. suscipientes videre desiderās. Vt autē quod dicit confirmet, & probabile efficiat, & eorū priorē nobilitatem, & donorū diuinitus in eos collatorū diuitias ostendit, & dicit. **QVI** sunt Israëlita. ] Erat. n. celebre hoc nomē, à Deo quidē antiquo illius generis

testimoniū mihi perhibente *συμμετρούβουνοι μοι. τε* testimoniū simul mihi ferente

*φειδὲν χριστάμυτος.*

Optabam *ἐυχόμενον* optarem

1. Cor. 16. *ἀναθήματα* 1. Cor. 6.

*ἀπὸ προσθηκῆς*

**A** generis parenti à Deo impositum, & tanquam hæreditarium ad nepotes posterósq. transmissum. **QVORVM** adoptio est filiorú. ] Hoc quoq. nomen sortiti sunt. **FILIVS** enim, inquit, primogenitus meus Israël. **ET GLO-**  
**RIA.** ] Ex miraculis. n. clari & insignes eualescere. **ET TESTAMENTVM.** ]  
**Nó** solum. n. vetus, sed etiam nouú se daturum est pollicitus. **PONAM.** n. inquit, domui Israël testamentum nouum, non secundum testamentú quod disposui patribus ipsorum: sed ipsi illud accipere noluerunt. **ET** legislatio. ]  
**Mosaicam.** n. ipsis legé dederat. **ET** Obsequium. ] Eos enim aliis gentibus præferens, legitimum sacrificádi ritum docuit. **ET PROMISSA.** ] Et quæ patribus de Deo facta sunt, & quæ per Prophetas oblata fuerunt. **QVORVM**  
**patres,** ] qui clari celebrésq. fuere: quorú Deus Deus est appellatus. Deinde postremum quod est omnium bonorum maximum posuit. **ET** ex quibus  
**Christus** secundum carnem, qui est super omnia benedictus Deus in sæcula. Amen. ] Et hoc quidem additamentú. **SECVDVM** carnem, satis erat ad declarandam Domini Christi deitatem. Sed quemadmodum in proœmio cum dixisset, **FACTI** ex semine Dauid secundum carné, subiunxit, qui definitus est filius Dei in potentia: ita cum hic dixisset **SECVDVM** carnem, adiecit, **QVI** est super omnia benedictus Deus in sæcula. Et naturarum differentiam ostendens, & quàm iusta de causâ lugeret docens, quod ex ipsis quidem secundum carnem, qui est Deus in omnibus, ipsi autem à nobilitate exciderunt, & ab illa cognatione alieni facti sunt. Et mulieres quæ lugent imitatus est, quæ mortuorum, eorúmq. qui lugentur, & corporis pulchritudinem, & ætatis florem, maiorúmq. nobilitatem, opes, ac potentiam suis lamentationibus adtexunt. Cum sic itaq. suum in Iudæos amorem patefecisset, propositam sententiam incipit. **NON** autem quòd exciderit verbú Dei. ] Ego quidem, inquit, non solum vellem sed etiam optaré esse à Christo alienus, si fieri posset vt Iudæi per meam alienationem promissa bona assequerentur, sed tamé licet & ii contradicant, nec velint salutem percipere, veræ tamen sunt, quæ patribus factæ sunt, promissiones. Quomodo? **NON** enim omnes qui ex Israël sunt, ii sunt Israëlita. ] Non enim naturæ sed virtutis querit Deus cognationem. Deinde hoc docet apertius. **NE QVE QVI** semen sunt Abrahæ, omnes filii. ] Dei scilicet. Hoc enim docet paulopost. **SED** IN Isaac vocabitur tibi semen. ] Et cum posuisset Dei promissioné, eam explicat, & interpretatione claram efficit orationem. **ID EST,** non qui filii carnis, ii filii Dei: sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. ] Vocat autem carnis quidem filios, qui per naturæ seriem & consequentiam geniti sunt. Promissionis autem, qui ex gratia dati sunt. **PROMISSIONIS** enim verbum hoc est, secundum hoc tempus veniam: & erit Saræ filius. ] Cum enim defessa effætáque esset natura, diuina munificentiæ pater effectus est. Hoc autem dicit, quòd etiam Ismaël Abrahæ erat filius, & etiam primogenitus. Cur ergo te effers, ó Iudæe, & magnos spiritus concipis, tanquam solus Abrahæ semen dicaris? Si autem existimas illum tanquam semiseruum cognatione fuisse eiectum, non rectè existimas. Solet enim diuina scriptura ex patribus non ex matribus genealogiam computare. Et poterat quidem diuinus Apostolus etiam eos qui ex Chetura nati sunt in medium adducere, eosq. ex libera quidem fuisse natos ostédere, sed semen Abrahæ nó vocári. Facile erat etiam ei ostendere duodecim Iacob filios ex diuersis matribus natos, & quatuor semiseruos vniuersos quoque dici Israël, & ex matrum seruitute nihil fuisse lætos. Sed parcè probationes afferens, hoc quidem prætermisit, ex multa autem quæ adhuc restabat copia victoriam est assecutus. Cum enim posuisset id quod Abrahæ

Exod. 4.  
 διαβήμι τεστα-  
 mentα  
 Hier. 31.

λατρεία

ἐπὶ πάντων in  
 omnibus be-  
 nedictus  
 ἐλογισμένος benedi-  
 cendus aut lau-  
 dandus

Gen. 27.

λογίζεσθε ἐν καρ-  
 μῶνι pro semine  
 reputantur.

Gen. 18.  
 ὁ φιλίας ἀπειρη-  
 κνίασθαι.

ἐν πολλῶν πειρασ-  
 τοῖς ἐνδοκίμα.

deest illa in  
Græco

Gen. 25.  
Gen. 23.

Malach. 1.  
Gen. 25.

Exod. 9.  
Exod. 33.

Exod. 9.

à Deo dictum est, IN ISAAC vocabitur tibi semen, ostendit ne vniuersum quidem eius genus benedictionem accepisse. Eius enim filiorum hic quidem accepit benedictionem, ille verò ab ea excidit. Hoc enim subiunxit. NON SOLVM autem illa, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac Patris nostri. Cùm enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocante dictum est ei, Maior seruiet minori. ] Si existimas, inquit, propter Saram prælatum fuisse Isaac Ismaëli, & filiis Abrahæ, qui ex Chetura nati sunt, quid de Rebecca dixeris? Hic enim & vna est mater, & vnus pater, & vna conceptio. Erant enim gemini pueri. Hoc enim dixit illud, Ex vno concubitu habens, pro eo quod est, vno tempore ambos concepit. Sed tamen hic quidem Deo charus, ille vero fuit indignus cuius Deus curam gereret. & non expectauit Deus rerum experientiam, sed dum adhuc vtero gererentur, eorum differentiam prædixit. Prædixit autem, cum eorum propositum præsciuisset. Non est enim iniusta electio, sed quæ hominum proposito conuenit. Deinde etiam propheticum testimonium adducit. SICVT SCRIPTVM est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. ] Non ergo naturam ostendit, sed solam virtutem quærit. Hoc enim pluribus confirmat. QUID ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Absit. ] Nihil habet iniusti diuina sententia, sed iustitia ornatur, & cùm hoc posset ostendere & aperte docere, quòd vniuersorum Deus non solet naturam attendere, sed optimam mentem quærere, & eis in memoriam reuocare, quòd sæpe multis hostibus traditi sunt, nec propter maiores vlla eis venia data est, quoniam non sunt eorum virtutem imitati: & quòd ipsi quidem fuerunt omnes Babylonis traditi: Abimelech autem, quamuis feruus & Aethiops, salutem propter pietatem assecutus est; hoc quidem non facit nolens eos percellere: sed ostendit diuina consilia humanam rationem longè superare: & multos quidem scelera perpetrare, non omnes tamen pœnas luere. Etenim plurimi in deserto vituli imaginem tanquam Deum adorarunt: non omnes tamen pœnas dederunt, sed hi quidem supplicio affecti sunt: illi verò eorum supplicio correcti sapientiores exstitere. Ita puniens Pharaonem, multis per hoc vtilitatem attulit. Et hæc diuinus posuit Apostolus. Sic autem dicit. Mosis enim dicit, MISEREBOR cuius misereor, & misericordiam præstabo cuius miserebor. ] Hæc autem dixit Deus in fabricatione vituli, necessario autem Mosis quoque meminit, vt per eum qui dixit, & eum qui audiuit, id quod dictum est fide dignum esse ostenderet. Deinde ratiocinatur. IGITVR NON volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei. ] & solutionem non inducit: sed eorum quæ inferuntur additamento quæstionem magis auget. DICIT enim scriptura Pharaoni: In hoc ipsum excitauit te vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. ] Deinde rursus infert syllogisticè, ERGO cui vult miseretur, quem vult autem indurat. ] Hæc scripta aperta sunt, non enim aliunde collecta ea affero. Audiuisti ipsum Dominum qui dixit, MISEREBOR cuius misereor, & misericordiam præstabo cuius misereor. Rursus autem eius sunt quæ de Pharaone dicta sunt. Ipse relicto Ismaële, iisque, qui ex Chetura nati fuerant, elegit Isaac. Ipse quoque Iacob præposuit Esau, licet in eodem vtero, eodem tempore, ipsi effecti formatique fuerint. Quid ergo miraris, si nunc hoc quoque ipsum fecit, & eos qui ex nobis crediderunt, suscepit, eos autem, qui hunc radium non susceperunt, repulit? Sed hæc quidem interim non dicit, sed auget quæstionum dubitationem, & dicit, DICES ergo mihi, quid adhuc

**A** huc queritur? Voluntati enim eius quis resistit. ] Si enim cuius vult miseretur, & quem vult indurat, ab eius voluntate dependet mens hominum. Quod si ita est, iniuria iis qui peccant supplicia statuit. Neque enim fieri potest, vt quis eis quæ ipsi videntur resistat. Cùm itaque quæstionum multitudine dubitationem auxisset, & oppositiones omnes proposuisset, subiunxit. **O HOMO**, tu quis es qui respondeas Deo? ] Quoniam dixisti, inquit, Voluntati eius quis resistit? Dic mihi, tu quis es? non homo? Quomodo ergo respondes, & de diuino consilio tam curiosè scrutaris? Si enim tui iuris non esses, & non liberum arbitrium haberes, sed diuinæ voluntatis necessitati seruire, non secus ac inanimata, tacuisses, iis quæ administrantur & dispensantur contentus. Sed quoniam ratione præditus es, ea etiam quæ tibi videntur & dicis & facis, nec iis quæ fiunt contentus es, sed diuinorum consiliorum & administrationum causas inquiris. **NVNQV I D** dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorè, aliud in contumeliam? ] Respice ad lutum figuli, quod cum non sit rationis iudicio præditum, non contradicit ei qui fingit: sed etiam si ad vilis probrosique vasis officium deputatum ac institutum fuerit, id quod fit silentio excipit. Tu autem resistis, & contradicis. Non es ergo naturali necessitate alligatus: nec præter tuam sententiam ac voluntatem peccas & iniuste te geris, sed iniquitatem tua sponte complecteris, & tuo arbitratu virtutis labores suscipis. Recta est ergo & iusta Dei vniuersorum sententia. Iure ergo punit peccatores, vt qui hoc sua sponte facere audeant. Iure etiam lenitate, & benignitate vtitur, à nobis enim accepta occasione præbet misericordiam. Nonnulli autem illud quidem, **O HOMO** tu quis es qui respondes Deo, aiunt dictum esse per increpationem. Cùm enim, inquit, prius reprehendisset eos qui diuina curiosè scrutantur, & quàm viles abiectique essent ostendisset, à luto enim nihil differt hominum natura, ita solutionem intulit, hæc est autem solutio. **QVOD** si, hic subdivisio ponenda est. Dicit enim. Si hoc scire desideras, quamobrem, cum plures peccent, hos quidem punit, illos verò per eos beneficio afficit, & cum multi virtutem persequantur, hos quidem claros reddit, illis verò per eos futurorum spem indicat, audi quæ deinceps sequuntur. **DEVS** volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, & vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ preparauit in gloriam. Quos & vocauit nos, non solum ex Iudæis, sed & ex gentibus. ] Non est, inquit, Deus Architectus improbitatis Pharaonis: sed ipse, vt solet, patientia vsus est: Ille autem patientiam existimauit imbecillitatem, & propter eam suam auxit contumaciam. Sed tamen sapiens vniuersorum gubernator & ei iustum supplicium intulit, & ex eius improbitate ad mala profliganda salutare medicamentum composuit, & quem admodum medici, non ipsi fabricantur vipersas, sed ex eis vtile hominibus medicamentum conficiunt: ita etiam Deus voluit quidem Pharaonem subire supplicia: quoniam autem ille in nimiam feritatem impegerrat, illi quidem omnis generis pœnas inflixit: suam autem potentiam omnibus hominibus ostendit. Et ideo dicit, **IN HOC** ipsum excitavi te, vt ostendam in te virtutem meam: & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Illud autem **EXCITAVI** te, pro eo quod est, permisi tibi regnum assequi: & cum possem prohibere, non prohibui, quæ ad alios reditura ex eo esset utilitas, præuidens. **VASA** autem iræ ad interitum comparata appellat eos qui sua sponte tales facti sunt. Hoc enim scripsit etiam ad Timotheum.

Esa. 45.

deest μὴ δὲν, at-  
qui o homoἐν δὲν ἐν ἀντιθέσει  
ἰσθῆς

Hier. 16

ἰ δὲ, sin autem

apta, ἡ ἀπορροή  
ἢ comparata  
& deest in vet.

ἀνεξήγητον.

Exod. 9  
virtutem δὲ να-  
μῶν potentiam

2. Tim. 2. IN MAGNA autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam verò ad contumeliam, & docens quòd quis sua sponte & arbitrato fit hoc vel illud, subiunxit. SI QVIS ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne bonum opus paratum. Et Corinthiis sic scribit. SI QVIS autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, apertè docens liberum hominum arbitrium, ita etiam vasa misericordiæ appellauit eos, qui Dei benignitate digni sunt. Illud autem, QUAE præparauit in gloriam. ] diuinâ præscientiam declarat. Illud enim etiam in iis quæ prius dicta sunt docuit, cum dixit. QVOS præsciuit, & prædestinauit conformes imaginis filii eius. Apostolo enim scopus est & institutum ostendere quòd eos qui digni sunt salute solus nouit vniuersorum Deus, nullus autè ex hominibus. Cùm autè dixisset quòd vocauit nos, non solum ex Iudæis, sed & ex gentibus, hoc confirmat scripturæ testimonio, & dicit. SICVT in Osee dicit. Vocabo non plebem meam plebem meam, & non dilectam dilectam. Et erit in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei viui. ] Hæc autem Deus non de gentibus, sed de ipsis dixit Iudæis. Cùm enim iussisset Osee vxorem meretricem accipere, atque adeò etiam adulteram, sic natos filios iussit appellari, hunc quidem non populum, illam verò non dilectam, quæ Iudæis euentura erant prædicens. Sed rursus tamen eis benignè pollicetur. ET NON populus vocabitur populus, & non dilecta dilecta. Considerate ergo, inquit, quòd vos quoque non semper eadem habuistis, sed aliquando quidem populus, aliquando autem non populus, & rursus populus vocati estis: & aliquando quidem dilecta, deinde non dilecta & rursus dilecta. Nihil ergo in præsentia absurdum aut alienum factum est: Pro more enim eiectionis estis: Sed & si rursus volueritis, populus & dilecta vocabimini. Nam etiam gentes, quæ non erant populus, nunc populus dicuntur. Ei autem quod dixit aliud quoque testimonium adiecit. ESAIAS autem clamat pro Israël. Si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris, reliquæ saluæ fient. Quia verbum abbreviatum faciet Dominus super terram. ] Opportunè admodum hoc testimonium posuit, docens, quòd ab initio præuidit vniuersorum Deus & eos qui ad fidem accesserant, & eos qui infidelitatis morbo laborabant. Quia enim dicebant Iudæi paucos ex ipsis suscepisse prædicationem, alios autem omnes eam tanquam imposturam fugere: ostendit multis iam retro sæculis hæc quoque prædicta fuisse, & quòd etiam si sint innumerabiles, & maris arenæ æquentur, non omnes salutem assequuntur, sed si demum qui fide ornati fuerint. Abbreviatum enim verbum fidem appellauit. Nam quod lex multis præceptis docuit, & perfectam præbere salutem non potuit, id Christi confessio præstitit, & fidem conciliauit. Est autem compendiosa, & quæ multis circuitationibus non eget, vt quæ & animæ affectione iudicetur, & lingua prædicetur. ET SICVT prædixit Esaias, nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & vt Gomorra similes fuisset. ] Quos superius reliquias appellauit, eos semen vocauit, propter quos, dicit Propheta non idem euenire Iudæis, quod Sodomæ & Gomorræ accidit. Illi enim funditus interissent. Cùm sic docuisset, vniuersorum Deum, non eam, quæ est ex natura, cognationem respicere, sed fidei societate querere: docet apertius quam obrem Iudæi à maiorum nobilitate exciderint, gentes verò salutem assecutæ sint: & dicit. QUID ergo dicemus? ] Per interrogationem legendum, subdistinguitur

Osee 2.  
Habetur in vet.  
trad. & non mi-  
sericordiam cõ-  
secutã, quod in  
Græco Theod.  
non habetur

Esa. 20.  
deest verbũ au-  
tem consummã  
& abbreviatissimã  
æquitate.

Esa. 1.

<sup>A</sup> subdiftinctione vtendo. Deinde per refponfionem, ea quæ deinceps fequuntur. **QVOD** gentes, quæ non feftabantur iuftitiam, apprehenderunt iuftitiam, iuftitiam autem quæ eft ex fide. Ifraël verò feftando legem iuftitiæ, in legem iuftitiæ nõ peruenit. ] Scias, inquit, quòd fides fuit gentibus caufa bonorum. Ipfæ enim, eos qui olim errabant, & iuftitiam nec habebant, nec quærere volebant, iuftitia quæ eft per gratiam dignata eft. Ifraël autè, qui & legem habebat, et iuftitiam, quæ eft ex lege, perfequebatur, à fcopo excidit, & iuftitiam non eft affecutus. Deinde rurfus per interrogationem, **QVARE?** ] Vis, inquit, huius rei fcire caufam. **QVIA** non ex fide, fed quali ex operibus legis. ] Exiftimauerunt ad confequendam iuftitiam fufficere vitæ fuæ ex lege institutionem: & fidem contempferunt. Quamobrem nec donorum fidei fuerunt participes, nec eum quæ eft ex illa vitæ institutione iuftitiam habuere. Deinde docet quamnam ob caufam bonorum fidei fructum non perceperunt. **OFFENDERUNT** enim in lapidem offenfionis, ficut fcriptum eft. Ecce pono in Sion lapidem offenfionis, & petram fcandali, & omnis qui credit in eum non confundetur. ] Solent autem offendere, qui mentem alio conuertunt, & viam nolunt profpicere. Idem Iudæis accidit. Iis enim quæ funt in lege fuperuacanea in hiantes, lapidem qui à Prophetis prædictus eft videre noluerunt: licet illi apertè refponderint, quòd, qui ei credit, fit maxima bona affecuturus. Hoc enim fibi voluit illud, **NON CONFUNDETUR**, vtpote cum ii qui fperant quidem, à fpe autem excidunt, pudore afficiantur. Postquam eos fic moderatè reprehendiffet, rurfus oftendit qua fit in eos affectione ne propter reprehentiones malevolentia opinionem conciperent, maiores enim accufationes referuauit vltimas.

## CAPVT X.

**F**RATRES, voluntas quidem cordis mei, & obfecratio ad Deum fit pro Ifraël in falutem. ] Voluntas græcè eft *διδονία*, quam hic defiderium appellauit. Cupio enim, inquit, & opto vt hi falutem aftequantur. **TESTIMONIUM** enim perhibeo illis, quòd habent quidem Dei æmulationem, fed non fecundum fcientiam. ] Laudi vituperatione coniunxit, veluti quædam efca hamum cælans: vt poffit orationis lucrum ab eis accipi. **IGNORANTES** enim iuftitiam Dei, & fuam quæreres ftatuere, iuftitiæ Dei non funt fubiecti. ] Suam iuftitiam intempftiuam legis obferuationem appellauit. Student enim eam feruare, quæ iam ceffauit. Dei autem iuftitiam, eam, quæ fecundum gratiam per fidem facta eft, nominauit. Hoc enim fubiunxit. **FINIS** enim legis Chriftus ad iuftitiam omni credenti. ] Non eft enim legi contraria fides in Chriftum, fed etiam valde conueniens, lex enim nos ad Dominum Chriftum deduxit. Qui itaque credit Domino Chrifto, is fcopum legis adimplet. Rurfus autem pulchrè pofuit, **OMNI** credenti. ] Omnem enim hominum naturam comprehendit. Siue enim fuerit Græcus, fiue barbarus, & crediderit, falutem confequitur. Deinde docet rurfus legis & gratiæ differentiam. Et introducit Mofen legiflatore vtrunque docentem, & dicit. **MOSSES** enim fcripfit iuftitiam quæ ex lege eft, quòd qui ea fecerit homo, viuet in eis. ] Qui omnia quæ funt lege edita compleuit, is fuæ obferuationis fructum vitam habet: Quæuis verò transgreffio inducit fupplicium. **QVARE** autem ex fide eft iuftitia, fic dicit, ] pro eo quod eft, de iuftitia autem ex fide hæc dicit, non Mofes, fed per Mofen vniuerforum Deus. **NE DIXERIS** in corde tuo, quis afcendet in cælum? Id eft Chriftum deducere, aut, quis defcendet in abyffum, hoc eft Chriftum à mortuis reuocare. Sed quid dicit fcriptura? Propè eft verbum in ore tuo & in corde tuo. ] Hæc quidem de lege dixit Deus vniuerforum,

Efa. 8. 28.  
1. Pet. 2.æmulationem  
ζήλον.Deut. 30.  
Hier. 1  
propè eft ἐγγύς  
Cæ prope te.

docens Iudæos, quòd sine laboribus, eorum quæ agenda erant doctrinam  
 susceperunt; & neque ascensu in cœlos, nec descensu ad inferos indigent.  
**PROPE** te enim verbum est. Data est enim tibi cognitio eorum quæ sunt  
 agenda. Diuinus autem Apostolus ea assumpsit ad id quod de fide tractat,  
 dicens nõ oportere de dominica dispensatione nimis curiosè inquirere, vel  
 dubitare quin vnigenitus Dei filius homo factus sit, & passione suscepta re-  
 surrectionem procurauerit: sed fide fructum salutis colligere. **PROPE TE**  
 enim verbum est in ore tuo & in corde tuo. Deinde subiungit. **HOC EST**  
 verbum fidei quod prædicamus. ] Quod dixit Moses de præceptis legiti-  
 mis, hoc nos de fide dicimus. **QUOD SI** confitearis in ore tuo Dominum  
 Iesum, & in corde tuo credideris quòd Deus illum suscitauit à mortuis, sal-  
 uus eris. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad sa-  
 lutem. ] Vtrisque enim opus est, & fide vera ac firma, & confessione libe-  
 ra, vt & coronetur fidei certitudine, & lingua clara insignisque redda-  
 tur, audacter veritatem prædicans. Deinde rursus scripturæ testimonii me-  
 minit. **DICIT ENIM** scriptura. Omnis qui credit in illum non confunde-  
 tur. ] Interpretatur etiam illud omnis. **NON EST** enim distinctio, Iu-  
 dæi aut Græci. Nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant  
 illum. Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluabitur. ]  
 Per diuitias appellauit salutem hominum. Nouit enim Domini benigni-  
 tatem. Appositè autem cordi & linguæ testimonia adaptauit. Cordi qui-  
 dem hoc, **OMNIS** qui credit in ipsum non confundetur: Linguæ autem,  
**OMNIS** qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Deinde docet, quòd  
 Iudæi sua sponte salute priuati sunt, oblatam prædicationem nolentes ad-  
 mittere. Sed huius rei probationem apertè non adducit, sed alia orationis  
 methodo id prosequitur. **QUOMODO ERGO** inuocabunt eum in quem  
 non crediderunt? **QUOMODO** autè credent ei quem non audiuerunt? **QUO-**  
**modo** autem audient sine prædicante? **QUOMODO** verò prædicabunt, nisi  
 mittantur? ] Oportet, inquit, prius credere, deinde inuocare. Fieri au-  
 tem non potest vt credat, qui doctrinam non perceperit, ea autem haberi  
 non potest, si desint qui prædicent, eos autem rursus constituit electio ma-  
 nuumve impositio. Cùm hæc sic tanquam ad Iudæorũ defensionem posuif-  
 set, per ipsa aduersus illos accusationem adauget, &, quod est vltimum,  
 primum posuit de prædicatorum missione, ostendens hæc multis retro sæ-  
 culis fuisse prædicta. Consequens enim erat hæc ante alia ostendere. Opor-  
 tet enim primum prædicatores eligi: deinde prædicare, deinde quæ prædi-  
 cantur audire, & tunc credere. Affert itaque Esaiæ Prophetiam, & dicit  
**ESAIAS** 52. **QUAM** speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona?  
 Nam etiam Apostolis domum ingredientibus iussit Dominus dicere, **PAX**  
**LUC. 10.** **HVIC** Domui. Significabant enim diuinam reconciliationem, & bono-  
 rum perceptionem. Eorum pedes speciosos appellat, vt qui pulchrum cur-  
 sum peragant, vt qui à dominicis sint abluti manibus. Ita adducto de prædi-  
 catoribus testimonio, dicit per interrogationem. **SED NON** omnes obe-  
 dierunt Euangelio? ] Deinde per responsionem. **ESAIAS** dicit, Domine  
 quis credidit auditui nostro? ] Ne hoc quidem inquit, tacuit diuina scri-  
 ptura, sed Deus hoc longè antea prædixit per Esaiam. Deinde syllogisticè  
**FIDES ERGO** ex auditu, auditus autem, per verbum Dei. ] Ergo qui non  
 credit, diuinis oraculis non credit: & qui credit, verba diuina suscipiens,  
 refert fructum auditionis, fidem. **SED DICO**, Nunquid non audierunt? ]  
 Et hoc rursus interrogatiuè legendum est. Deinde per responsionem. **ET**  
**PSAL. 18.** **QUIDEM** in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ  
 verba

post in omnes,  
 deest, & super  
 omnes, & ἕ  
 πάντας.

ὅσα ἑτέρας μεθ-  
 ὀύει ἡ λόγος.

ἡ ἀποστολή

Esa. 22.

Ioel. 2.

Act. 2.

Esa. 52.

Luc. 10.

aliter legit The.  
 quàm aut vet.  
 interp. aut Eras.

Esa. 53.

Ioel. 3.

Psal. 18.

**A** verba eorum. ] Quomodo enim fieri posset vt Iudæi non audirent, cum gentes, quæ sunt in toto orbe terrarum, audiuerint? Veritatis enim præcones ipsis primis prædicationem attulerunt. Nam ipse quoque Dominus eis dixit, **I TE** potius ad oues quæ perierunt domus Israël. Et in Actibus Apostolorū. **V O B I S** primum necesse erat loqui verbum Dei. Diuinus autem Apostolus in figura perstitit, per interrogationem & responſionem efficiens orationem clariorem. Rursus enim legendum est per interrogationem. **S E D** dico, nunquid Israël non cognouit? ] Quæ autem deinceps sequuntur per responſionem. **P R I M V S** Moses dicit, Ego ad æmulationem vos adducam in non gente, in gente insipienti in iram vos adducam. ] **B** Nos autem insipientes appellauit, nostram, quæ erat ante fidem, insipientiam ostendens. Hoc enim diuinus quoque dixit Apostolus. **E R A M V S** enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, seruietes desiderii & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Sic Deus Iudæos insigni molestia affecit. Neque enim tantum eis dolorem affert nec seruitus, nec dispersio, nec templi desolatio, quantum gentium in Deum religio, earumque claritas. **E S A I A S** autem audet, & dicit, Inuentus sum à non quærentibus me, palam apparui iis qui me non interrogabant. ] Simul ostendit & futuram gentium Dei cognitionem fuisse prædictam, & scelus Iudæorum. Illud enim **A V D E T**, hoc significat. Non timuit, inquit, inuidentes Iudæos, & furore percitos, sed futuram gentium salutem eis liberè prænuſciauit: prædixit autem & Iudæorum incredulitatem. Hoc enim declarant ea quæ consequuntur. **A D I S R A E L** autem dicit, tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. ] Illud autem, **T O T A D I E**, perpetuò significat. Aquila enim & Symmachus illud **T o t a d i e**, ita interpretati sunt. Cum sic ostendisset admirandos Prophetas & Iudæos accusare, & gentium fidem prænuſciare, videtur quidem per ea quæ sequuntur ipsis consolationem adhibere: sed auget accusationem infidelium.

Matth. 10.  
Act. 13.Deut. 32.  
ad Tit. 3.

Esa. 65.

## CAPVT

## XI.

**D** I C O E R G O, nunquid Deus repulit populum suum? Absit. ] Deinde cum posset ex multis hoc probare, & tria millia, quæ Hierosolymis crediderunt, adducere, & multas myriadas, de quibus dicit sanctus Iacobus, & eos, qui in toto terrarum orbe ex Iudæis prædicationem suscipere: Pro his omnibus seipsum ostendit, & dicit. **N A M** & ego Israëlita sum, ex semine Abraam, de tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit. ] Si enim repulisset, essem & ego vnus eorum qui accusarentur. Ego enim ex illa radice germinauit: & de parente Abraam, & de Benjamin tribus meæ authore ac parente me ortum esse lubèter prædico; & Israëlita appellatione gloriior. Rectè autem adiecit & illud **Q V E M** præsciuit, hoc est, eos qui sunt digni Dei cognitione, qui splendorem fidei susceperunt. Hoc enim docet postea. **A N N E S C I T I S** in Helia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat Deum aduersum Israël? **D O L** mine Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus: & quarunt animam meam. Sed quid dicit illi Diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curauerunt genua ante Baal. ] Illo etiam, inquit, tempore erant multæ myriades Israël; & omnes nominabantur Israël: sed vniuersorum Deus se septem millium Deum appellauit: alios autem omnes reprobauit. **R E L I Q V I** enim, inquit, mihi septem millia virorum, qui non incurauerunt genua ante Baal. Ipse autem Propheta hoc ignorabat, & in se solo saluas esse pietatis reliquias exi-

3. Reg. 19.



stimabat. Non est ergo nouum, vel incredibile, si vos quoque ignoratis eos <sup>A</sup> qui ex vobis Seruatori crediderunt, quos Deus vniuersorum appellat populum. Opportunè autem magnum etiam Heliam in medium adduxit, qui eos accusauit, quòd non solum Prophetas interemerint, sed etiam altaria ex ipsis fundamentis diruerint. Demus enim eos fuisse Prophetis infensos, vt qui illis tristia prædicerent: quid culpæ poterant in diuina altaria conferre? sed iis quæ ausi sunt, declarauerunt se hunc Deum odisse. Porro autem diuinus Apostolus à scripturæ testimonio transit ad suum institutum, & dicit. **SIC ERGO** & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus. Alioqui gratia iam non est gratia. Si autem ex operibus, non est vtique gratia, quandoquidem nec <sup>B</sup> opus iam est opus. ] Quemadmodum tunc, inquit, ex myriadibus innumerabilibus septem sola millia relicta sunt ab impietate libera: ita & nunc sunt plures quidem, qui fidem non habuerunt, pauciores verò, qui crediderunt, & diuinam gratiam perceperunt, neque enim eos vitæ suæ ex lege institutio iustificauit (hoc enim sibi vult illud ex operibus) sed Dei gratia serua- uit, & ideo etiam salus gratia appellatur, quoniam ex diuina liberalitate ac munificentia profecta est. Hoc ipsum etiam dixit, vbi egit de Patriarcha Abraam. **OPERANTI** autem merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. **QVID ERGO?** ] Hic subdistinguedum est. Ponitur enim interrogatiuè pro eo quod est. Quid ergo sibi vult. Deinceps <sup>C</sup> de cætera, respondendo. **QVOD** quærebat Israël hoc non est consecutus. electio autem consecuta est, reliqui autem excæcati sunt. ] Electionem eos vocat qui ex ipsis crediderunt. Hoc autem dicit, Israël legi affixus à scopo aberrauit. Præter legem enim nunc legem seruat, & nullam iustitiam percipit: Qui autem ex eis crediderunt, eam assecuti sunt, reliqui autem excæcati fuere, pro eo quod est, Infidelitas cor eorum durius reddidit. Ostendit autem hoc quoque eis fuisse prædictum. **SICVT SCRIPTVM** est, Dedit eis Deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant vsque in hodiernum diem. ] Illud **DEDIT**, pro eo quod est, tradidit, id est, permisit. Neque enim Deus perfecit vt ipsi non crederent. <sup>D</sup> Quomodo enim fieri posset vt & ipse eis infidelitatem immitteret, & pro ea pœnas de eis sumeret? Hoc autem ipse quoque Propheta apertius docuit, **INCRASSATVM** est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt: & oculos suos compresserunt. Non ergo alius eos excæcauit. Sed ipsi oculos clauserunt: & lucem intueri noluerunt. Spiritum autem compunctionis appellauit mentem immutabilem. Sicut enim qui laudabilem habet compunctionem, eam, quæ est ad deterius, conuersionem non suscipit: ita, qui se ipsum vitio tradidit, mutationem in melius non eligit. **ET DAVID** dicit, **FIAT** mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in capti- onem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi <sup>E</sup> eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. ] Mensam autem delicias appellauit, quas in contrarium mutandas prædixit. **DICO ERGO**, Nunquid offenderunt, vt caderent? Absit. Sed illorum delicto, salus gentibus, vt illos æmulentur. ] Qui enim ex eis crediderunt, eis primis salutarem prædicationem attulerunt. Cùm autem contradixissent, nec salutem admisissent, diuinum gentibus Euangelium attulerunt. Qui autem crediderunt, salutem assecuti sunt. Hoc autem satis est ad contradicentes Iudæos incitandos, & ad æmulationem prouocandos, & salutis participationem sibi conciliandam. Vident enim eos euasisse primos, qui erant ultimi. **QVOD SI** delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ

Græce ita est εἰς τὸν ἑρῶν, ὅτι ἐστὶ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, ἐπειδὴ τὸ ἑρῶν ἐστὶν ἐστὶν ἑρῶν hoc totum deest in vulgata editione.

ἢ νόμον πολιτεία.

ἑπιζητεῖ quærit.

Affixus προσεσηκῶς.

Esa. 6.  
March. 13.  
Ioan. 12.  
Act. 28.

Esa. 6.

ἑρῶν venationē

**A** diuitiæ gentium : Quanto magis plenitudo eorum? Si enim, cum plures non crediderint, qui ex eis crediderunt, diuinæ cognitionis diuitias gentibus attulerunt, clarum est, quòd si omnes credidissent, maiora hominibus bona conciliaffent. Omnes enim facilius crederent, si ii non contradicerent, sed veritatem nobiscum prædicarent. Hinc eis adhortationem adhibet qui ex gentibus crediderunt, consulens ne de se nimium magnificè sentiant. Duo simul moliens, vt & eis fastum ac supercilium detrahat, & vt timeant efficiat: & Iudæos ad paternæ hæreditatis solietatem conuertat, sic autem incipit. **V**OBIS enim dico gentibus. **Q**uanti diu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorifico, si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam alios quos ex illis. ] Quandoquidem Deus me gentium prædicatorem constituit, gentium salutem necessario procuro, & pro eis verba facio, & diuinos Prophetas multis retro sæculis eadem prædixisse ostendo: Vt hac utique ratione Iudæos ad æmulationem prouocem, & aliquos ex his esse salutis participes efficiam. Suam enim carnem dicit Iudæos, vt qui, quod ad sententiam quidem attinet, ab eo sunt alieni, solam autem cognationem habent cum illo communem. **S**I ENIM amissio eorum reconciliatio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? ] Si enim, cum ii, inquit, non crediderint, gentes assumptæ, & à priore ignorantia liberatæ sunt: clarum est quòd si ii omnes credere voluerint, nihil aliud restabit quàm vt fiat resurrectio mortuorum. Hoc autem dicit etiam Dominus **P**RÆDICABITUR euangelium hoc regni in omnes gentes in testimonium ipsis: & tunc veniet finis. Scire autem oportet, quòd diuinus hæc dicit Apostolus, certo confilio orationem componens, & eos qui crediderunt non nimis arroganter de se sentire docens, & Iudæis non credentibus manum præbens. Ea autem quæ consequuntur hoc docent apertius. **Q**UOD si delibatio sancta est, & massa, & si radix sancta, & rami. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radices & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. ] Delibationem aut primitias vocat Dominum Christum, quod ad humanam naturam attinet: Radicem autem Patriarcham Abraam, ramos verò oliuæ Iudæorum popululum, vt qui illhinc germinauerit. Oliuæ verò pinguedinem, pietatis doctrinam. Eos itaque adhortatur, qui ex gentibus crediderunt, ne aduersus non credentes Iudæos efferantur, eos enim nominat ramos fractos. Considerate autem, inquit, quòd vos ex alia cognatione profecti, in hanc estis infiti, & piæ radices pinguedinem accepistis. **Q**UOD SI TU gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo, fracti sunt rami, vt ego inferar. Bene, Propter incredulitatem fracti sunt: tu autem fides. Noli altum sapere, sed time. ] Et illos incredulitas à radice alienos reddidit, & te fides radici coniunxit: & vt eius pinguedinis esses particeps efficit. Oportet ergo te non nimis elatè de te sentire, sed timere, & contremiscere. Quare? **S**I enim Deus ramis naturalibus non pepercit, ne forte nec tibi parcat. ] Si eos. n. nihil iuuat naturæ necessitudo, quandoquidem habebant idem vitæ institutum: multo magis tu non seruata gratia, eis à radice alienus. **V**IDE ergo bonitatem & seueritatem Dei, in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alio qui & tu excidèris. ] Video quomodo nunc Deus illos excidit, qui suorum maiorum fidem nõ sunt imitati: quomodo autem te sua benignitate dignatus est, & alienæ radices participem reddidit, à quo omnino alienus fueris, si datum donum non seruaueris. **S**ED et illi, si non permanserint in incredulitate,

ἐγὼ ἕθνη μὲν ἕμι  
ἐν ἑαυτῷ ἀπόστολος, δια  
κονῶν τοῖς ἔθνεσιν.

Quatenus quidem ego sum gentium apostolus ministerium meum glorifico.

ἕνα ἑστὶν εὐαγγέλιον  
ἐν ἑαυτῷ ἑκάστῳ  
ἑαυτῷ

Matth. 24.

μετρίο φρονεῖν

ἐπιπέσει ἡ οὐρα  
ἀπαρχῆς

ἐπιπέσει  
ἡ οὐρα

μὴ ἐψαλά φρόνας,  
ne magnifice de  
te sentias.

inferentur. ] Conuenit. n. Dei iustitiæ, & te, qui præter sp̄e illorū radice di-  
gnatus es, & deinde datā grātiā non seruaueris, rursus à radice separare: &  
eos ab incredulitate liberatos illi rursus cōiungere. Pulchrè autē in his quo-  
que posuit illud **INSERENTVR.** nempe cū incredulitas eos omnino sepa-  
rauerit: & fides, similiter ac gentes eos radici coniungat. **POTENS EST**  
enim Deus illos rursus inferere. ] Rei facilitatem per Dei potentiam osten-  
dit, & affert exemplum nec alienum, nec antiquum, sed domesticum, &  
recens. Eos enim ipsos ad huius rei testimonium vocat, & dicit. **NAM SI**  
& tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam  
oliuam: quanto magis ii qui sunt secundum naturā, inferentur suæ oliuæ? ]  
Si tu, cū esses oleaster, neq. enim habebas legem quæ te coleret, nec Pro-  
phetas qui te irrigarent, & purgarent, & quod conuenit tui studium gere-  
rent, ab impiis quidem parentibus & cognatis separatus es, fidei autē Abra-  
hæ effectus es particeps: & eum gloriaris te habere radicem, & patrem, ac  
parentem, non lege quidem naturæ, sed ex diuina liberalitate: multo utique  
iustius & naturalius, iis qui crediderunt, propriæ radici coniungentur.  
Hæc autem, ut paulo antè dicebam, dicit, & eos, qui ex gentibus credide-  
runt, modestos esse docens, & qui ex Iudæis non crediderunt, ad salutem  
adhortans. His autem conueniunt ea quoq. quæ sequuntur. **NOLO ENIM**  
vos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobis ipsis sapientes. ] My-  
sterium est, quod non est notum omnibus, sed iis solis qui contemplantur. **C**  
Dicit ergo, uolo uos intelligere, quod scimus mysteriū de iis quæ sunt pro-  
posita; ne uos esse ualde prudentes rati, ideo efferamini, & uobis aliquid  
insolenter arrogetis. Quod est autem mysterium? **QVOD** cæcitas ex parte  
contingit in Israël, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël sal-  
uus fieret. ] Illud ex parte, posuit, docens non omnes fuisse incredulos,  
multi enim etiam ex illis crediderunt. Adhortatur autem ut nec aliorum sa-  
lutem desperent. Postquam enim gentes prædicationem susceperint, illi  
etiam credent, cū insignis ille Helias accesserit, & illis fidei doctrinam at-  
tulerit. Hoc enim Dominus quoque dicit in sacris Euangeliiis, Helias uen-  
turus est, & restituet omnia. Posuit autem etiam Prophetæ testimonium. **D**  
**SICVT** scriptum est. Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem à Ia-  
cob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorū. ] Si ex lege  
administratio dat peccatorum remissionem: eam prædixit sermo Propheti-  
cus. Sin autem lex quidem punit eos qui delinquant, Iudæis autē semper cri-  
mini datum est quod legē transgressi sunt: clarum est, quòd ea remissio signi-  
ficatur quæ datur per baptismum. Vocat autē Israël omnes qui credunt,  
siue sint ex Iudæis habentes naturalem cognationē cum Israël, siue ex gen-  
tibus ei fidei cognatione coniuncti. **SECUNDVM** Euangelium quidem  
inimici propter uos: secundum electionē autem charissimi propter patres. ]  
Quando ad uos respexero, qui mihi docēdi traditi estis, illos inimicos & in-  
festos existimo, qui omnia ad uestrum damnum & incōmodum faciunt. Sed  
postquam ad maiores respexero, & cogitauero quòd Deus illos ex toto ter-  
rarum orbe elegit, hos etiam diligo propter illos. **SINE** pœnitentia enim  
sunt dona & uocatio Dei. ] Hæc omnia dicit ad Iudæorum exhortatio-  
nem. Quòd enim quæ dat bona Deus rursus accipit, cum uiderit eos qui  
acceperint ingrati animi uitio laborare, testis est Saul, qui gratiam spiri-  
talem percepit, & ab ea postea desertus est. Quinetiam similiter Solomon,  
qui pacem per diuinam benignitatem assecutus est, post transgressionem  
gratia priuatus est. Porrò autem etiam Iudæi, qui Prophetas eorum cu-  
ram gerentes perpetuò habuerunt, ea cura in præsentia priuati sunt.  
Hoc

vobis ipsis πρὸς  
ἑαυτοῖς apud uos  
ipso

saluus fieret, om-  
nia saluabitur

Matth. 17.  
Esa. 9.

ἡμεῖς ὑμῶν μισήσεια

**A** Hoc etiam iis qui ex gentibus crediderunt paulò antè minatus est. **SI**  
**PERMANSERIS**, inquit, in bonitate: alioqui & tu excideris. **SI CVT**  
**ENIM ET VOS** aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericor-  
 diam consecuti estis propter incredulitatem illorum, ita & isti nunc non  
 crediderunt vestri misericordiae: vt & ipsi misericordiam consequantur. ]  
 Recordemini autem, quomodo omnes longissimo tempore impii fueri-  
 tis, & ad longam illam & longè grauissimam impietatem benignus &  
 misericors Dominus non respexerit, sed inenarrabili benignitate eos qui  
 voluerunt dignatus sit: & cùm ii non credidissent, vos pro illis vocaue-  
 rit. Non est itaque alienum, vt qui nunc contradicunt, à Deo suscipian-  
 tur, si voluerint credere: & eandem benignitatem consequantur. Illud  
 autem **VT**, rursus sibi familiari proprietati conuenienter posuit. Neque  
 enim ideo non crediderunt, vt misericordiam assequerentur: sed non cre-  
 diderunt quidem propter mentis contumaciam, misericordiam autem con-  
 sequentur, acta poenitentia. **CONCLVSIT** enim omnia Deus in incredu-  
 litate, vt omnium misereatur. ] Illud **CONCLVSIT**, posuit pro eo quod est,  
 conuicit. Conuicit enim & gentes, quæ naturalem discernendi facultatem  
 acceperant, & creationem habuerant Diuinæ cognitionis magistram, cum  
 tamè nec hinc nec illinc vtilitatis aliquid acceperint. Conuicit autem etiam  
 Iudæos, qui plus quidem doctrinæ erant adepti. nam præter naturâ & crea-  
 turam legem quoque acceperant, & prophetas, qui eos id quod fieri oport-  
 tebat docebant, & erant etiam maioribus supplicibus obnoxii: sed tamen &  
 hos & illos, qui funditus perire meruerant, salute dignatus est, si solum cre-  
 dere voluerint. Hæc persecutus, & diuinæ benignitatis abyssum, eiusque,  
 quæ comprehendi non potest sapientiam contemplatus, exclamauit **O AL**  
**TITVDO** diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei. ] A principio enim hæc  
 præsciuit: & cùm præsciuisset, sapienter dispensauit: & dispensans, suæ be-  
 nignitatis diuitias ostendit. **QVAM** incomprehensibilia sunt iudicia eius,  
 quam inuestigabiles viæ eius? ] Diuini consilii & administrationis ratio  
 mentis humanæ captum superat: & nec inuisibiles potestates Dei vniuer-  
 sorum prouidentiam possunt assequi. **QVIS** enim cognouit sensum Do-  
 mini, aut quis consiliarius eius fuit? vel quis prior illi dedit, & retribu-  
 tur ei? ] Hæc tria tribus opposuit, diuitiis, sapientiæ, & scientiæ. Illud  
 quidem **QVIS NOUIT SENSVM** Domini, scientiæ, Hoc autem, **QVIS**  
 consiliarius eius fuit, sapientiæ: **QVIS** autem prior dedit, & retribuetur  
 ei, diuitiis, neque enim mensura comprehendi possunt eius bonitatis diui-  
 tiæ, quia etiam iis quæ non sunt esse dedit, & iis quæ facta sunt, vt bene-  
 sint largitur, & non reddit, sed dat bona. Sed cum sit humanus ac beni-  
 gnus, dationem retributionem appellat. **QVONIAM EX IPSO**, & per  
 ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen. ]  
**E** Ipse enim omnia fecit. Ipse omnia quæ facta sunt perpetuò regit. Omnes  
 ad ipsam respicere oportet, pro iis quæ sunt ac subsistunt gratias agen-  
 tes, eius autem deinceps prouidentiam postulantes: conueniens porrò  
 glorificatio ad eum est emittenda. Per hæc autem ostendit diuinus Apo-  
 stolus se non nosse differentiam præpositionis **EX QVO**, & **Per Quem**:  
 & illam quidem, vt quæ aliquid maius significet, patri conuenire, hanc  
 verò, vt quæ aliquid minus doceat, filio. Ambas enim in vtraque persona  
 posuit. Quam siue patris esse dixerint, qui cum Arrio & Eunomio sen-  
 tiunt, inuenient præpositioni **EX QVO**, præpositionem **Per Quem**, esse con-  
 iunctam, siue filio adaptauerint, videbunt præpositioni **Per Quem**, præpo-  
 sitionem quoque **EX QVO** esse coniunctam. Si autem præpositio quidem **Ex**

πάντες, omnes.

vñ, mentem.

quo, aliquid maius significat, per quem autem, minus, ambæ autem in vna <sup>A</sup> persona sitæ sunt, ipse quidem seiplo maior propter præpositionem <sup>EX QVO</sup>, & rursus minor propter <sup>PER QVEM</sup>, iure existimari poterit. Nos autem, iis in præsentia missis, nostrum creatorem & seruatorem glorificemus. Cui conuenit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## TOMVS QVINTVS.

## CAPVT

## XII.



**B**ONORVM quidem summa, & verum fundamentum, est <sup>B</sup> diuinæ naturæ cognitio, in eamque fides & affectio. Quod enim est oculus in corpore, hoc est animæ fides, & rerum diuinarum cognitio. Habet tamen ea quoque opus actiua virtute: quemadmodum oculus manibus, & pedibus, & aliis partibus corporis. Ea de causa diuinus quoque Apostolus dogmaticis sermonibus moralem etiam doctrinam adiecit, perfectissimam in nobis doctrinam construens. Per Romanos enim omnibus hominibus vtilitatem attulit. Sic autem incipit. <sup>O B S E C R O</sup> itaque vos fratres per misericordias Dei. ] Leges statuit, & potestatem cecelat, & vnâ cum supplicatione doctrinam exhibet, & diuinam benignitatem in memoriam reuocat, de qua antè fusè locutus est. Quid autem nos obsecras? <sup>V T E X H I B E A T I S</sup> corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. ] Iam adhortatus est vt membra nostra iustitiæ arma reddamus, & nos Deo exhibeamus tanquam ex mortuis viuentes. Hic autem adhortatur vt ea quoque fiant hostia, & appellat hostiam viuentem. Non enim iubet vt macentur corpora, sed vt sint peccato mortua, & nullam illius operationem suscipiant. Sanctam autem, & rationalem, & Deo placentem hanc hostiam nominauit, eam cum eorum quæ ratione carent sacrificiis comparans & eam Domino Deo gratam esse ostendens. Per omnes enim, vt semel dicam, Prophetas, <sup>r a</sup> ratione carentium animalium sacrificium reprehendit: hoc autem lege decernit. <sup>S A C R I F I C I A</sup>, inquit, <sup>D E O</sup> sacrificium laudis, & Sacrificium laudis honorificabit te. Et eiusmodi alia innumerabilia inueniri possunt in diuina scriptura. <sup>E T N O L I T E</sup> conformari huic sæculo. ] Figuras vocat ea quæ sunt præsentis sæculi, vt opes, & potentiam, nobilitatemque & generis claritatem. Res autem ea quæ futura sunt, vt quæ sint stabilia, & sufficientia. Ita etiam alibi <sup>P R A E T E R I T</sup> enim figura mundi huius. Multi enim ex summa rerum omnium copia in extremam inopiam ceciderunt. Aliis autem, qui ex pauperibus nati sunt, magni magistratus & summa imperia credita sunt. Alii autem, qui supercilium contrahunt, & buccas <sup>in</sup> inflant, & se esse omnibus præstantiores existimant, protinus correpti puluis foetidus facti sunt. Vult itaque diuinus Apostolus non iis nos inhiare, nec huius vitæ figuram diligere, sed ea persequi quæ vitam æternam conciliant. <sup>S E D R E F O R M E M I N I</sup> in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & bene placens, & perfecta. ] Hic quoque suadet, vt, qui ad id quod est deterius propendent, reuertantur ad meliora. Illud enim significat hoc, <sup>R E F O R M E M I N I</sup>. Docuit autem & quæ sit virtutis cum præsentibus collatæ differentia. Ea enim figuram appellauit: virtutem autem formam. Forma autem res veras significat: Figura verò res est, quæ facile dissolui potest. Porro autem liberam

κατασκευαζέτω

Psal. 49

μη συζητεῖτε τὸν καιρὸν  
ne eandem cum  
hoc seculo figuram  
suscipite.

ἀνασώστες

τοὺς ἰμάτιον  
vestræ.

A beram animi potestatem ostendit, cum eam & rationem iussit renouare, & à deterioribus meliora discernere. Hæc enim appellat, Deum colere. Docet autem etiam quænam ea sint: & ante alia omnia factum exprimit, & humilitatem statuit. **DICO ENIM** per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, **NON SAPERE** plus quam sapere oportet, sed sapere ad sobrietatem. ] Et nec ipse quidem se hæc dicit statuere, sed per ipsum gratiam spiritus. Illius enim, inquit, sum instrumentum. Modestiam autem seu moderationem græcè *σωφροσύνη*, mentis sanitatem appellauit, docens superbiam esse morbum mentis. Suum autem Dominum est imitatus. Dominus enim in sacris Euangelis eos qui humilitatem possederint primos esse beatos pronunciauit. **BEATI**, inquit, **PAUPERES** spiritu: ipsorum enim est regnum cælorum. Hanc autem omnibus legem statuit, & diuitibus, & pauperibus, & seruis, & Dominis, & viris & mulieribus. Hoc enim significat illud, **OMNIBVS** inter vos. Docet etiam mensuram, ad quam vsque de se sentire oportet. **VNICVIQUE** sicut Deus diuisit mensuram fidei. ] Gratiam hoc in loco vocauit fidem. Per fidem enim datur gratia, & pro mensura fidei dona gratiæ suppeditat. Iubet autem donata gratia metiri animæ de se sententiam. **SICVT** enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita etiam multi sumus vnum corpus in Christo. Singuli autem alter alterius membra. ] Apposita similitudo doctrinæ de charitate. Vnaquæque enim pars corporis, non est sibi solum utilis, sed communi affert utilitatem: ita etiam conuenit eum qui aliquam gratiam accepit, apertè scire se hoc donum communis utilitatis gratia accepisse. Corpus enim vnum sunt ii qui crediderunt, membrum autem, vsum nostrum, & id quod nobis opus est, supplet. **HABENTES** **DONATIONES** secundum gratiam quæ data est nobis diferentes. ] Ita est intelligendum. Alter alterius membra sumus, habentes donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, diferentes. Licet enim sint hæc diferentes, ad communem tamen utilitatem à diuina gratia fuerint suppeditatæ. **SIVE** **PROPHETIAM** secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in adhortando. ] Pro vniuscuiusque fide gratiam dimititur qui est honorum suppeditator. Appellat Prophetiam non solum eorum quæ futura sunt præscientiam, sed eorum etiam quæ sunt occulta cognitionem. Ministerium autem prædicandi munus. Doctrinam, diuinarum dogmatum disciplinam. Adhortationem, suasionem ad virtutem. **QVI** tribuit in simplicitate. ] Non aliorum captans gloriam, sed eius qui indiget inopiæ subueniens, nec apud se ratiocinans, an quæ habet sibi sufficiant, an non, sed in Deo spem ponens, eoque fretus liberaliter suppeditans. **QVI** **PRAEBEST** in sollicitudine: qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. ] Cum quadam vehementia & amplificatione omnia statuit & curationem quidem appellat diligentem, amplificatione autem latitiam adiungit, erogationis bonorumque communicationis lucrum ostendens. Solent enim gaudere qui lucentur. Hoc etiam dicit scribens ad Corinthios, **NON** ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Porro esse quoque dilectionem sinceram & germanam præcipit, & simulationis personam eiicit. **ODIENTES** malum, adherentes bono. ] Rursus nõ dixit simpliciter, hoc quidem fugere, illud vere persequi. Sed vitium quidem vehementer odisse, bonorum autem operationi valde coniungi

πῶς ἂν ἴδωμεν ἡμᾶς ὡς ἴσμεν, οὐδέ τις ἐστὶν ἐν ἡμῖν, ὃς οὐκ ἐστὶν ἐν τοῖς ἄλλοις.

πῶς ἂν ἴδωμεν ἡμᾶς ὡς ἴσμεν, οὐδέ τις ἐστὶν ἐν ἡμῖν, ὃς οὐκ ἐστὶν ἐν τοῖς ἄλλοις.

σωφροσύνη, dicta est quasi ἡλόφροσος ὀφείας. Matth. 5.

2. Cor. 2.

2. Cor. 1.

ἐστὶν διακονία, ἢ τῆς διακονίας, siue qui ministrat in administratione.

2. Cor. 1.

2. Cor. 19.

καλλώμενος ἀγ- glutinati.

τῆν φιλὰδελφία ἰς  
ἀλλήλους φιλῶσθε  
fraterna charita  
te vos inuicem  
prosequentes.

1. Tim. 5.

2. Cor. 8.

Luc. 16.

μὴ τὰ ὑψηλὰ φρο-  
νῆσαι ἀλλὰ τοῖς  
ταπεινοῖς συμμα-  
ρῆσαι non arro-  
ganter de se sen-  
tientes, sed cum  
humilibus con-  
uenientes.

1. Cor. 10.

Ezech. 9.

Deut. 32.

præcepit, affectione tanquam colla aliquavtentes. **FRATERNAM** chari-  
tatem inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes. ] Habete arden-  
tem & fratribus conuenientem inter vos affectionem, cedat autem vnus-  
quisque proximo primas partes, hoc est enim veræ amicitiaë indicium. **SOL-  
LICITVDINE** non pigri, ] puram & sinceram animi promptitudinem ad  
ea quæ sunt honesta ostendentes, & socordiam omnino eiicientes. **SPIRI-  
TV** feruentes. ] Spiritum gratiam appellauit, ei autè materiam, tanquam  
igni ligna, præbere, promptitudinem vocauit. Hoc autem etiam alibi di-  
cit. **SPIRITVM** ne extinguite. Extinguitur autem spiritus ab iis qui sunt  
indigni gratia. Cùm enim purum mentis oculum non habeant, illum splen-  
dorem non suscipiunt. Ita iis etiam qui corpore cæcutiunt lux quoque sunt  
tenebræ, & in ipso meridie sunt caligini obnoxii, & ideo iubet nos spiritu  
feruere, & habere ardens rerum diuinarum desiderium. Hoc enim subiun-  
xit. **DOMINO** seruietes, **SPE** Gaudentes, in tribulatione patientes,  
orationi instantes. ] Qui enim feruet spiritu, domino promptè & alacriter  
seruit, & expectat fructum bonorum quæ sperantur, & quæ inuadunt ten-  
tationes superat, eorum insultibus tolerantiam obiiciens, & diuinæ gra-  
tiaë auxiliu m assiduè implorans. Hoc enim dixit, Orationi instantes, id est  
Mentione facta communicationis, hortatur ad liberalitatem. Quis enim  
non lubenter pecuniam communicauerit, vt sit rei bene gestaë & emolu-  
menti particeps? Hoc enim etiam scribit ad Corinthios. **VESTRA** abun-  
dantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestra inopia  
fit supplementum. **HOSPITALITATEM** sectantes. ] Hospites non solos  
sanctos appellat, sed eos etiam qui aliunde venerunt, curatione egentes,  
quorum iubet curam agere. **BENEDICITE** persequentibus vos: bene-  
dicite, & nolite maledicere. ] Hæc est lex Domini. Dominus enim eam  
diuinis Apostolis præbuit. **GAUDETE** cum gaudentibus, & flete cum flen-  
tibus, id ipsum inuicem sentientes. ] Et iucunda & molesta inuicem com-  
municate, hoc enim signum est misericordiaë: illud verò amicitiaë quæ ab  
inuidia vitio aliena est. **NON ALTA** sapientes, sed humilibus consentien-  
tes. ] Rursus expellit superbiaë tumorem, & vnà cum humilibus descen-  
dere oportere decernit. **NOLITE ESSE** prudentes apud vosmetipsos. ]  
Pro eo quod est, Ne vestra vobis consilia sufficiant: sed aliorum consilia  
accipite. **NULLI** malum pro malo reddentes. ] Hoc quoque est perfecta  
virtutis, & ab omni animi perturbatione alienationis officium. **PROVI-  
DENTES** bona coram omnibus. ] Ita etiam alibi, **SINE** offensione este  
& Iudæis, & Græcis, & ecclesiaë Dei. **SI FIERI** potest, quod in vobis  
est, cum omnibus hominibus pacem habentes. ] Diligenter & accuratè  
additum est illud, si fieri potest, & hoc, quod ex vobis est. Nihil, inquit,  
à vobis fiat, sed omnem pro pace machinam adhibete. Hoc autem iis etiam  
quæ prius dicta sunt est consequens. Qui enim benedicit eum qui persequi-  
tur, & non vlciscitur eum qui facit iniuriam, quodnam in se odium aut si-  
multatem suscipit? **NON** vosmetipsos defendentes charissimi, sed date lo-  
cum iræ. Scriptum est enim, Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Do-  
minus. **SED SI** esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi.  
Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. ] Postquam  
iudicem ostendit, & iustum eius iudicium aperuit, hoc enim significat,  
Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus: iubet nos fortiter ferre  
iniurias quibus afficimur, & iis, qui nobis iniuriam faciunt, contrarium  
reddere, & inimicis ea quæ sunt necessaria præbere. Hæc enim iis quidem  
qui

**A** qui in ea philosophia exercentur coronas contexunt, eorum autem qui iniuriam faciunt poenas augent. Sciendum autem est non oportere nos ideo inimicos obseruare, eorumque curam gerere, vt illi maiores dent poenas. Diuinus enim Apostolus hæc addidit, volens eius iram extinguere qui iniuria afficitur, non autem bono malum augere conans. Quid enim nos philosophari iubet, docent quæ sequuntur. **NOLI** vinci à malo, sed vince in bono malum. ] **Vlcisci** enim, eum inferiorem fuisse significat, est autem euidens victoria, pro malis bona reddere. Cùm mores sic per hæc instituisset, iubet etiam honorem Magistratibus conuenientem tribui. Preuiderat enim, vtpote qui diuini spiritus gratiam affatim acceperat, fore vt nonnulli fastu potius quàm Zelo vtentes, Magistratus, qui rerum ad vitam pertinentium curam gerunt, contemnerent, se propter cognitionem maiores esse existimantes, & alioqui sparsam & disseminatam, eorum opinionem amoliri volens, hoc facit. Malè enim audiebant, tanquam qui leges communes euerterent. Et hi quidem dicebant, qui vniuersum terrarum orbem euerterunt, hic quoque adsunt. Illi verò, quòd alia introducunt, Vtile itaque existimabat de eo aliquid decernere.

CAPVT XIII.

**O**MNIS ANIMA POTESTATIBVS sublimioribus subdita sit. ] Siue est sacerdos aliquis, siue Antistes, siue monasticam vitam professus, iis cedat quibus sunt mandati magistratus. Clarum est autem, si cum pietate. Non enim si Dei præceptis repugnent, Magistratibus parere permittitur. **NON EST ENIM** potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt. ] Et ea à Dei prouidentia dependent. Ipse enim communis ordinis curam gerens, effecit vt hi quidem imperarent, illi verò parerent, veluti quoddam frenum, iis qui se iniuste gerunt, Magistratum timorem incutiens. Porro autem sciendum est, quòd & Magistratum gerere, eique parere, à diuina prouidentia pendere statuit diuinus Apostolus, non autem vt hic vel ille sit Magistratus. Neque enim iniquorum hominum potestas à Dei electione procedit, sed ipsa principatus dispensatio. Si sit quidem certè propitius, dat magistratus qui iustum colunt & obseruant. **DABO** enim eis, inquit, pastores secundum cor meum: & pascent eos pascentes cum scientia, & rursus, Dabo iudices sicut prius, & consiliarios sicut ab initio. Cùm autem vult eos qui peccant castigare, eos etiam à malis magistratibus regi permittit. **DABO** enim, inquit, adolescentulos principes eorum, & illusores dominabuntur eis. Sed iam tempus est vt ad proxima interpretanda reuertamur. **ITAQUE** qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. ] Satis ostendit: **QUI AVTEM** resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, ] hoc est, erunt suppliciiis obnoxii. Deinde docet quænâ sit principatus utilitas, **NAM** principes non sunt timor boni operis sed mali. ] Qui enim vitam improbè instituunt, eos puniunt. **VIS AVTEM** non timere potestatem, fac bonum, & habebis laudem ab ipsa. Dei enim minister est tibi in bonum. ] Eum esse dignum reuerentia ostendit, cum Dei ministrum appellauit. Adhortatus est autem etiam ad res bonas gerendas, cum dixit principes esse laudatores bonorum. **SIN** autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malum agit. ] Si amas bona, honora potestatem, vt quæ ea lege decernat. Sin autem contraria persequeris, time eius sententiam. Ad malorum enim supplicium est diuinitus ordinata. **ET IDEO** necessitati subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. ] Iram supplicium ap-

Cap.13.

Hier.3.  
Esa.1.  
Esa.3.

κρίμα λαφοντα iudicium  
ἀγαθὸν ἔργον bonorum operum

Legit Theod. δὲ ἀνάγκη ἀποτάσσει, & ideo subditi necesse est.



αἰσχροπρεπίτες  
contententes.

φῆρον  
τέλος

ἀνακαταλύσαι  
in summam re-  
ducitur

πρὸ πλησίον pro-  
ximo

πλήρωμα com-  
plementum  
Matth. 22.  
Luc. 10.  
Mar. 12.

ἂν ἴσῃ τοῖς ἰσότητες, id-  
que cū sciamus

ἡ ἀσπίς ἡ ἀσπίς  
ad evad. ἡ ἀσπίς  
μακροχρόνιον

κρημνίζεν

ἡ σαρκὸς ἀπόνοιαν  
μὴ πινῆς ἕως ἐπιθυ-  
μίας, & carnis cu-  
ram ne gesserit-  
tis ad concupi-  
scencias

pellat. Iubet enim propter vtrumque subditos esse, & propter poenae me-  
 tum, & vt ea impleant quae oportet fieri. Id enim appellauit conscientiam.  
 IDEO ENIM & tributa praestatis. Ministri enim Dei sunt ad hoc ipsum fer-  
 uientes. ] Tu enim dormis: Ille communem curam sustinet. & tu domi-  
 quidem sedes: Ille autem pro pace bellum suscipit. REDDITE ERGO  
 omnibus debita; cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timo-  
 rem, timorem: cui honorem, honorem. ] Tributum appellat, quod pro  
 agris penditur. Vectigal autem quod pro mercatura confertur. Debita au-  
 tem non haec solum, sed & metum, & honorem nominat. Ea enim iis qui  
 praesunt debentur a subditis. NEMINI quidquam debeatis nisi vt inuicem  
 diligatis. ] Non vt dilectionis debitum non exoluamus: Oportet enim id  
 ante omnia alia exoluere: sed vt in ipsa solutione id augeamus. Redditio  
 enim debitum multiplicat. Ardentiorem etenim dilectionem efficit. QUI  
 ENIM diligit proximum, legem impleuit. ] Quomodo, & quam ra-  
 tione? NAM NON adulterabis, Non occides, Non furaberis, Non fal-  
 sum testimonium dices, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instau-  
 ratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. ] Qui enim in aliquem bene  
 affectus est, non interficit quem diligit: non adulterat eius uxorem, non  
 surripit aliquid ex bonis eius cui bene vult: neque aliquid facit quod ei vl-  
 lam molestiam afferat. Hoc. n. subiunxit. DILECTIO proximi malum non  
 operatur. ] Deinde syllogisticè, PLENITUDO ergo legis est dilectio. ] Ita  
 etiam Christus interrogatus quodnam sit primum praecipuum, & primum  
 dixit, & secundum coniunxit, DILIGES Dominum Deum tuum ex toto cor-  
 de tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua & ex tota mente  
 tua: & proximum sicut teipsum. Et in prima quidem virtutem contem-  
 platiuam perfici ostendit: in secunda autem actiuam. Ita etiam diuinus  
 Apostolus PLENITUDO ergo legis est dilectio. Deinde subiungit. ET  
 HOC scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere. ] Pro eo quod  
 est, Et maximè, quod non est tempus dormiendi, sed expergiscendi. NUNC  
 ENIM propior est nostra salus quam cum credidimus. ] Indies enim ad Do-  
 mini praesentiam propius accedimus. NOX praecessit, dies autem appro-  
 pinquauit. ] Noctem vocat tempus ignorantiae. Diem autem, tempus  
 post aduentum Domini. Exortus enim sol iustitiae, diuinae cognitionis ra-  
 diis orbem terrarum illuminauit. ABICIAMVS ergo opera tenebrarum,  
 & induamur arma lucis. ] Tenebras vocat ignorantiam: opera autem te-  
 nebrarum, improbas & iniustas actiones. Et lucem quidem appellat co-  
 gnitionem, arma autem lucis, bonorum operationem. SICVT in die ho-  
 nestè ambulemus. ] Ex corporalibus ostendit spiritualia. Qui enim vitam  
 sceleratam & flagitiosam amplectuntur, illa noctu perpetrantes, interdum  
 moderationis & honestatis habitum suscipiunt. Vult itaque, cum nox  
 praeterierit, & ignorantia cessauerit, vt a malis liberemur. Docet etiam  
 quamnam ea sint. NON IN comestationibus, & ebrietatibus, non in cu-  
 bilibus, & impudicijs, non in contentione, & emulatione. ] Solebant  
 nonnulli in conuiujs lasciuire, & linguam turpibus canticis polluere, eo-  
 rum autem causa est ebrietas. Porro autem ea est etiam mater petulantiae,  
 litisque & contentionis magistra. SED induimini Dominum Iesum Chri-  
 stum. ] Non vt alium baptismum suscipiant, sed vt vestem qua induti sunt  
 videant. ET CARNIS curam ne feceritis in desiderijs. ] Hic & Haereti-  
 corum, qui carnem accusant, ora obturat. Neque enim prohibuit quo-  
 minus carnis cura geratur: sed delicias & intemperantiam expulit. Non  
 dixit enim, Ne carnis curam geratis, sed ne ad concupiscentias gesseritis,  
 p ro

**A** pro eo quod est, Ne facite vt ea per delicias exultet. Hæc cum de virtute actiua esset profecutus, ad dogmatica rursus tractanda accedit. Oportet autem prius dicere doctrinæ Apostolicæ scopum, vt facilius perspici possit eorū quæ dicenda sunt interpretatio. Qui ex gentibus crediderant, Euangelicam vitæ institutionem amplectebantur. Multi autem ex Iudæis, qui ad Euangelicam prædicationem accesserant, legalibus constitutionibus seruibant, dierum obseruationem amplectentes, & cibum quem lex iussit fumentes. Hinc lis oriebatur, atque adeò etiam pugna, cum & hi eos qui ex gentibus crediderant, quoniam quibuscumque esculentis indiscriminatim vescerentur, condemnarent, & illi eos abhorrent propter summam & seruacaneam legis obseruationem. His medicinam adhibens Apostolus, affert vtrique conuenientem adhortationem. Primum autem eos qui ex gentibus fidem susceperant ad fraternam dilectionem exhortatur.

## CAPVT

## XIIII.

**I**NFIRMVM autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. ] Infirmum autem appellat eum qui legalibus seruit obseruationibus. **ALIVS** enim credit se manducare omnia. ] Is scilicet qui ex gentibus credit. **QVI AVTEM** infirmus est, olus manducat. ] Nonnulli dicunt, quòd qui ex Iudæis crediderant, tanquam eorum qui ex gentibus fideles erant illos puderet, non solum à suilla, sed etiam ab aliis esu carnis abstinere, exercitationis & temperantiæ prætextu vtentes. Vnde diuinus dixit Apostolus, **QVI AVTEM** est infirmus, olus manducat. Cum enim perfectam fidem non haberet, se earum rerum esu pollui credebat. **IS QVI** manducat, non manducantem non spernat. ] Qui enim ex gentibus crediderant, Iudæos qui fidem susceperant auersabantur, tanquam qui puram ac sinceram fidem non haberent, & ideo nolent eiusmodi cibum capere. **ET QVI** non manducat, manducantem non iudicet. ] Porro autem qui ex Iudæis crediderant, fideles ex gentibus condemnabant, quibuscumque esculentis vesci indiscriminatim illicitum & nefarium esse existimantes. **DEVS ENIM** illum assumpsit. ] gentilem scilicet. Et pergit aduersus Iudæum contendere. **TU QVIS** es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. ] Quiuis seruus, & viuus est lucrú Domini: & moriens illi rursus damnum affert. Eum ergo emit vniuersorum Dominus proprio dato sanguine. Et quia dixit **SVO DOMINO** stat aut cadit, necessario subiunxit, **STABIT** autem, ] & dictum suum Dei potentia confirmat ac stabilit. **POTENS** est enim Deus statuere illum. ] Hæc cum de cibus dixisset, ad dies orationem conuertit. **NAM** alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. ] Alii enim perpetuò abstinere à cibus lege prohibitis. Alii verò nonnullis diebus. **VNVS QVIS QVE** in suo sensu abundet. ] Non hoc posuit generaliter, neque enim iubet de diuinis decretis hoc sentire, eos enim anathematizat, qui veritati contraria docere in animum inducunt. **SI QVIS** enim, inquit, euangelizet vobis aliud Euangelium quàm quod accepistis, sit anathema. De solis itaque cibus vniuscuiusque sententiæ potestatem dedit. Hæc enim consuetudo in hodiernum vsque diem mansit in ecclesiis, & hic quidem abstinentiam amplectitur: Ille verò omnibus esculentis absque villo scrupulo vescitur, & nec hic illum iudicat, nec ille alterum reprehendit, sed eos claros & insignes reddit lex concordia. **QVI SAPIT** diem, Domino sapit, & qui non sapit diem, Domino non sapit, & qui manducat Domino manducat: & gratias agit Deo, & qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. ] Se accommodando & submittendo hæc dicit, Dei ecclesiæ con-

*ἐκείνος δὲ τὸ ἴδιον  
ὡς ἰσχυροῦς ἐστίν,  
ἑκάστῳ ἐν τῇ  
ἐκείνου ἰσχυρίᾳ  
κατατάσσεται.*

*ἐπιβλέπει.*

*εὐχαριστῶν.*

deest in vet. tra-  
duct. & reuixit.

αὐτὸς τὸ πρῶτον

αὐτὸς τὸ πρῶτον per-  
suasus sum.

Act. II.

αὐτὸς τὸ πρῶτον molestia  
afficitur.

cordiam procurās. Nouit, inquit, vniuersorum Deus eorum qui comedunt <sup>A</sup>  
& non comedunt institutū, nec solum factum attendit, sed etiam eius quod  
fit mentem examinat: NEMO enim nostrum sibi uiuit, & nemo nostrum  
sibi moritur. Siue enim uiuimus, Domino uiuimus, siue morimur, Do-  
mino morimur. Siue ergo uiuimus, siue morimur, Domini sumus. ] Non  
sumus in nostra potestate, pretio empti sumus. Et uiuentes ergo Domini  
sumus: & morientes sumus Domini. Pro eo quod est, nec tu es illius Do-  
minus: nec ille tui. Habemus enim omnes vnum Dominum. IN HOC  
enim Christus mortuus est, & resurrexit, & reuixit, vt & uiuorum, &  
mortuorum dominetur. ] Ille est omnium Dominus, qui se pro nobis mor-  
ti tradidit, qui mortis potentiam dissoluit, & nobis omnibus resurrectio- <sup>B</sup>  
nem est pollicitus. Illi ergo subiecti sumus, vt qui vitam ab eo acceperi-  
mus. TV autem quid iudicas fratrem tuum? ] Iudæo hæc dicit. OMNES  
enim stabimus ante tribunal Christi. ] Deinde etiā id quod dicit confirmat  
scripturæ testimonio. SCRIPTVM est enim. Viuo ego dicit Dominus,  
quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. ]  
Ille est noster iudex, ille de nobis sententiam feret, nos ante illud tribunal  
statui necesse est. Propheticum quidem certe uestimonium docet vnigeni-  
ti diuinitatis altitudinem. Cum enim dixisset per prophetam, EGO DEUS  
ante sæcula, & ego Deus primus, & ego post ea, & in futurum sum, & ante  
me non fuit alius Deus: & post me non erit. & præter me non est: & iustus <sup>C</sup>  
& seruator non est præter me, tunc subiunxit, ET per me iuravi, dicit do-  
minus, quòd mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.  
Sed ad ea quæ proxime sequuntur interpretanda accedamus. ITAQUE  
vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. ] Quoniam Domini-  
cum iudicium ostendit, necessario suadet ne alter alterum iudicent, sed illam  
sententiam expectent. Hoc enim rursus subiunxit. NON ergo amplius in-  
uicem iudicemus, sed hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri  
vel scandalum. ] Hic se conuertit ad fideles ex gentibus, qui eorum qui  
ex Iudæis crediderant infirmitatem non satis toleranter ferebant, sed sum-  
mam esse virtutem feruentemque zelum existimabant, si esculentis indi- <sup>D</sup>  
ferminatim vescerentur, & primum quidem docet nihil eorum esse impu-  
rum & immundum. Sic autem dicit. SCIO, ET confido, in Domino  
Iesu quia nihil commune per ipsum. ] Necessario addidit illud in DOMI-  
NO Iesu, propter Iudæorum infirmitatem. Ne enim dicant, Tu quis es  
qui Mosi contraria statuis? Mosi Dominum in medium adduxit, dicens  
eum legalibus obseruationibus finem imposuisse, nec permisisse vt vllus ci-  
bus immundus existimaretur. Illud enim PER IPSVM, hoc est per Euan-  
gelicam eius constitutionem. Ipse enim dixit etiam beato Petro. QUAE <sup>E</sup>  
DEVS mundauit, tu ne dic communia. NISI EI QUI existimat aliquid  
commune esse, ei commune est. ] Si quis autem existimans hunc cibum ef-  
se immundum, eo vescitur, est immundus, non propter eius naturam, sed  
propter eius qui vescitur existimationem. Cùm hæc sic discreuisset, rursus  
fideles ex gentibus reprehendit, qui Iudæorum infirmitatem non ferunt.  
SI AVTEM frater propter cibum contristatur, iam non secundum chari-  
tatem ambulat. ] Charitatis crimen amplificauit, eum qui illa persequitur  
aperiens. Deinde magis ostendit quanta sit rei absurditas. NOLI CIBO  
tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. ] Pro illo Christus mortē  
subiit: tu autem non vis per abstinentiam à cibo illi vitam procurare, sed  
dum ipsum sumis, illi mortem fabricaris. NE BLASPHEMETVR ergo  
bonum nostrum, ] Mitis rursus ac benigna reprehensio. Bonum enim fi-  
dem

dem appellat. Laudo, inquit, fidem tuam, sed nolo eam ipsam damni ac maledicti causam esse. **NON** est enim regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudiū in spiritu sancto. ] Non enim existimate esse hoc aliquod pulchrum & præclarum factum, & quod regnum cœlorum conciliet. Id enim vera iustitia conciliat, & quæ est secundum pacem & dilectionem concordia ac studium, ex quibus oritur quæ est secundum Deum lætitia. **QUI** enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. ] Hæc enim Deus quoque vniuersorum à nobis exigit. Hæc etiam hominibus utilitatem afferunt. Porro autem notandum est, quòd Christo seruire, Deo vniuersorum gratum esse dixit. Si autem seruire Christo, Deo gratum est, Christum quoque honorare, est Deo gratum. Christum ergo blasphemare, & de eius dignitate conari detrahere, Deo vniuersorū displicet. **ITA QUÆ** quæ pacis sunt sectemur, & quæ sunt ædificationis alius in aliū. ] Oportet itaque nos vtilem concordiam omnibus præponere, & nostræ mutæ utilitatis gratia omnia facere. **NOLI** propter escam destruere opus Dei. ] Opus Dei dixit Dominus in ipsum credere. **HOC** est enim, inquit, opus Dei ut credatis in eum quem misit ille. Quoniam ergo erat verisimile fore ut nonnulli Iudæi non ferentes probra eorum qui ex gentibus crediderant à fide desciscerent, meritò dixit. **NOLITE** propter escam destruere opus Dei. Ne autem, qui ex Iudæis crediderant, hinc legis obseruationis confirmandæ occasionem acciperent, eius quoque rei curam gerit, & dicit. **OMNIA** quidem sunt munda. ] Nullum, inquit, esculentū est natura immundum. **SED** malum est homini, qui per offendiculum manducat. ] Sed esus tibi damnus affert, quoniam utilitatis vicini nullam curam geris, & contemnis, eum offendi aspiciens. **BONVM** est non manducare carnem, & nō bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. ] Ego autem non solum carnes, sed ne vinū quidem sumere iubeo, si hoc proximo vllum detrimentum afferat. **TU** fidem habes penes te ipsum habere coram Deo. ] Tu fide vtens seruas legem, magna & præclara quædam possessio, & factum laude dignum, sed ne propinquum damno afficiat. **BEATVS** qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. ] Innuit quod hic dicitur, eos, qui ex gentibus crediderat, vim afferre Iudæis ut ea sumerent quæ nolebant. Docet ergo quod qui credit quidē, nullum ex esu damnus accipit. Qui autem cum aliqua distinctione comedit, sumit tanquam immundum, & ideo, eum beatum existimat qui seipsum non iudicat, hoc est, non discernit. Et hoc interpretans subiunxit. **QUI** autem discernit, si manducauerit, condemnatus est. ] Et docet causam, **QUIA** non ex fide. **OMNE** autem quod non est ex fide, peccatum est. ] Qui enim credit, sine damno vescitur. Qui autem cum aliqua discretionem ac distinctione vescitur, fert aduersus seipsum sententiam. Et docens quòd ea quæ Deo grata sunt decernit, bonā pro ipsis offert orationem. **SI** autem qui potest vos confirmare. ] Et quis est modus confirmandi? **SECUNDVM** Euangelium meum. ] Quid autem euangelizat? **ET** prædicationem Iesu Christi. Et docens antiquitatem prædicationis, subiungit. **SECUNDVM** reuelationem mysterii. ] Non nunc enim factum est, sed nunc reuelatum est quod celatum fuerat mysterium. Hoc enim dicit in iis quæ sequuntur. **TEMPORIBVS** æternis celati. ] Deinde subiungit etiam testes prædicationis. **NUNC** autem manifestati per scripturas Propheticas secundum ordinationem Dei. ] Quæ enim per Prophetas adumbratè prædixit, ea nunc manifestauit sæculorum opifex. Et quisnam est fructus prædicationis? **AD** obediendum fidei. Oportet enim eos, qui audiunt, iis quæ dicuntur

ὡς τούτοις, in his.

vet. trad. habet post in alium cu stodiamus quod Græce non habetur.

Ioan. 6.

Ei aut qui potest &c. Hæc omnia delunt in vet. in terpretatione & etiam in Græco Erasmi. vsque ad caput 18.

εις παντα τα εθνη  
γνωσθεις.

credere. Et qui sunt ii? OMNIBVS gentibus significati. ] Ita est intelli- A  
gendum, SECUNDVM Euangelium meum, & prædicationem Iesu Chri-  
sti omnibus gentibus significati. SOLI sapienti Deo per Iesum Christum,  
cui in gloria sæcula. Amen. ] Cùm ostendisset mysterium ab initio quidẽ  
antè dispensatum, deinde per Prophetas prædictum, postea autem per res  
ipsas manifestatum, Dei sapientiam admiratus est, & quam par est gloriæ  
redditionem emisit. Si autem dixerint Hæretici quòd solus Deus sapiens  
nominatur, sciant quòd Dominus Christus non solum sapiens sed etiam  
sapientia vocatur. Sin autem se hac sapientis appellatione filium priuare  
existimant, nec ipsum quidem immortalem appellent. Idem enim Apo-  
stolus de Deo dicit. QVI solus habet immortalitatem. Sed nos illos nu- B  
gari sinentes, sequentia persequamur. Cùm itaque diuinus Apostolus hæc  
pro illis precatus esset, affert exhortationem, eos qui ex gentibus credide-  
rant laude prosequens, & potentes nominans propter fidem.

αὐτῶν ἰσχυρῶν

τοὺς ἰσχυροὺς  
οὓς οὐκ ἔστιν  
ἕτερος θεὸς  
καὶ ἕτερος  
κύριος.

CAPVT XV.

δυνατοὶ ποτετες

DEBEMVS autẽ nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere, & nõ  
nobis placere. Vnusquisq. vestrũ proximo suo studeat in bonũ, ad ædi-  
ficationem. ] Scio quòd fortis firmusq. euaseris, & te fides potentem reddi-  
dit. Sed hortor te vt ei qui est infirmus ac imbecillis manum præbeas, &  
non tua solum quæras, sed etiam proximi vtilitatem procures. Non dixit  
autem simpliciter, proximo placere, sed in bonum, & ad ædificationem. Pla- C  
cere enim potest ad suũ & proximi exitium. Deinde exemplum. ET ENIM  
Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, impropria impropertium  
tibi ceciderunt super me. ] Ipse. n. Dominus non quaesuit quod suum est,  
sed seipsum pro nostra salute morti tradidit. Audimus enim eum prope pas-  
sionem orantem & dicentem, PATER si possibile est transeat à me calix  
Mat. 26 iste. Verum non sicut ego volo, sed sicut tu. Iudæorum quoque maledicta  
sustinuit, & quæ olim in patrem eius congerebant iniquè viuentes, eis ad-  
uersus ipsum vsi sunt. Quamobrem etiam Propheticum testimonium ad-  
iecit. QVAECVNQVE enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta  
sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus. ] P  
Deus nostræ vtilitatis curam gerens, & doctrinam nobis scriptam præbuit,  
& quæ à sanctis narrata sunt in scriptis conseruauit. DEVS autem patien-  
tia & solatii det vobis idem sapere in alterutrũ secundum Iesum Christũ. ]  
Rursus per additionem SECUNDVM Christum Iesum ostendit, quòd nõ  
indefinitè ac absolutè illis concordiam precatur, sed piam consensionem po-  
stulat. Vnà autem cum patientiæ & consolationis mentione etiam de cha-  
ritate orationem coniunxit, vt ea ornati ea quæ in proximo desiderantur  
ferant, & per consilium & consolationem ad perfectionẽ deducantur. VT  
vnanimis vno ore honorificetis Deum & Patrem Domini nostri Iesu Chri-  
sti. ] Deum nostrũ appellauit deũ, domini autem Christi patrem. Omnium B  
enim nostrum Deus, ipsius est pater. PROPTER quod suscipite inuicem,  
sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. ] Dominus quoq. Christus,  
cum non iusti essemus, nos amauit, sed peccatores acceptos iustificauit.  
Oportet itaque nos quoque ferre fratrum infirmitatem, & omnia pro il-  
lorum salute procurare. Quia autem, qui ex Iudæis crediderant, Domini  
quoque circumcisionem afferebant, dicentes ipsum quoq. legalem vitæ in-  
stitutionem amplexum esse, se operæ pretium facturum existimauit diuinus  
Apostolus, si de eo quæ par est scriberet, & dicit. DICO ENIM CHRIS-  
TYM Iesum fuisse ministrũ circumcisionis pro veritate Dei ad confirman-  
das promissiones Patrum: Gentes autẽ super misericordia honorare Deũ. ]  
Pollicitus

Psal. 68

Mat. 26

καὶ ἡλικίματα  
ἐν πλάσσει

ἀλλ' ὁ δὲ λέγει αὐτῶν.

**A** Pollicitus est vniuersorum Deus Abraham, se in semine eius benedicturū omnes gentes. Accepit autem etiam ipse Patriarcha & totum illius genus circumcisionis signum. Oportebat ergo & illius semen, quod secundum carnem dicitur, gentibusque benedictionem subministrat, habere signum cognationis, vt diuinæ promissionis veritas aperte ostendatur, & gentes, quæ gratiam susceperant, eum celebrare, qui illis benignitatem & humanitatem suppeditat. Deinde vtitur scripturæ testimoniis, docens fuisse ab initio prædictam gentium salutem. **SICVT** scriptum est Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterū dicit. Latamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Esaias ait. Et erit radix Iesse: & qui exurget regere gētes, in eo gentes sperabunt. ] Hæc quidem testimonia adduxit, eos qui ex Iudæis crediderant docens ne salutem gentium agre ferrēt, sed de eis factis prophetiis crederent. Eis autem rursus precatur, paternam affectionem ostendens. **DEVS** autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in spe in virtute spiritus sancti. ] Dixit etiam in iis quæ superius exposita sunt, quod spes quæ videtur nō est spes. Et ideo etiam Deum spei nominat, vt qui ab initio gētibus benedictionis spem dederit, re autem ipsa promissum confirmauerit. Hoc autem est pignus bonorum quæ sperantur. Qui enim illa est pollicitus, & præstitit, illa etiam omnino implebit quæ nunc est pollicitus. Iubet autem nos non solum sperare, sed etiam abundare in spe, hoc est sincerè sperare, & existimare se videre ea bona quæ sperantur. Dicit autem hoc præbere spiritus gratiam. Hæc cum fuisset, & sic precatus esset, laudem adducit, ea ratione ad ea quæ sunt meliora adhortans. **CERTVS** sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quod & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. ] Scio, inquit, vos non egere doctrina. Habetis enim etiam sufficientem cognitionem, & pleni estis bonis omnis generis, vt etiam aliis conuenientem adhortationem exhibeatis. **AUDACIVS** autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam vobis in memoriam redigens propter gratiā quæ data est mihi à Deo. ] Et modestiam ostendit, se ausum fuisse docere dicens; & datā gratiam declarauit, scribens se ei consequentia docere. Quæ autem tibi gratia data est? **VT SIT** minister Christi in gentibus, sanctificans euangelium Dei. ] Electus sum doctor gentium hoc ministerium affero Domino Christo. Et quod lucrum inde oritur? **VT SIT** oblatio gentium accepta sanctificata in spiritu sancto. ] Omnem laborē patienter & alacriter fero, vt gentes in fide confirmentur, & spiritus gratiam assequantur. Et prædicationem quidem sacrum ministerium vocauit veram ac sinceram fidem, acceptam oblationem. Nihil ergo, inquit, feci superuacaneum, si audacius scripsi, & eos qui peccant redargui. **HABEO** igitur gloriationem in Christo Iesu ad Deum. ] Deinde docet gloriationis speciem. **NON** enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non effecit Christus in obedientiam gentium verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute spiritus sancti. ] Non me propter meos labores iacto, sed propter Domini Christi donum glorior. Dedit enim mihi sancti spiritus gratiam ad signa & miracula efficienda vt per ea caperentur gentes, & Dei cognitionis radium susciperent. Docet etiam quot gentibus prædicauit. **ITA** vt ab Hierusalem per circuitum vsque ad Illyricam impleuerim Euangelium Christi. ] Non solum enim eas quæ in recta via sitæ erant gentes colui, sed etiam in orbem circumiens orientales & Ponticas regiones, & Asiam præterea & Thraciam doctrina repleui. Hoc enim significat illud **PER** circuitum. **SIC** autem

Psal. 17.  
2. Reg. 2.  
ἐπεμπετε λαοὺς  
Psal. 110.  
Esa. 11.

ἀγαθότης boni-  
tate  
Theod. legit  
ἀμύς ἢ ἀλλήως.

περὶ τὸν

πολλῶν audebo

ἐν τῷ εὐαγγελίῳ  
δοτῆς Dei

ἐν τῷ εὐαγγελίῳ  
circumstita

Esa. 52.

ἀπὸ πολλῶν ἐτῶν ὄσ  
εἰδὼν κερύσσομαι εἰς  
τὴν Ἰσπανίαν ἐλθέσο  
μαι ἀπὸς ὑμᾶς, ἀ  
multis annis,  
quod si profici  
scar in Hispaniā  
veniam ad vos.

δρασκῶν, mini  
strans.

Gal. 2.

ὡς ἐγγισθῆναι, ὡς  
obsignauro.

πληθύνω, ple  
nitudine.

prædicaui Euangelium, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum A  
fundamentum ædificarem: Sed sicut scriptum est: Quibus non est annun-  
tatum de eo videbunt, & qui non audierunt de eo intelligent.] Laborem  
suum ac diligentiam significat. In aratas enim terras accipiens noualia facie-  
bat, & seminabat, & vberes segetes ostendebat: Et eius quod prius dixit exi-  
tum adiecit. PROPTER quod & impediēbar plurimum venire ad vos.]  
Mea enim apud alias gentes occupatio impedimento fuit quominus ad vos  
accederem. NUNC vero ulterius locum non habens in his regionibus, cu-  
piditatem autē habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis,  
cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, &  
à vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fructus fuero.] Duas causas B  
sui ad eos aduentus attulit, quod & alii prædicationem susceperint, & nulla  
gens super sit quæ Euangelii doctrinam non audierit, & suum eorum deside-  
rium, cum enim priora impedimenta cessauerint, desiderium ad peregrinā-  
dum incitavit. Dicit autem suum desiderium fuisse suo aduentu multo an-  
tiquius. A multis enim, inquit, annis cupiebam vos videre. Prædicat autem  
se non solum ipsos visurū, sed etiam in Hispaniam iturum. Et ne existima-  
rent eum obiter tantum ad eos accedere, subiunxit, Et à vobis illuc dedu-  
car, si vobis primum ex parte fructus fuero. Vos enim primos videre cupio,  
& post vos, illos. NUNC igitur proficiscor Hierusalem ministrare sanctis.] C  
Ministerium vocat pecuniarum distributionem: Dicit autem etiam eos qui  
miserunt. PROBAVERUNT enim Macedonia & Achaia collationem ali-  
quam facere in pauperes sanctos qui sunt in Hierusalem.] Hæc cum beatis  
Apostolis Petro, inquam, & Iacobo, & Ioanne diuini Barnabas & Paulus,  
& qui in se gentium doctrinam susceperant, pacta conuenta facientes, polli-  
citi sunt adhortari eos qui credebant ex gentibus, vt adiuuarent eorum ino-  
piam, qui erant fideles in Iudæa. Et hoc apertè docet in Epistola ad Galatas,  
PETRVS enim, inquit, & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur esse colum-  
næ, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi au-  
tem in circuncisionem, tantum vt pauperum memores essemus. Hoc etiam  
hic dicit, Macedonia & Achaia mirans promptitudinem propensamque vo D  
luntatem. Hanc autem beneficentiam etiam debitum vocat. PLACVIT  
enim eis, & debitores sunt eorum.] Et vnde nam conflatum est hoc æs alie-  
num? NAM si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles, debent &  
in carnalibus ministrare illis.] Illorum, inquit, Patriarchæ patres sunt.  
Illis promissiones factæ sunt. Illorum Prophetæ bona communia prædixe-  
runt. Ex illis, quantum ad humanam naturam attinet, Christus est. Ex illis  
Apostoli orbis terrarum prædicatores. Per illos distributa sunt dona spiri-  
tus. Aequum est ergo vt qui maiora impertierunt, sint etiam minorum par-  
ticipes. Et ideo pecuniarum distributionem superius quidem societatem,  
inferius autem ministerium appellauit, societati quidem redditionem, mi- B  
nisterio autem tributum quod debetur ad texens. HOC igitur cum con-  
summauero, & asignauro eis fructum hunc, per vos proficiscar in Hispani-  
am.] CVM ob signauro eis fructū hunc, dicit Macedonibus, & Achæis.  
Per manus enim sanctorum dextræ Dei quæ missa sunt offero. Illa autem ea  
intacta & sacrosancta seruabit. scio autem quod veniens ad vos in abun-  
dantia benedictionis Euangelii Christi veniam.] Abundantiam seu imple-  
mentum benedictionis Euangelii, pericula pro Euangelio appellauit, quæ  
Hierosolymis sustinuit. Hoc enim declarant quæ sequuntur. OBSECRŌ  
ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatē  
sancti Spiritus, vt adiuuetis in orationibus pro me ad Deum, vt liberer ab  
infide

**A** infidelibus qui sunt in Iudæa, & vt obsequii mei oblatio accepta sit in Hierusalem sanctis. ] Quibus nam laudibus hoc térque quaterque beatum caput quis ornauerit? Primum enim & quæ ventura erant sciebat, & ea prædixit. Etenim Mileti dixit Ephesiorum senioribus, in ciuitate testificatur mihi spiritus, quòd vincula & tribulationes me manent, & cum Agabus hæc prædixisset, & omnes flerent, & eum retinere conarentur, diuinus vir dixit: **QVID** facitis flentes & affligentes cor meum. Ego autem non solum alligari, sed & mori paratus sum pro nomine Domini nostri Iesu Christi. Hic quoque prædixit quòd & Romanos videbit & Hispanos. Adiecit autem, quòd etiam in abundantia seu implemento benedictionis Euangelii Christi veniet. Deinde Iudæorum insaniam perfectè considerans, ipsorum quoque preces postulauit, non solum propter fideles, sed etiam propter eos qui credunt. Nam neque illi in eum bene affecti erant, eum esse legis transgressorem existimantes. Quamobrem etiam adiecit, **ET VT** obsequii mei oblatio accepta sit in Hierusalem sanctis. Hæc cum innumerabilibus laboribus collegit, discipulis omnis generis suasiones adhibens, & eos qui recipiebant sollicitans, ne odium necessitatem vinceret. **VT VENIAM** ad vos in gaudio per voluntatem Dei, vt refrigerer in vobis. ] Ne ea quidem quæ sunt honesta vult facere sine diuina voluntate. **DEVS** autem pacis sit cum omnibus vobis **AMEN**. ] Non appellauit hic Deum simpliciter, sed Deum pacis, tanquam ipse ea indigens propter eos qui apertè bellum gerebant, & qui aliqua in eum suspicione laborabant. Illis quoque eam precans, propter eam, quam inter se habebant, controuersiam de legalibus obseruationibus.

## CAP. XVI.

**C**OMMEMDO autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ, quæ est Cenchreis, vt eam suscipiatis in Domino digne sanctis, & assistatis ei in quocunque negotio vestri indigerit, etenim ipsa quoque adstitit multis, & mihi ipsi. Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu. ] Cenchreæ erat maximus pagus Corinthi. Aequum est ergo admirari vim prædicationis. Breui enim tempore non solum **D** vrbes sed & pagos pietate repleuit, & tanta erat Cenchreis congregatio, vt etiam haberet mulierem ministram, càmque inclytam & celebrè. Tantas enim habebat rectè factorum opes, vt ex lingua Apostolica laudes eiusmodi colligeret. **ET ENIM** ipsa quoque adstitit multis, & mihi ipsi. **AD STITISSE** autem, vt puto, dixit, quòd in eum hospitalis fuerit, eiusque curam gesserit. Multiplicibus autem eam laudibus remuneratur. Ipsa enim, vt est verisimile, eum in vnâ domum susceperat, & ad exiguum tempus, id scilicet quo Corinthi versatus est. Ipse autem ei vniuersarum terrarum orbem aperuit, mulierque in vniuersa terra ac mari celebris facta est, nec eam soli Romani & Græci cognouerunt, sed etiam omnes barbari. Ea autem, cuius post ipsam meminit, illam valde superauit. Priscillam enim, seu Priscam, possunt enim vtraque in libris inueniri, & Aquilam adiutores appellat, & adiecit, In Christo Iesu, ne quis eum existimet fortunæ societatem significare, erant enim etiam ii tabernaculorû constructores. Dicit autè aliud quoque maximum pro se susceptum certamen. **QVI** pro anima mea suas ceruices supposuerunt. ] Adiecit autem priuato quoque commune. **QVIBVS** non solus ego gratias ago, sed & omnes ecclesiæ gentium ] Dicit autem aliam quoque virtutem laude dignam, **SALVTATE** enim & domesticam ecclesiam eorum. ] Declarat autem oratio eius insignem pietatem. Omnes enim, vt est verisimile, suos domesticos summam & absolutam virtutem docuerant, & diuina mysteria intus promptè & alacriter peragebant. Eorû

*Phœben, mihi ministerium meum.*

*Act. 20.*

*Act. 21.*

*didicimus*

*maxime*

*Caluomios*



diuinus quoque Lucas meminit, & docet, quomodo Apollô ad veritatem<sup>A</sup>  
 deduxerunt. **SALVTATE** Epānetum dilectum mihi, qui est primitiæ  
 Achaïæ in Christo. ] Primus autem, vt est verisimile, ex toto populo cre-  
 didit. Quam ob causam & primitiarum appellationem suscepit. **SALVTA**  
**TE** Mariam, quæ multum laborauit in vobis. ] Alia rursus mulier, quæ  
 propter suos labores coronatur. **SALVTATE** Andronicum & Iuniam co-  
 gnatos & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me  
 fuerunt in Christo. ] Multa simul encomia, & primum quidem quòd fue-  
 runt socii periculorum Pauli. Concaptiuos enim, vt qui fuerunt passio-  
 num cum illo participes, appellauit. Deinde nobiles insignesque esse di-  
 cit non in discipulis, sed in magistris & doctoribus. Laudat autem eos &  
 à tempore fidei. Ante me enim, inquit, fuerunt in Christo. Post eos enim  
 vocatus sum ego. Ego verò vndiquaque diuini capitis modestiam admi-  
 ror. **SALVTATE** Ampliatum dilectum mihi in Domino. ] Ne hoc qui-  
 dem parua est laus. Eum enim dilectum in Domino appellauit. Id autem  
 eum se rectè & honestè gessisse declarat. **SALVTATE** Vrbanum adiuto-  
 rem nostrum in Christo, & Stachyn dilectum meum. ] Vrbanum maiori-  
 bus laudibus coronauit. Christi enim prædicationum & certaminum eum  
 adiutorem vocauit. **SALVTATE** Apellem probum in Christo. ] Summæ  
 virtutis testimonium. Nihil enim habere adulterinum, est bonorum co-  
 lophon. **SALVTATE** eos qui sunt ex Aristobuli Domo, & Herodianum<sup>C</sup>  
 cognatum meum, & eos qui sunt in Domo Narcissi. ] Clarum est eas fuis-  
 se familias quæ crediderant. De iis autem qui erant Narcissi dicit, **QVI**  
 sunt in Domino. ] vtpote quòd essent vtiq. alii qui hoc non fuerint. **SAL**  
**VTATE** Tryphenam & Tryphosam, quæ laborant in Domino. ] Rur-  
 sus corona ex laboribus. Laborem autem vel hospitalitatis, vel ieiunii, vel  
 alicuius alius virtutis declarat oratio. **SALVTATE** Persidem charissimā,  
 quæ multum laborauit in Domino. ] Maior eius laus, maior enim fuerat  
 labor & diligentia. **SALVTATE** Rufum electum in Domino, & matrem  
 eius & meam. ] Hæc quoque laus est magni facienda. Multi enim vocati,  
 pauci verò electi. Eius quoque matrem multis ex virtute rectè factis deco-<sup>D</sup>  
 rauit, neque enim alias digna esset habita quæ mater Pauli diceretur. Na-  
 tura enim eam Rufi matrem effecit. Diuini autem Pauli, eius virtutis re-  
 uerentia. **SALVTATE** Asyncritum, Phlegontem, Hermen, Patrobam, &  
 qui cum eis sunt fratres. ] Hæc erat alia fidelium familia Pauli salutatio-  
 ne digna. **SALVTATE** Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius,  
 & Olympiadem, & omnes qui cum eis sunt sanctos. ] Hi quoque simul  
 degentes, propter eam quam habebant virtutem, Apostolicam salutatio-  
 nem assecuti sunt. Cùm eos sic nominatim esset allocutus, omnibus dein-  
 ceptis præcepit vt se inuicem salutarent. **SALVTATE**, inquit, vos inuicem  
 in osculo sancto. ] Quoniam enim ipse absens eos amplecti non poterat,<sup>E</sup>  
 per ipsos facit, iubens vt se inuicem amplectantur & saluent in osculo san-  
 cto, honesto, modesto, & sincero, & germano, & ab omni dolo alieno.  
**SALVTANT** vos omnes ecclesiæ Christi. ] Totius, vt semel dicam, ter-  
 rarum orbis nomine eam ciuitatem salutauit, quæ vniuerso terrarum orbi  
 præsidet. **ROGO** autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones &  
 offencicula præter doctrinā quam vos didicistis, faciunt. ] Malos legis de-  
 fensores per hæc significat, quorum iubet doctrinam fugere, laudans prin-  
 cipis Apostolorum prædicationem. Dicere enim, **QVI** præter doctrinam  
 quam vos didicistis faciunt, est eius qui valde miratur doctrinam quam ac-  
 ceperunt. **HVIVSMODI** enim Domino Christo non seruiunt, sed suo  
 ventri. ]

**A** ventri. ] Et ex hoc manifestum est quòd ea dicit de Iudæis, eorum enim  
 semper ingluuiem accusat. Et alibi etiam dicit, **QVORVM** Deus venter  
 est. **ET PER** dulces sermones & benedictiones seducit corda innocen- ἀπλῶν, simpli-  
cium.  
 tium. ] Benedictionem laudem vocavit. Innuit autem etiam aliquos fuisse  
 ab eis seductos. Seducunt enim, inquit, corda simplicium. Non tamen mali-  
 tiam, sed simplicitatem accusavit. Deinde eos laudibus rursus excitat. **VE-**  
**STRA** enim obedientia in omni loco divulgata est. ] Quòd doctrinā Apo- ἵς πάντες ἀφῆστο  
ad omnes per-  
uenit.  
 stolicam prompto & alacri animo suscepistis. **GAUDEO** igitur, inquit, in  
 vobis. ] Pergit & laudare, & docere. **SED** volo vos sapientes esse in bo-  
 no, & simplices in malo. ] Hanc quoque legem Dominus Apostolis præ-  
**B** buit, dicens. **ESTOTE** prudentes sicut serpentes, simplices sicut columbæ.  
 Vult autem dictum quoq. dominicum, nos insidias quæ ab inimicis  
 parantur repellere, eos autem qui iniuriam faciunt minimè vlcisci. **DEVS**  
 autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. ] Quoniam  
 præcepit vt ab inimicis caueremus, opportunè Deum rogavit vt insidiato-  
 rum magistrum contereret, & eorum qui crediderūt pedibus submitteret.  
**GRATIA** Domini nostri Iesu Christi vobiscum. ] Postquam ostendit ho-  
 stem, indicavit auxiliatorem. Qui enim Dei gratiam consecuti sunt, sunt  
 inexpugnabiles. **SALVTANT** vos Timotheus adiutor meus, & Lucius,  
 & Iason, & Sosipater cognati mei. ] Ille quidem habet insignem operis so-  
**C** cietatem, hi verò cognationem. Coadiutor autem est cognato multo hono-  
 rator. Hic autem est Timotheus, quem Lystris circumcidit: ad quem duas  
 scripsit epistolas. Porro autem Iasonis quoque meminit Actuum historia.  
**SALVTO** vos ego Tertius qui scripsi epistolā in Domino. ] Erat is quoq.  
 vnus eorum qui Apostolica doctrina digni habiti fuerant. Quamobrem san-  
 ctæ animæ foetus per linguam suscipiens, eos chartæ mandare iussus est.  
**SALVTAT** vos Caius hospes meus, & vniuersæ ecclesiæ. ] Hoc quoque  
 est maximum laudis testimonium, domum fidei alumnis aperire, & cum  
 aliis omnibus ipsum quoque orbis terrarum doctorem fouere & obseruare.  
 Hospitem. n. cum qui hospitio excipit appellat. Is autem erat Corinthius, 1. Cor. 2.  
**D** & hoc nos docuit diuinus Apostolus in epistola ad Corinthios, **GRA-**  
**TIAS**, inquit, **AGO** Deo meo quòd nullum vestrum baptizavi nisi Cri- οἰκονομος, œco-  
nomus.  
 spum & Caium. **SALVTAT** vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus fra-  
 ter. ] Non appellat eum ecclesiæ Oeconomum, sed ciuitatis, vt cui cura-  
 tio omnino credita fuerat. Meminit autem eius etiam in epistola ad Timo- 2. Tim. 4.  
 theum. Sic autem dicit. **ERASTVS** mansit Corinthi. Reliqui autem Tro-  
 phimum Mileti ægrotantem. **GRATIA** Domini nostri cum omnibus vo-  
 bis, Amen. ] Spiritalem eis rursus benedictionem impertit, vt Dei gratia,  
 tanquam adamantino aliquo muro, circumdedit. Hoc & epistolæ proce-  
 ptum constituit, & finem imposuit. Huius simus nos quoque participes, vt  
**E** insidiis superiores euadamus: vt ab ea illuminati recta via absque vllò erro-  
 re incedamus, & Apostolica sequentes vestigia digni habeamur qui docto-  
 rem videamus, & per illius intercessionem Dominicam beneuolentiam &  
 promissa bona consequamur, Gratia & benignitate Domini nostri Iesu  
 Christi. Cum quo patri simul cum sancto Spiritu conuenit gloria & ma-  
 gnificientia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Sciendum est autem quòd Epistola ad Romanos  
 scripta est Corinthi.

## ARGVMENTVM PRIMAE

EPISTOLAE AD CORINTHIOS.

AC. 18.
quidam dicitur.
A
B
C
D
E

Salutarem praedicationem Diuinus Paulus primus Corinthijs attulit, & plurimo tempore apud eos uersatus est, cum Dominus hoc ei aperte praecepisset, loquere, in-  
 quiens, & ne tacueris, est enim mihi multus populus in hac ciuitate. Cum ergo annus  
 & sex menses praeteruissent, ipse quidem praedicationis gratia in alias ciuitates profe-  
 ctus est. Illi autem fallacem sapientia imitatricem, dicendi scilicet contentionem &  
 laudem, tanquam rem praecalam, studiosè secuti sunt. Cum uiros enim eloquentia praedi-  
 citos sibi magistros adsciuisent, in multas partes diuisi sunt. Singuli enim suum per-  
 petuo admirabantur, & de eis inter se inuicem contendebant. Vnus autem ex eis qui  
 se propter suam dicendi facultatem iactabat, uel maximum scelus admittere ausus est.  
 Cum nouerca enim concubuit. Qui autem eius partes sequebantur, hoc quidem pro ni-  
 hilo ducebant, solam autem eloquentiam laudibus prosequabantur. Quapropter diui-  
 nus Paulus in principio epistolae, eam quae existimatur sapientiam reprehendit, &  
 ostendit praedicationem ea quidem esse nudatam, sed maximam habere potestatem.  
 Iam uero eos etiam reprehendit qui de alijs quidem rebus inter se contendebant, de ijs  
 autem quae ad uictum pertinebant Magistratibus utebantur iudicibus. Prohibet etiam  
 ne eorum quae idolis immolata fuerant essent participes, innuens hoc etiam ausos esse  
 nonnullos. Interim autem & de uirginitate & de uiduitate quae sunt utilia consulit.  
 Quinetiam de spiritalibus donis fuse & prolixè differit, docens eorum differen-  
 tiam, & praecipiens ut dono linguarum, non ad laudem captandam, sed ad utili-  
 tatem uterentur. Porro autem eis etiam adducit doctrinam de resurrectione,  
 cum aliqui, ut est uersimile, eis persuadere conarentur, ne quod de resurrectio-  
 ne corporum dicebatur admitterent. Aliqua etiam alia, ne de singulis dicendo  
 sim prolixior, scriptis suis inseruit, quae & illis erant conducibilia, & omnibus  
 hominibus utilitatem procurant. De Christiano autem dogmate seu decreto ideo  
 parcius locutus est, quod cum non paruo tempore apud eos uersatus esset, quid  
 sentire oporteret eos accurate & perfectè docuerat, & admirabilis post eum ue-  
 niens Apollo Apostolicam doctrinam confirmauerat. Optimum ergo me-  
 dicum imitatus est, & affectionibus morbisque conuenientia me-  
 dicamenta praebuit. Ferendis autem literis ministerium exhi-  
 buerunt Stephanas, & Fortunatus, & Achaicus, ad  
 ipsum missi à Corinthijs, ut ipse docet in fine. Bea-  
 tum enim Timotheum ad ipsos quidem mi-  
 sit, sed non cum epistola, & hoc ipse  
 ostendit. Ait enim. Si uene-  
 rit Timotheus, uidete  
 ut sine metu  
 sit apud  
 uos.

Interpre

## INTERPRETATIO PRIMAE

EPISTOLAE AD CORINTHIOS.



**D**AVLVS vocatus Apostolus Iesu Christi. ] Vel ipsum pro-  
 oemium, quod nam sit reprehensionis institutum ac sco-  
 pus, indicat. Docet enim eos ne sibiipsis confidant, sed  
 propter Deum, qui ipsos seruauit, magna ac præclara cog-  
 itent, & se in eo iactitent. Propterea & Apostolatus &  
 vocationis meminit, propemodum dicens, Vos quidem  
 vos ipsos nominatis ex hominibus: Ego verò meipsum ex  
 eo qui me vocauit, & misit, Iesu Christo. **PER** voluntatem Dei. ] Hoc  
 etiam eorum disensionem similiter accusat. Patris enim ac filii consensio-  
 nem ostendit. Simule etiam nos docet, quod propositionibus citra vllum  
 discrimen vtitur. Hic enim præpositionem **PER** quem, quam qui cum Ar-  
 rio & Eunomio sentiunt, filio attribuunt, in patre posuit. Hoc autem non  
 fecisset, si præpositionem **PER** quem, minus significare existimasset quàm  
 significet præpositio **Ex quo. ET SOSTHENES** frater. ] Existimo hunc  
 esse Corinthium. Eius autem Actuum quoque historia meminit, & nos  
 docet beatus Lucas, quòd arripuerunt eum Græci, sub Gallione, & malè  
 multarunt. **ECCLESIAE** Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo  
 Iesu sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Chri-  
 sti in omni loco, ipsorum & nostro. ] Omnia quæ dicta sunt, sunt morbi  
 remedia. Quæ enim male facta est, diuisionem coniungunt, & primum qui-  
 dem ipsos vocat vnã ecclesiam, & Dei ecclesiam, & adiicit, **IN** Christo  
 Iesu, non in hoc, vel in illo. Vocat autem ipsos & vocatos & sanctos, & iis  
 coniungit qui in orbe terrarum crediderunt, docens quòd non oportet ipsos  
 solum concordēs esse & consentire, sed omnes etiam qui saluari prædica-  
 tioni crediderunt, vnum sentire, vt qui in vno Domini Christi corpore  
 consistunt. Illud autem, **SVI** & nostri, cum Domino coniunctum est, pro  
 eo quod est. Et nos qui scribimus, & vos qui acceptis literis fruimini, vnum  
 Dominum habemus Iesum Christum. **GRATIA** vobis & pax à Deo patre  
 nostro & Domino Iesu Christo. ] Opportune eis gratiam amplificauit, &  
 pacem, vt qui diuisi essent, & seditiones inter se agitent. Eam autem  
 ostendit non solum à patre suppeditari, sed etiam à filio, patris & filii æqua-  
 litatem indicans. **GRATIAS** ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei  
 quæ data est vobis in Christo Iesu. ] Accusaturus, aures prius medicatur,  
 vt medicina lubenter ab eis suscipiatur, veritatem verò etiam continens  
 quæ dicta sunt propter data enim eis dona egit gratias. Hæc ipsa autem di-  
 cit etiam apertius. **QVOD** in omni diuites facti estis in illo, in omni verbo  
 & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis. ] Hæc  
 sunt species donorum spiritus. Alii enim, inquit, per spiritum datur ser-  
 mo sapientiæ Alii autem sermo cognitionis, secundum eundem spiritum.  
 Perpetuo autem Christi, & Iesu, & Domini nomen inserit, docens quod  
 non ex alio nominari oportet, quàm ex eo qui salutem præbuit. Testimonium  
 autem appellat Christi prædicationem. Qui enim prædicant, quodammodo  
 testantur. Ita etiam ad Timotheum scribens dicebat. Testor ergo coram  
 Deo qui mortuos viuificat. Ita etiam dixit Dominus in sacris Euangelis.  
**PRAEDICABITVR** Euangelium hoc regni in omnibus gentibus in testi-  
 monium ipsis. Euangelii autem confirmationem admirabilia signorum esse  
 etiam appellat. Per illa enim ostendebatur prædicationis veritas. **ITA** vt ni-  
 hil vobis desit in ulla gratia. ] Nam & Propheticam gratiam adepti erant,

μεγαροποιον

Act. 18.

διὸν τε δι' ἡμῶν  
 sui & nostri, vt  
 referatur, ad do-  
 mini, nō autem  
 ad loco

ἐν χριστη, pro-  
 pter gratiam.

ἐν παντι λόγῳ δι'  
 πᾶσαν γνῶσιν, in  
 omni sermone  
 & omni cogni-  
 tione.

1. Tim. 5.

Matth. 24.  
 ὅς ἐστις μετὰ τῆς ἐπι-  
 σταμῆς ἐν παντί χα-  
 ρισμοῦ. vt in nul-  
 lo vobis dono  
 desit.

& diuersis linguis loquebantur, vt in iis quæ sequuntur docet apertius **EX- A**  
**P**E**C**TANTIBVS reuelationem Domini nostri Iesu Christi. ] Hæc autem  
 affecuti estis, vt secundum Seruatoris aduentum expectetis. **Q**VI enim  
 confirmabit vos vsq. in finem sine crimine in die Domini nostri Iesu Chri-  
 sti. ] Firmitatem & à crimine alienationem eis precatus est. Quod autem  
 dixit, **S**INE crimine, ostendit eos tunc fuisse criminibus obnoxios. **F**IDE  
**L**IS Deus per quem vocati estis in societatem filii eius Iesu Christi Domi-  
 ni nostri. ] Hoc autem faciet, qui in filios adoptionis donum vobis largi-  
 tus est. Societatem enim filii vocauit adoptionem in filios. Illud autem **F**I-  
**D**ELIS, est pro eo quod est, verus, & à mendacio alienus. Quin etiam hic  
 hoc **P**ER quem, in patre posuit, impudentia Hæreticorum ora obstruens, **B**  
 & docens quod non paruitatem significat. Postquam bonis ac benignis ver-  
 bis aures eorum præparauit, docilesq. reddidit, accusationem incipit, non  
 eam nudam introducens, sed admonitionem prius afferens. **O**BSE**C**RO au-  
 tem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idem dicatis  
 omnes, & non sint in vobis schismata. ] Adhortationi nomen Domini re-  
 ctè coniunxit. Id enim erat quod ab eis pro nihilo habitū abolebatur. Cum  
 enim oporteret eos ab ipsa appellari, ab iis qui illis præerant denominatio-  
 nes assūmebant. **S**ITIS autem perfecti in eodem sensu & eadem senten-  
 tia. ] Non eos reprehendit quod diuersa sentirent, sed quod de iis qui il-  
 lis præerant litigarent & contenderent. Prædicationis quidem, inquit, vnus **C**  
 est sensus. Hæc enim dicit illud, **I**N eodem sensu: sed non est vna vtique  
 affectio. Id enim significat illud, **E**T **I**N eadem sententia. Hortatur ergo  
 vt eadem cogitantes & sentientes non dissideant, & de iis qui præsumunt  
 temere contendant. **S**I**G**N**I**F**I**C**A**T**V**M est enim mihi fratres ab iis qui sunt  
 Chloës quod sunt inter vos lites. ] Docet autem etiam genus contentio-  
 nis. **H**O**C** autem dico quod vnusquisque vestrum dicit: Ego sum Pauli,  
 Ego verò Apollo. Ego autè Cephæ, ego verò Christi. ] Illi quidem seiplos  
 ab aliis Magistris denominabant. Ipse verò suum & Apollo nomen posuit,  
 adiecit autem etiam nomen principis Apostolorum, docens quod neutro-  
 rum nominibus adhuc vti æquum est, & hoc in iis quæ sequuntur apertius **D**  
 intelligemus. Admodum scite autem & prudenter Christi nomen cum aliis  
 connumerauit, ostendens absurdum quod ex eo sequitur, quod scilicet Do-  
 minum & seruum in eodem ordine & loco habent. **D**I**V**I**S**V**S** est Chri-  
 stus? ] Hoc nonnulli legerunt enuntiativè, dicentes Christum hic nomi-  
 natam esse ecclesiam, & sic sunt interpretati, Christi corpus malè estis inter-  
 pretati. ego verò puto hæc esse posita per interrogationem. Hoc enim do-  
 cent ea quæ subiunguntur. **N**V**N**Q**U**I**D** Paulus pro vobis crucifixus est?  
 vel in nomine Pauli baptizati estis? ] Quod autem dicit, tale est. Nun-  
 quid Domini & potestatis habet Christus socios ac collegas, nec in suo no-  
 mine mortem sustinuit, & propterea diuisus est, & alii quidem ex vobis ab **B**  
 ipso, alii verò ab hoc & illo denominamini? Non solus pro vobis mortem  
 subiit, non in nomine eius baptismi gratiam accepistis? an hominum inuo-  
 catio vobis peccatorum remissionem largita est? **G**R**A**T**I**A**S** ago Deo meo  
 quod neminem vestrum baptizauit, nisi Crispum & Caium, ne quis dicat  
 quod in nomine meo baptizati estis. Baptizauit autem Domum Stepha-  
 næ, cæterum nescio si quem alium vestrum baptizauerim. ] Auget quidem  
 accusationem per vnumquodque eorum quæ dicuntur: sed eos quos accu-  
 sat non ferit nimis acriter, dum propriam personam pro illis adducit. Tacite  
 autem innuit, quod non solum à magistris, sed etiam ab iis qui eos bapti-  
 zarant, quidam seiplos appellabant. Dicit etiam causam cur multos non  
 baptizaue

ἀνεγκλίτους, crimi-  
 ni nō obnoxios.  
 κοινωνίᾳ κοινου-  
 nationem.

ἀποκαθάρσει ἑν ἑμῶς  
 adhortor ergo  
 vos.

ἀποπέρας  
 sensu, vñ, mente,

ὅτι ἡ ἐκείνη  
 ἓν, ἵνα ὅσον ἓν  
 ὁμοῦ, ἵνα ὁμοῦ  
 ἵνα ὁμοῦ, ἵνα  
 ὁμοῦ

ὅτι, ὅτι, ἵνα  
 ἵνα, ἵνα, ἵνα

ὅτι, ἵνα, ἵνα  
 ἵνα, ἵνα, ἵνα  
 ἵνα, ἵνα, ἵνα

ἐβάπτισα, bapti-  
 zauit.

**A** baptizauerit. NON enim misit me Christus ad baptizare, sed Euangelizare. ] Atqui vtrunque præcepit. **ITÆ**, inquit, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Sed prædicare est præstantius & excellentius quàm baptizare. Baptizare enim facile est omnibus qui Sacerdotii honore digni sunt habiti. Prædicare autem erat paucorum, qui hoc donum à Deo diuinitus acceperant: Ab hoc deinceps loco eorum qui se de eloquentia iactabant deprimunt supercilium, & dicit. NON in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. ] Si enim eloquentia & dicendi facultate vsi essemus, non ostensa esset potentia eius qui crucifixus est, omnes enim existimassent eos qui crediderant facundia & dicendi arte captos fuisse: eorum autem qui prædicant imperitia, eos vincens qui se de eloquentia iactant & magnificè circumspiciunt, virtutè crucis aperte indicat. **VERBUM** enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est: iis autem qui salui fiunt, id est nobis Dei virtus est. Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientum, & prudentum prudentiam reprobabo. ] Sermonem crucis dicit, prædicationem de cruce. Qui pereunt autem eos appellat qui non credunt. Qui seruantur autem, eos qui credunt, à fine appellationes imponens. Scripturæ autem ponit testimonium, docens quòd vniuersorum Deus è superis hæc appellauit. Deinde ostendit quàm vera & à mendacio aliena sit prædictio. **VBI** sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius sæculi? ] Hos omnes vicit crucis prædicatione. Sapiens autem vocat, id quod Græca facundia ornatum est. Scribam autem, Iudæorum Magistrum, qui de legis cognitione gloriabatur. Conquisitorem eum, qui ex his & illis differendi artem exercuerat. Deinde subiungit. **NONNE** stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? ] Sapientiam mundi huius non vocat eloquentiam. Illam enim Deus quoque suppeditat. Nam & ipse & linguas diuisit, & vnicuique proprios characteres tribuit. Itaque linguæ quoque Græcæ elegantiam & splendorem donauit. Sed qui ea non vt oportet vsi sunt, eam fraudis escam effecerunt, & probabiles erroris fabulas constituerunt. Accusat ergo non eloquentiam, sed falsum quod in ea celatur. Eam conuictam, & stultam effectam esse dicit. **NAM** quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. ] Dicit duas vel potius tres Dei sapientias. Etenim eam quæ stultitia existimatur, sapientiam esse ostendit, & aliarum præstantissimam. Dicit autem vnã quidem sapientiam, quæ hominibus data est, per quam & ratione præditi sumus, & ea quæ sunt agenda discernimus, & artis scientiisque inuenimus, & Deum cognoscere possumus. Secundam autem, quæ in rerum creaturarum contemplatione versatur. Videmus enim cœli magnitudinem, Solis pulchritudinem, astrorum choream, terræ & maris latitudinem, plantarum & animalium differentiam, & cætera, ne singula afferam. **Tertiam** autem, eam quæ per Seruatorem nostrum ostenditur, quam qui nõ credunt, appellant stultitiam. Hoc autem dicit, quòd oportebat quidem homines, naturali accepta à Deo cognitione, per creaturas, tanquam per pedum vestigia, deduci, & earum opificem adorare: sed quoniam nullam ex his vtilitatem accipere voluerunt, benignus ac clemens Deus, eis alia ratione salutem procurauit, & per eam quæ à stultis stultitia vocatur, eos ab errore liberauit. **QUONIAM** & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. ] Iudæi à Domino petebant miracula, nos autem hoc docent Euangelistæ. Quinetiam Apostolis, vt est verisimile, hoc enim diuinus dixit Apostolus, signa ostendere iuebant. Græci autem

Matth. 28.

ἐκ τῆς χάριτος λόγος, ἵνα  
μὴ κενωθῆ ὁ σταυρὸς  
τοῦ χριστοῦ. Non in  
sapientia sermo  
nis, ne inanis  
fieret crux Chri  
sti.

Esa. 32.  
ἀδυνασία, id est  
infirmabo  
abolebo.

ζητήτης quæstor

τοῦ διουβίνου

ἐλλῆνες Græcis,

ἰουδαῖοι  
ἐπιζητοῦντες  
σημεῖα καὶ  
σημειώματα

A&amp;.17.

Hva,uy potentia

υγ,μυζών, pudore afficiat.  
 Ἐξ ἑωυτοῦ α., quæ in nullo habentur pretio.  
 ἡγ,αυ,φύσιον, otiosa & inefficacia redderet.

Hier. 23

Hier. 9.

Ioan. 2.

Ἐξ ἑωυτοῦ Theod. legit euangelii, non autem testimonium.

imperitiam ridebant, quemadmodum videlicet etiam Athenis dicebant, **Q**UID vult feminiuerbius hic? Sed nos, inquit, illorum stultitiam despiciemus manifestè contradicere. Et quænam est vtilitas prædicationis? **I**P S I S autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. ] Idem est & sapientia & stultitia, potentia & imbecillitas, stultitia quidem & imbecillitas iis qui non credunt. Sapientia autem & potentia iis qui credunt. Etenim Sol quidem lux est iis qui vident, tenebræ verò iis qui cæcutiunt, ipse tamen non affert tenebras, sed morbus radii splendorem nō admittit, ita etiam lema infidelitatis prohibet quominus anima possit à lumine Dei cognitionis illustrari. Sciendum est autè quòd sapientiam & potentiam, non vnigeniti diuinitatem appellauit diuinus Apostolus, sed de cruce prædicationem, & refellit Arrianos & Eunomianos, qui malè ex hoc loco conantur ostendere Sapientiam Deum verbū nominari. Ex hoc enim loco construunt blasphemiam, quam ex Prouerbiorū dicto sumunt. **Q**U I A quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. ] Stultum & infirmum vocat crucis mysterium ex stultorum sententia. Ostendit autem hoc & sapientes & fortes superasse. **V** I D E T E enim vocationem vestram fratres, quòd non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles. ] Non dixit, nullus sapiens, nullus potens, nullus nobilis. Nam ex iis etiam erant qui crederant, sed non multi, erant enim plures ex pauperioribus. **S** E D quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt quæ sunt destrueret. ] Stulta & imbecilla & ignobilia vocauit ex hominum opinione. Vera enim est stultitia, non dicendi imperitia, sed fide carere, & imbecillitas atque ignobilitas, non paupertas, sed impietas, & morum improbitas. Vniuersorum autem Deus doctos per indoctos, & per pauperes diuites vicit, & per piscatores orbem terrarum piscatus est. **V** T N O N gloriatur omnis caro in conspectu eius. ] Si enim statim ab initio, eos, qui se de diuitiis iactabant, & propter eloquentiam gloriabantur, electos, effecisset prædicatores, non solum ii qui contradicebant, sed ii etiam qui prædicabant, damno affecti essent, vt qui se suis viribus errorem superasse crederent. **E** X I P S O autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitia, sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodum scriptū est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. ] Illud, Ex ipso, non dixit ex ratione creationis, sed ex ratione datæ salutis. Quicumque enim, inquit, cum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Quia enim dixit, quòd quæ sunt stulta mundi, & imbecilla, & ignobilia Deus elegit, necessario subiunxit, Ex ipso autem vos estis, datam docens nobilitatem. Generationis autem modum etiam ostendit, dicens, **I** N Christo Iesu. Non enim in hoc vel in illo denominati estis, sed regeneratione in Christo digni estis habiti. Ipse vobis veram dedit sapientiam, ipse vobis dedit remissionem peccatorum, & iustitia dignatus est, & sanctos effecit à Diaboli tyrannide liberatos. Conuenit ergo vos gloriari nō propter homines, sed propter Deū qui seruauit.

CAP. II.

**E** T E G O cum venissem ad vos Fratres, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Dei. ] Sermonem appellat eloquentiam: Sapientiam verò, dicendi artem. Neutro eorum, inquit,

**A** quit, vsus sum, cum ad vos venissem. NON enim iudicavi me aliquid scire inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. ] Præclare posuit illud. Iudicavi, docens quòd potuisset de Theologia seu diuinitate apud eos verba facere, eis tamen solam incarnati Christi dispensationis doctrinam attulit, vt qui se de Dominica passione iactaret, & in ea gloriaretur. ET ego in timore, & tremore multo fui apud vos. ] Fui apud vos perpetuo iniuriis, tormentisq. affectus, & in carcere inclusus. ET sermo meus, & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis. ] Prædicationi enim testimonium ferebat spiritus mirabilis effectus. Passionum autem imbecillitati potentiam spiritus conuenienter coniunxit. VT FIDES vestra non sit in sapientia hominũ, sed in virtute Dei. ] Ea enim de causa non permisit Deus nos vti eloquentia, vt vestra fides esset ab omni suspitione remota, vt quæ non dicendi vehementia inducta, sed spiritus virtute adducta sit. SAPIENTIAM autem loquimur inter perfectos, sapientiam verò non huius sæculi, neque principum huius sæculi qui destruuntur. ] Quoniam prædicationem prius stultitiam appellauit, ea vtens appellatione, quam afferebant infideles, necessario ostendit eam esse & dici sapientiam ab iis qui sinceram & perfectam fidem susceperunt. Principes autem huius mundi appellat Sophistas, Poetas, Philosophos, & Oratores, vt qui ex eloquentia in hac vita sint clari & illustres. SED loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram. ] Non hoc dicit quòd in mysterio loquimur, sed sapientiam, quæ est in mysterio absconsa, hominibus afferimus, quam non Deus nunc ex aliqua pœnitentia dispensauit, sed ab alto & à principio præfinit, quæ ex ea acquiritur nobis gloriam procurans. Non solum enim salutem sed etiam gloriam suppeditat iis qui credunt. QVAM nemo principum huius sæculi cognouit. Si. n. cognouissent, nunquàm Dominum gloriæ crucifixissent. ] Principes huius sæculi appellauit, Pilatum, Herodem, Annam, Caiapham, & alios Iudæorum principes. Eos autem dicit ignorasse diuinum mysterium, & propterea Dominum crucifixisse. Qua de causa etiam Dominus crucifixus dicebat, Pater ignosce eis, nesciunt enim quid faciunt. Si enim cognouissent quòd salutaris passio ipsos quidem per vniuersum terrarum orbem dispersura, gentibus verò salutem esset impertitura, passione eum afficere nunquam ausi fuissent, & propter ea Dominus eos dignos censuit quibus daretur venia. Sed cum postquam à mortuis surrexit, & in cœlos ascendit, & venit sanctissimus spiritus, & Apostoli fecerunt miracula omnis generis, in infidelitate permansissent, eos obsidioni tradidit. Dominum autem gloriæ crucifixum appellauit, nequaquam diuinitati passionem tribuens, sed insigne eorum qui peccarunt scelus ostendens. SED sicut scriptum est. **QV**AE oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus iis qui diligunt illum. ] Quoniam Iudæorum ignorantia meminit, & Oeconomiae mysterium reuelatum esse dixit, necessario adiecit, quòd quæ neque vllus audiuit, neque vnquàm vidit, neque mens insatiabilis cogitauit, ea vniuersorum Deus iis præparauit qui eum ardentè diligunt. Porrò autem de testimonio minimè dubitandum est. Sufficit enim beata lingua quæ dixit, Sicut scriptum est. Docet autem nos etiam liber Paralipomenon, hoc est derelictorũ, multas etiam alias scriptas fuisse Prophetias. NOBIS autem reuelauit Deus per spiritum suum. ] Sufficit hoc etiam ad ostendendum testimonium veritatis. Qui enim accepit diuini spiritus reuelationem, ab eo quoque accepit illius cognitione.

πρόδοις, ad persuadendum aptis.  
δαιματυργία.

τῶν νεταργυμένων  
qui otiosi inutilisq. redduntur.

Theod italegit.  
in mysterio absconditam, ὡς μυστήριον ἐκρυπμένον.  
prædestinavit,  
Græce προέβλεπον,  
præfinit.

Luc. 23:

Esa. 64.



SPIRITVS enim omnia scrutatur etiam profunda Dei. ] Illud Scrutatur, <sup>A</sup> non pro ignorantia, sed pro perfecta cognitione posuit. Hoc enim etiam de Deo paulo post dixit, QVI autem scrutatur corde. Sin autem illud est ignorantia, hoc etiam similiter: sin autē illud cognitionis; & hoc itidem. Cognitionis quidem ostendit equalitatem: inæqualitatem verò ignorantia. Inuenietur enim Deus quidem ignorare corda hominum. Spiritus autem Dei profunda. Rursus si scrutari ignorantiam significat, scrutatur autem omnia, omnia, vt est verisimile, non ignorat. Sed hæc pluribus alibi ostendimus. Interpretationem ergo persequamur. QVIS enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt nemo cognouit nisi spiritus Dei. ] Ostendit scutationem minime esse igno-

Theod. non habet, huius.

*ἡ ἀποστολὴ τῆς ἀντιόχειας ἐπιπέσει, quæ doceri possunt ab humana sapientia, sed quæ doceri à spiritu.*

*ἡ ἀποστολὴ τῆς ἀντιόχειας, sicut dicitur, quæ doceri possunt ab humana sapientia, sed quæ doceri à spiritu.*

*ἡ ἀποστολὴ τῆς ἀντιόχειας, sicut dicitur, quæ doceri possunt ab humana sapientia, sed quæ doceri à spiritu.*

*ἡ ἀποστολὴ τῆς ἀντιόχειας, sicut dicitur, quæ doceri possunt ab humana sapientia, sed quæ doceri à spiritu.*

*ἡ ἀποστολὴ τῆς ἀντιόχειας, sicut dicitur, quæ doceri possunt ab humana sapientia, sed quæ doceri à spiritu.*

rationis. Subiunxit enim quod ita nouit ea quæ Dei sunt, sicut nos nostras scimus cogitationes. NOS autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: Vt sciamus quæ nobis à Deo donata sunt. ] Ostendit sanctum Spiritum non esse rerum creatarum partem, sed suam habere à Deo substantiam. Hoc enim dicit, Nos autem non spiritum mundi accepimus, pro eo quod est, Creatum spiritum non accepimus, nec per Angelum rerum diuinarum reuelationem accepimus. Sed ipse qui à patre procedit spiritus, nos docuit quæ erant occulta mysteria. QUAE etiam loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus. ] Propterea non egemus humana sapientia. Sufficit enim nobis doctrina spiritus. SPIRITUALIBVS spiritualia conferentes. ] Habemus enim veteris testamenti testimonium, & nouum per illud confirmamus. Nam illud est etiam spiritale. Nostrorum enim sacramentorum volentes figuras ostendere, agnum in medium adducimus, & sanguinem illitum postibus, & maris transitum, & petrae fluentia, & mannae suppeditationem, & innumerabilia eiusmodi, & per figuras veritatem ostendimus. ANIMALIS autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. ] Animalem hominem appellat, qui est contentus propriis cogitationibus, & spiritus doctrinam non admittit, sed neque potest intelligere. SPIRITALIS autem iudicat omnia, & ipse à nemine diiudicatur. ] Qui enim gratia spiritus dignus est habitus, ipse quidem ad alios docendos sufficit, aliorum verò doctrina non indiget. SICVT scriptum est. Quis enim nouit sensum Domini, aut quis instruxit eum? NOS autem sensum Christi habemus. ] Satis ostendit diuinam doctrinam nullius egere. Si enim non solum nullius rei indiget vniuersorum Deus, sed etiam quam nemo assequi potest habet sapientiam, ea autem nos quoque impertit: nec nos quidem eorum qui sapientes vocantur doctrina egemus.

CAP. III.

ET EGO fratres non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. ] Carnales autem appellauit, vt qui iis quæ ad hanc vitam pertinent curis angerentur, & ad ea quæ præclara videbantur hiarent & aspirarent, & ad diuitias, & eloquentiam suorum Magistrorum attenderent. Et quoniam quod dictum est ad eos feriendos satis erat, per quandam similitudinem facto vulnere medetur. TANQVAM paruulis in Christo. ] Pro eo quod est. Propterea quod recenter nati & adhuc imperfecti essetis. Deinde perstat in metaphora, & dicit. LAC vobis potum dedi, non escam nondum enim poteratis. ] Doctrinam, inquit, vestrarum aurium imbecillitate mensus sum, & patrem imitatus sum, qui recenter natis infantibus præbet conueniens nutrimentum. SED NE nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. ] Deinde apertius affert accusationem. CVM enim sit inter vos

**A** vos Zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? ] Vnumquodque eorum, inquit, ostendit vos nihil spiritale animo agitare, sed rebus terrenis esse affixos & deditos. **CVM** enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, Alius autem, Ego Apollō, nonne homines estis? ] Pōnit rursus suum nomen, & nomini Apollō coniungit, ostendens quā sit absurdum quod faciunt. Si enim, inquit, in me, qui Apostolica gratia dignus sum habitus, & vester fui plātator, & in Apollo, qui virtutem & fortitudinem vobis prābuit, hoc fieri est absurdissimum; multo magis si hoc fiat in aliis, est impium & nefarium. **QVĪD** igitur est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri eius cui credidistis. ] Alius est Dominus, nos illius serui, & vestræ salutis ministri. **ET** vnicuique sicut Dominus dedit. ] Est enim in nobis differentia, & si enim inuicem ministramus, mensura tamen quādam gratiam accepimus. **EGO** plantavi. ] Primus enim vobis prædicaui. **APOLLO** rigauit. ] Post me enim docendi munus obtinuit. **SED** Deus incrementum dedit. ] Est enim eius gratiæ quod rectè succedit. **ITAQVE** neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat, Deus. ] Nisi enim Deus adiuuet & cooperetur, noster labor est inanis. **QUI** plantat autem, & qui rigat, vnum sunt, quatenus alteri subseruiunt, ambo enim seruiunt diuinæ voluntati: sed non quod ad opus attinet, vel animi promptitudinem. In his enim magna est differentia eorum qui ministrant.

**C** Hoc enim ipse quoque dicit. **VNVS QVISQVE** autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. ] Non simpliciter & absolutè secundum opus, sed secundum laborem operis. Hic enim sæpe offert ducentos seruatori cum magna facilitate. Ille autem, cum plurimum laboris susceperit, vnum vel duos ab errore liberat. Hoc autem & in ieiunio, & in temperantia videre licet. Hic enim à natura adiutus, absque vlllo labore exercet continentiam: Ille verò, vt cum quo natura belligeretur, cum multis laboribus id quod desiderat assequitur, & hic quidem qui est calidioris temperaturæ, cum maxima molestia expectat vesperam. Ille autem etiam duorū & trium dierum in ediam absque vlllo magno labore patitur. **Quamobrem** iustus iudex non opus sed laborem respicit. **DEI ENIM** sumus adiutores. ] **Qui** cum Arrio & Eunomio sentiunt, ne filio quidem hanc appellationem tribuunt, sed ipsum *ὑποπυργόν* hoc est subseruientem seu subteroperantem nominant. Diuinus autem Apostolus etiam veritatis prædicatores Dei coadiutores & cooperatores appellat. Verum enim uero magna est differentia. Ille enim cooperatur tanquam filius: Hi verò tanquam serui amantissimi, implent Dei voluntatem. **DEI** agricultura estis, Dei ædificatio estis. ] Non huius aut illius, sed Dei vniuersorum. **SECUNDVM** gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui. ] Cum diuinam prius gratiam ostendisset, ita seipsum sapientem architectū appellauit. Ego primus, inquit, in vobis ieci fundamenta pietatis. **ALIVS** autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. ] Oportet superædificare, non fundamenta destruere. Neque enim aliud potest iacere fundamentum, qui vult sapienter ædificare. Hoc enim fundamentum iecit beatus Petrus, vel potius ipse Dominus. Cū enim dixisset Petrus, **TVES** Christus filius Dei viui, dixit Dominus. **SVPER** hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ne vos ergo denominate ab hominibus. Christus enim est fundamentum. **SI QVIS** autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit. ] Nonnulli existimant hæc

Græce est, *καὶ δι' ἀρχαίας*, lis & dissensionēs. *ὅταν γὰρ λέγει τις*, quando enim dicit aliquis. legit Theod. *συνιστάει*, carnales estis.

*τίς ἐν*, quis igitur est *ἀλλ' ἢ δούλους* *δίων ἰμπεριούσας*, nisi ministri per quos credidistis

*συνεργά*, cooperatores.

estis in Græco est semel tantū.

*καμπεδὸν ἑξήστας*, manifestū fiet.

ab Apostolo dicta esse de dogmatibus, ego autem existimo eum hæc dicere <sup>A</sup> de actiua virtute & vitio, & parare accusationem in eum qui fornicatus est. Porro autem aurum & argentum & lapides pretiosos appellat species virtutis, ligna autem & fœnum & stipulam, ea quæ sunt virtuti contraria, quibus paratus est ignis gehennæ. Hæc autem non à Doctorum vitio, sed à Discipulorum instituto dependent. Illi enim diuinas quidem doctrinas exhibent, ex iis autem qui audiunt, hi quidem seipso aurum, illi verò argentum, alii verò lapides pretiosos seipso reddunt, studiosè ea quæ dicuntur attendentes. Alii autem rursus in socordia & ignauia vitam agentes, lignorum & fœni & stipulæ quod facile exuri potest, imitantur, vitium eligentes. Materix autem differentiam non vita præfens, sed futura coarguet. <sup>B</sup> Hoc enim dixit illud, **DIES Domini reuelabit.** ] Pro eo quod est, **DIES iudicii.** **QVIA** in igne reuelabitur, & vnus cuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, Ipse autem saluabitur, sic tamen quasi per ignem. ] Doctores quidem diuina docent. Qui autem audiunt, pro suæ sententiæ arbitrio id quod agendum est eligunt. Sed in die aduentus Domini, erit acris & vehemens examinatio, & eos quidem qui rectè vixerunt, tanquam aurum & argentum, reddet ignis splendidiore, eos autem qui iniquitatem fecerint, intar ligni & fœni & stipulæ comburet. Doctor autem, qui quæ oportet docuerit, non luet pœnas, sed salute dignus habebitur. Hoc enim dicit, Ipse autè saluus erit, nempe Doctor. Opus autem comburetur, pro eo quod est, **LI** qui seipso malum opus effecerunt. Si ita autem legamus, perfectè inueniemus eorum quæ scribuntur sententiam. **SI** cuius opus arserit, detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Pro eo quod est, **EIUS** opus ab igne comburetur. Ipse autem saluus erit, nempe Doctor. Neque enim ipse eis causa vt ad id quod est deterius se conuerterent, eis enim quam oportuit doctrinam præbuit. Si quis autem non vult illud, tanquam per ignem, operi attribuere, sed Doctori, ita intelligat, quòd ipse quidem pro eis non luet pœnas. Seruabitur autem ipse quoque per ignem examinatus, si habet vitam doctrinæ <sup>D</sup> conuenientem. Quòd autem non de dogmatibus sed de operibus hæc dicta sunt, ea etiam testantur quæ inducuntur. Dicit enim. **NESCITIS** quòd templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit: disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctū est, quòd estis vos. ] Si enim templo quòd ex lignis extructum est honorem quem par est tribuimus, multo est vtique iustius Deo consecrare templa ratione prædita. Notandum est autem quòd templa Dei appellauit eos qui inhabitantem spiritus habent gratiam. Testatur enim scriptura, quòd sanctissimus Spiritus Deus est. **NEMO** se seducat. ] Videlicet de eloquentia aut generis nobilitate se iactans. Hoc enim subiungit. **SI QVIS** videtur inter vos <sup>B</sup> sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens. Sapiencia enim huius mundi stultitia est apud Deum. ] Sapienciam huius mundi appellat, quæ à spiritus gratia deserta est, quæ solis humanis rationibus & cogitationibus vtitur. Ei ne fidamus præcipit, sed in ea quæ vocatur prædicationis stultitia nos iactemus & gloriemur. Eiusmodi autem sapienciæ accusationi coniungit etiam scripturæ testimonia. **SCRIPTVM** est enim, **Comprehendam sapientes in astutia eorum.** Et iterum Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam vanæ sunt. ] Postquam inanem Doctorum gloriationem ita refellit, ad eos qui eo nomine sibi placebant cõuertit sermonè. **NEMO** itaq. gloriatur in hominibus. **Omnia enim vestra sunt.** ] **Quænam ea sunt.** **SI VE**  
Paulus

Græcum non habet, domini.

se, Græcè est, **ἑαυτοῦ**, se ipsum.

Psal. 93.

**A** Paulus siue Apollo siue Cephass, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus uero Dei. ] Ostendit ueras diuitias, & quisnam sit is qui eas suppeditat, & ea quæ nihil sunt contemnere docuit. Etenim nos, inquit, Apostoli, propter ea quæ nihil sunt contemnere docuit. Etenim nos, inquit, Apostoli, propter uos Apostolicam gratiam accepimus, ut uerbum uobis predicaremus. Uobis data est uita presentia, & quæ expectatur. Quin etiam mors ipsa uestræ uoluntatis gratia in naturam inuecta est, & quæcunq. uidentur, omnia ad uestrum usum fabricata sunt, & quæ expectantur, uestra causa parata sunt. Oportet ergo uos Domino Christo coniungi, qui est horum bonorum suppeditator, & per ipsum, Deo uniuersorum. Nobis. n. unitus est, per naturam, quam à nobis accepit. Patri autem, per diuinam substantiam. Ex ipso enim est natura genitus. Christus enim est Dei, non ut Dei creatura, sed ut filius Dei. Sin autem contradicunt qui cum Arrio sentiunt, & nolunt concedere habitudinis & relationis differentiam, uocent & quæ sunt presentia, & quæ futura, & Apostolos, & uitam, & mortem, nostra effecta & opera, quoniam diuinus Apostolus dicit hæc omnia nostra esse. Sed id nõ dixerint. Sunt ergo hæc nostra per diuinam munificentiam. Nos autem sumus Christi, ut hominis quidem, membra, ut Dei uero, effecta & opera. Christus autem Dei, ut proprius eius filius ex eo natus secundum diuinitatem.

γῆρας.

CAPVT

IIII.

**C** SIC NOS existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. ] Qui uult nos honorare, honoret ut Christi ministros, reueratur ut dispensatores, munus natura metiatur. Neque uero solum hoc uerscriptit diuinus Apostolus, sed etiam fecit. Lycaones enim sacrificare uolentes prohibuit, uestem una cum Barnaba lacerans, & clamans, **AB QVE** ac uos patibiles homines sumus. Ita beatus etiam Petrus dixit Cornelio. Et ipse ego homo sum. **HIC** iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. ] Non ut Domini dignitatem arripiat, sed ut Domino beneuolentiam conferuet. **MIHI** autem pro minimo est ut à uobis iudicer. ] Dualibus eos de causis accusat, & quod honori modum non adhibeant, sed supra modum honorant, & quod cum iudicandi potestatem non habeant, iudicent, neque uero quoslibet, sed Doctores. Neque enim hi quidem hunc, hi uero illum præferrent, nisi sibi ipsis iudicandi auctoritatem arrogarent. Ea de causa eos iudicandi facultate priuauit, dicens uilipendi Doctores, si discipulorum iudicium in his quæ ad ipsos spectant subirent. Deinde eis medicinam afferens, id quod dicit commune efficit. **AUT** ab humano die. ] Humanam afferens, id quod dicit commune efficit. **SED** neq. me ipsum manum autem diem uocauit, humanæ uitæ breuitatē. **SED** neq. me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, Dominus est. ] Quid enim, inquit, loquor de aliis? Ego qui quæ ad me pertinent rectè scio, & si nullius mihi sim sceleris iniquitatisque conscius, non potero in animum inducere, ut me ipsum iudicem, nec ut me à peccato immunem pronunciem, expectabo autem Dei sententiam. Nemo autem existimet hoc, Non in hoc iustificatus sum, esse illi contrarium, Nihil mihi conscius sum. Non est enim contrarium, sed consequens. Sæpe enim euenit ut etiam ignorantes peccent, æquum esse & iustum existimantes. Sed hoc aliter uidet uniuersorum Deus. Hoc enim significant ea quæ sequuntur. **ITAQVE** nolite ante tempus iudicare, quoad usque ueniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. ] Vos, inquit, uidetis ea quæ apparent: Deo autem manifesta sunt etiam ea quæ celantur, sed in presenti uita non omnia aperit, in illa autem erunt omnia manifesta. Iustum ergo iu-

Act. 14.  
& 10.τὸ λοιπὸν ᾧ, quod  
reliquum est au-  
tem queritur.

ἀδύσιν.

dicium expectate, tunc enim iustas proferri sententias videbitis. Et quoniam seipsum & Apollo prius & Cepham in medium adduxit, quam esset absurdum quod ab eis fiebat ex maioribus ostendens, necessario deinceps accusationem aperit. **HÆC** autem fratres transfiguravi in meipsum & Apollo propter vos, ut in vobis discatis, non supra quam scriptum est, de vobis sentire. ] Si nos qui Doctorum Doctores sumus, qui prædicationem à Deo accepimus, nostras appellationes non adiecimus, sed ex Christo vocari iussumus, considerate quanta impietate plenum est quod fit ab illis. Hoc enim dicit illud, ut in vobis discatis, non supra quam scriptum est de vobis sentire. Scriptum est autem, **QUI** vult in vobis esse primus, sit omnium ultimus. **ET VNVS QVISQVE** in quo vocatus est in eo maneat, Ne vnus aduersus aliterum infletur pro alio. ] Qui enim seipsum diuiserunt, & hi quidem ex hoc, illi verò ex illo appellari volebant, inter se decertabant, singuli suos præceptores alios superare contendentes. Deinde ad ipsos Doctores. **QVIS** enim te discernit? ] Quænam te pars elegit? cur non omnium æque doctor voceris? **QVID** autem habes quod non accepisti? ] De quanam re te iactitas & gloriaris? De eloquentia? Sed Deus hanc tibi largitus est: At de scientia ac cognitione? Et hoc quoque donum Dei est. At de miraculis? Et hæc est operatio spiritus. **SI AUTEM** accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? ] Nemo de alienis depositis se venditat, aut propterea pluris æstimat, sed vigilat ut ea salua custodiat ei qui tradidit. **IAM** saturati estis, iam diuites facti estis. ] Nulla re indigetis; omnia bona vobis affatim suppetunt. **SINE** nobis regnatis. ] Dum nos adhuc laboramus, & pro prædicatione perpersiones sustinemus & affligimur, vos regni fructum percepistis. Et quoniam hæc pacifice posuit, quam habet affectionem aperit. **ET VTI NAM** regnetis. ] Non solum enim vobis non inuideo, sed etiam opto ut his bonis fruamini. Deinde insignem ostendit humilitatem. **UT ET VOBISCUM** regnemus. ] Atqui hoc semper de Christo statuit. Si sustinemus, & conregnabimus, tanquam ille quidem verè regnet, veri autem eius serui regni sint participes. Sed tamen per summam modestiam loquens hoc posuit, illorum supercilium deprimens. **PVTO** enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. ] Si enim verum est vos nullius egere, & frui regno, nos, ut videtur, in vitam deducti sumus tantum ut occideremur. Hoc enim sibi vult illud, Morti destinatos. **QVIA** spectaculum facti sumus mundo & Angelis & hominibus. ] Nostra sunt omnibus ad spectandum proposita. Angeli enim nostram animi magnitudinem & virtutem mirantur, ex hominibus autem alii quidem nostris afflictionibus lætantur, alii verò misericordia quidem mouentur, sed non possunt ferre auxilium. **NOS** stulti propter Christum. ] Quæ enim apud infideles reputatur, stultitiam prædicamus. **VOS** autem prudentes. ] Et ne nimium pungeret, subiunxit. **IN** Christo. ] Pro eo quod est, vnam detur vobis ut veram prudentiam habeatis. **NOS** infirmi, vos autem fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles. ] Deinde perpersiones sigillatim enumerat. **VSVS** in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus, operantes manibus nostris. ] Per hæc autem omnia tolerantiam aperuit. Per ea autem quæ sequuntur, perfectiorem philosophiam. **MALEDICIMVR** & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus. blasphemamur, & obsecramus. ] Deinde vltimum contemptum ostendit. **TANquam** purgamenta huius mundi facti sumus. ] Nihil inquit, differimus ab iis quæ in domibus tanquam superflua abiciuntur, vel oleis, vel testis, aut putaminibus, vel aliis eiusmodi, ita nos viles & abiectos

εφορειν, hoc non habet vulgata editio, quod habet Theod.

Marc 10.

α, ενωστος, εν το οκτωθι, εν τριτω μωυση, hoc habet The. quod non est in latina editione.

εβασιλευσαι regnauistis.

γυβισι.

θεατρον theatru.

ενοδοχοι, clari αλιμοι, infames. ασεβητων μωυσην certis sedibus vagamur. ιελας propriis, λαισθημενοι, εν λογιω μωυσην maledictis appetiti benedicimus. ελασθημενοι πεεανγλιωμω, probris affectu obsecramus. Huius deest in Græco.

**A** Etos plurimi existimarunt. OMNIVM peripsēma vsque adhuc. ] Pro cō quod est, magnas ago gratias. Hæc dixit non de iis qui persequebantur, sed de iis qui prædicationem susceperant. Quocirca subiunxit. NON vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. ] Iam verò se eos quoq. genuisse ostendit. NAM etsi decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. ] Pædagogos alios doctores appellavit, seipsum autē Patrem, vt qui doctrinam Euangelicam eis primum attulerat. ROGO ergo vos fratres, imitatores mei estote. ] Hoc est, sicut ego sum modestus, vos modesti este, quæ perpetior patimini, de perpeffionibus, non de gratiis aut donis gloriemini. **B** IDEO misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas quæ sunt in Christo, sicut vbique in omni ecclesia doceo. ] Suam in eos affectionem ostendit, vt qui miserit Timotheum; & suam in Timotheum benevolentiam & charitatem, vt qui filium dilectū nominauerit; & aliam eius virtutem significauit, cum fidelem in Domino appellavit. Is, inquit, actiones meas narrabit, vias enim actiones seu facta vocauit. Non dixit illum eas esse docturum, sed in memoriam reuocaturum: id autem quod dixit, eos accusat obliuionis. Ipsi enim Apostolicam virtutem aspexerant. Adiecit autē quod etiam ecclesis omnibus eandem doctrinā præbere consueuerit. Cum omnes horum communiter accusasset, deinceps aduersus eum qui fornicatus est suam profert sententiam. **C** TANQVAM non venturus autem sim, sic inflati sunt quidam. ] Cū diuinus Paulus præuidisset futurum vt eum pœniteret, non adiicit appellationem, ne fieret manifestus omnibus hominibus, sed indefinitè dixit, Quidam. VENIAM autem ad vos citò, si Dominus voluerit, & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutē. ] Non quæro enim eloquentiam, sed actionem: Deinde hoc confirmat. NON enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. ] Non sufficit enim ad salutem regnum Dei prædicare, sed etiam ea conuenit facere quæ regno digna sunt. QUID vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? ] **D** Dat eis vtriusque optionem, veniam enim, inquit, vt vos volueritis, siue spiritaliter, siue more iudicis. Virgam autem appellat operationem qua corrigit. Per eam enim Elymam luce priuauit.

CAPVT

V.

**O**MNINO auditur inter vos fornicatio. ] Satis ostendit quàm sit insignis absurditas, nam ne hoc quidem audiri oportebat. Monstrat autem etiam magnitudinem criminis. ET TALIS fornicatio, qualis nec inter gentes. ] **Q**UAE enim non audent ii qui vacant doctrinæ Dæmoniorum, ea apud vos admissa sunt. ITA vt vxorē patris aliquis habeat. ] Operæpretium est autem hic etiam Apostolicā admirari sapientiam. Non enim dixit Nouercam, quoniam nomen aliquid odii & malevolentia præ se fert, sed Patris vxorem, hoc est, eam quæ est loco matris, eam quæ pro matre Patri coniuncta est, quæ id est genitori, quod ea quæ peperit. Deinde eo relicto eius asseclas accusat. ET vos inflati estis. ] De se enim præclare ac magnificè sentiebant, vt qui Doctorem eruditum haberent. ET NON magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. ] Non fert legem contrariam. Non enim dixit. Cur non eiecistis? Superius enim prohibuit iudicare Doctores: sed cur non luxistis, Deum orantes vt ab eius pernicie liberaremini? **E**GO quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicavi vt præsens. ] Nemo vestrum vult aliquid aliud. Iam enim fero sententiam. **E**VM qui sic operatus est. ] Rursus ostendit

ἐν ἀγάπῃ, ἀγαπῆς, dilectos

nō videtur The. legere, sicut & ego Christi.

ἀγαπῆς, dilectus ἀναμνήσεως, in memoriam reuocabit.

sic, nō est Græco

δουλοῦν.

δουλοῦν. Act. 13.

legit Theod. ἡ περὶ τῶν τοῦ Ἰησοῦ ἀνομιῶν, quæ ne inter Gentes quidem nominatur

ἐν ἀπῶν, vt absens. Græcum habet ἴτε, hoc sic operatus est.

δυνάμει.

ζυμοί, fermentat.

Theod. habet  
πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ  
ἡμῶν, pascha no-  
strū pro nobis.  
ἑορτάζωμεν, festū  
celebremus.ἰδωλολάτραις,  
idolorum cul-  
toribus.Græcū Theod.  
non habet inter  
vos.  
ἰδωλολάτραις, cul-  
tor idolorum.Græce, τοὺς θεοὺς  
eos autem.Græce ἡ ἀναρετή  
& auferetis.κρίνομεν, iudicio  
contendere.κρίνομεν, iudica-  
tur.  
κρίσεις ἐλαχίσ-  
των, de minimis  
iudiciis.

insigne flagitium. IN NOMINE Domini nostri Iesu Christi, congregatis<sup>A</sup> vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu Christi tradere huiusmodi hominem Satane, in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. ] Horrore plenum iudicium constituit. Primum enim omnes in nomine Domini coëgit. Deinde etiam spiritum introduxit per gratiam spiritus: & ipsum etiam Dominum præsidere, & sententiam proferre ostendit, & licitori tradere, & fines præscribere, vt corpus solum castiget, animæ enim ex disciplina salutare medicamentum conficit. Spiritū autem hic vocat, non animam, sed donum seu gratiam. Hęc enim omnia, inquit, facio, vt id in eo seruetur vsq. ad aduentum Seruatoris nostri. Ex hoc autem loco docemur, quod eos qui segregantur, & ab ecclesiastico corpore<sup>B</sup> separantur, inuadit Diabolus, eos gratia destitutos inueniens. Postquam eū sic excidit, docet causam cur hoc fecerit: NON est bona gloriatio vestra. Nescitis quod modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate ergo vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. ] Vetus fermentum vocat quod fuit ante baptismum, à quo iubet separari, & esse non fermentatos, nullas illius reliquias habentes. Et quoniam azymorū meminit, Iudæi autem in paschate comedebant azymos, consequenter subiunxit. ET ENIM pascha nostrum immolatus est Christus. ] Habemus nos etiam agnum qui pro nobis sacrificari sustinuit. ITA QVE epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis<sup>C</sup> synceritatis & veritatis. ] Permanit in metaphora, & ostendit quidnam fermentum, quid azymum vocauerit. SCRIPSI vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis. ] Non in alia, sed in hac. Dixit enim paulò antè. Nescitis quod modicum fermentum totam massam corrumpit. Deinde docet de quibusnam scripserit. NON utique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus, alioqui debueratis ex hoc mundo exisse. ] Nihil difficile statuo, neque enim iubeo vt omnino separemini ab iis qui à fide sunt alieni, hoc enim nihil est aliud quàm ad aliquem alium vos mundum mittere. NUNC autem scripsi vobis non commisceri. ] Pro eo quod est, Scripsi in hanc sententiam. SI IS QUI frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. ] Quod si non oportet eos communis esse cibi participes, nec mystici quidem certè & diuini. QUID enim mihi de iis qui foris sunt iudicare? ] Non habeo in eo potestatem. NONNE de iis qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt Deus iudicabit. ] Illos Dei iudicio relinquimus, hos autem nos etiam iudicare iussimus. AVFERTE malum ex vobis ipsis. ] Mosaicum adduxit testimonium, id quod dicit diuina lege confirmans. Quoniam autem cum fornicatoribus auarum, & eum qui plura habendi cupiditate tenetur, coniunxit, de eo quoque doctrinam necessario adiicit.

CAP. VI.<sup>B</sup>

**A**VD ET aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? ] Qui diuina sapientia digni habiti estis, inter vos controuersiam habentes, vtimini iudicibus qui nullam habent pietatis cognitionem. AN NESCIIS quod sancti de hoc mundo iudicabunt? ] Iudicabunt posuit pro condemnabunt, hoc enim significant ea quæ sequuntur. ET SI in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? ] Sic viri Niniuitæ, & regina Austri condemnabit illam generationem. Sic duodecim Apostoli iudicabunt duodecim tribus Israël, hoc est condemnabunt. Condemnabunt autem, vt qui sint ex ipsis, & Domino credunt, & innumerabilia mortis genera subierint, & fidem in eum

**A** cum non negauerint. Ita rursus qui ex gentibus crediderunt, eos condemnabunt qui non crediderunt in salutarem prædicationem. **NESCITIS** quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis sæcularia. ] Rursus iudicabimus posuit pro condemnabimus. Angelos autem dicit Dæmonas, olim enim hoc fuerunt. Eos autem sancti condemnabunt, quod cum corpore tecti essent, diuini cultus curam gesserunt, illi autem in natura incorporea improbitatem amplexi sunt. **SECULARIA** ergo iudicia si habueritis, contempribiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. ] Qui est, inquit, omnium abiectissimus, & ecclesiæ minimus, est præstantior iis qui apud illos intelligentes & docti existimantur. Neque enim iubet eos iudicare qui sunt in ecclesia abiectissimi. Et hoc significant ea quæ consequuntur. **AD** verecundiam vestrã dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. ] Ostendit multa absurda, primum quidem quod qui est fidelis, iudicio contendit. Hoc enim frater significat. Deinde quod cum eo qui est eiusdem fidei, Quod autem est omnium grauissimum, quod infideli etiam iudice vtatur. Sciendum est autem hæc non repugnare iis quæ ad Romanos scripta sunt. Neque enim iubet resistere Magistratibus, sed præcipit vt qui iniuria affecti sunt, non vtantur Magistratibus. Eligere enim aut iniuria affici, aut de ea re ab iis cognosci qui sunt eiusdem fidei, pendet ab eadem sententia. Deinde affert legem perfectiorem. **IAM** quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. ] Etenim vel ipsum litigare est odiosum. **QUARE** non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? ] Hæc sunt perfectionis. Ostendit autem eos non solum hæc facere, sed ea etiam agere quæ pugnant ex diametro. **SED** vos iniuriam facitis, & fraudatis. ] Deinde postremo loco, quod est crimen maximum. **ET HOC** fratribus. ] Graue enim est etiam alieno iniuriam facere, multo autem magis necessario. **AN NESCITIS** quod iniqui regnum Dei non possidebunt? ] Deinde alia etiam scelera ac maleficia per genera persequitur. **NOLITE** errare. ] Quosdam innuit qui dicebãt, quod Deus cum sit clemens & misericors, non punit. Propterea subiungit. **NE QVE** fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt. ] Minora autem peccata cum maioribus coniunxit, quoniam non de supplicio, sed de regno loquitur. Ne autem recordantes peccatorem, quæ ante baptismum admiserunt, salutem desperent, necessario subiunxit. **ET HÆC** quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri. ] Apertè ostendit æqualitatem filii & spiritus, coniunxit etiam Dei & patris mentionem. Per sanctæ enim trinitatis inuocationem, aquarum natura sanctificatur, & exhibetur peccatorum remissio. Deinde reuertitur ad institutum de fornicatione sermonè, & dicit. **OMNIA** mihi licent? ] Legendum est interrogatiuè. Deinde respondendo. **SED** non omnia expediunt. ] Ita autem etiam id quod deinceps sequitur. **OMNIA** mihi licent? sed ego sub nullius redigar potestate. ] Hoc dicit te non viuere sub lege, & te esse tui iuris & in tua potestate, & habere liberum eligendi arbitrium. Sed non semper tibi conducit tua vti potestate. Quando enim turpe aliquid & inhonestum perpetraveris, libertate priuaberis, & peccati seruus efficieris. **ESCA** ventri, & venter escis; Deus autem & hunc & has destruet. ] Si vis in his vti libertate, vtere. Propter ventrem enim cibos creauit. Sciendum est autem eos quoque fi-

μὴ γὰρ ἐπιδοκᾶ, νό  
solum ea quæ ad  
victum pertinent.

οὐ μὴ ἐρεὶ κόσμεύτ.



ἐπισημαίνων.  
ἐπισημαίνων.

Gen. 2.

ἰδιον, proprium.

ἡ μίση.  
Græce τὸ σώμα  
ἐμὸν, corpus ve-  
strum.  
qui in vobis est  
non est in Græ-  
co Theod.

magno non ha-  
betur in Græco  
Theod.  
& portate nō ha-  
betur in Theod.  
Græco.

ἡ δὲ τῆς ἀντιπροσώπου  
ἐμὴν ἀναίσθητον.  
& spiritu, quæ  
quidē Dei sunt,  
non habetur in  
Vulg. edit.

nem accepturos. Post sepulchrum enim cibi sunt hominibus superflui: por-  
rò autem vita quoq. futura eorum nihil habet. Quemadmodum enim nec  
vxores ducūt, nec nubunt, vt est vox Domini, ita etiam nec comedunt, nec  
bibunt. Illud autem, Destruet, posuit per prædictionem. CORPVS autem  
non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori. ] Caput nostrum sæ-  
pe Dominum appellauit, ei ergo tanquam capiti corpus coniunxit. Non  
enim sicut venter est cibi receptaculum, ita corpus propter fornicationem  
creatum est. DEVS verò & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per vir-  
tutem suam. ] Ne Dominum tanquam mortuum contempseris. Suscitatus  
est enim, & nos etiam suscitabit qui illum suscitauit Deus, eius qui suscita-  
tus est virtute. Apertè ergo ostendit quòd excitatus quidem est, quod ad  
humanitatem attinet: nos autem vt Deus excitabit. NESCITIS quòd cor-  
pora vestra membra sunt Christi? ] Non tanquam sponsa sponso Christo  
coniuncti estis? TOLLENS ergo membra Christi, faciam membra mere-  
tricis? Absit. ] Scelus autem valde auxit, membra nostra membra Christi  
appellans, non amplius, inquit, tuā sunt, sed Christi. Quomodo ergo ea fa-  
cis membra meretricis? Deinde docet quomodo. AN NESCITIS quòd  
qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim, inquit, duo in  
carne vna. Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est. ] Quod de ma-  
trimonii coniunctione dictū est aptè posuit in fornicatione. Nam & hoc &  
illud rei natura idem est, per legitimum autem & illegitimum ostenditur  
differentia. Dicit ergo: Meretrici adhærens, membra tua facis membra me-  
retricis: Domino autem per spiritum coniunctus, membra Christi membra  
facis. Si ergo Domino coniunctus fueris, & ad eā rursus recesseris, ad ipsum  
Dominum pertinet iniuria. Membra enim eius meretrici adducis, & Domi-  
ni membra meretricis membra efficis. FUGITE fornicationem. ] Non  
dicit, Odio habete & auersamini, sed fugite, sciens quam sit acris & vehe-  
mens hoc peccatum, & eum quem ipsum insequitur erigit, & præcipit vt in-  
sequens fugiat. Quinetiam docet quàm sit res execranda. OMNE. n. pecca-  
tum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est. Qui autem fornicatur, in  
suum corpus peccat. ] Qui enim vel innumerabilia alia peccata commit-  
tit, & iurisiurandi fidem frangit, & maledictio ac blasphemia linguā polluit,  
& in ea quæ ad se non pertinent inuadit, non vsque adeò peccati sensum ac-  
cipit: Qui autem libidinis seruus fuerit, statim post peccatum malum sen-  
tit, & ipsum corpus abhorret & auersatur, & ideo lacrimis etiam vtētes cor-  
pus purgant, ea ratione se probrum eiicere existimantes. AN NESCITIS  
quòd membra vestra templum est spiritus sancti, qui in vobis est, quem ha-  
betis à Deo. ] Dixit superius corpus templum Dei, deinde idem membra  
Christi: nunc rursus vocat templum sanctissimi spiritus. Spiritum autem  
donum seu gratiam appellat & per hæc omnia cognoscimus equalitatem tri-  
nitatis. ET NON estis vestri? ] Quamobrem? EMPTI enim estis pre-  
tatio magno. ] Sanguis dominicus est pro vobis exolutus, alii Dominio sub-  
estis. Et hoc quidem opposuit ei quod antè dictum est, Omnia mihi licent,  
docens nos habere Dominum, & nos oportere ex illius legibus vitam insti-  
tuere. Hoc enim subiunxit. GLORIFICATE, & portate Deum in corpore  
vestro & spiritu, quæ quidem Dei sunt. ] Et animarum & corporum opi-  
fex & creator Deus est, qui non solum ea fecit, sed etiam à Diaboli potesta-  
te liberauit. Oportet ergo vos & per corpus & per animam ipsum glorifi-  
care, illa & facientes & dicentes, quæ omnes linguas ad laudandum bonisq.  
verbis prosequēdum moueant. Hic Apostolus primum caput impleuit. Nos  
autem eius admonitionis memores, & corpora nostra exhibeamus hostiam  
viam,

**A** viam, sanctam, Deo bene placentem; & animam omnis generis beneficiorum recordatione sanctificemus, vt & in præfenti vita verè Dei templa vocemur, & promissis bonis fruamur, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi. Cum quo Patri vnà cum sanctissimo Spiritu conuenit gloria & magnificentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

## TOMVS SECVNDVS.

## CAPVT

## VII.

**B** **E** QVIBVS autem scripsistis mihi, Bonum est homini mulierem non tangere. ] Apertè ostendit se respondere de iis de quibus interrogant. Rogant autem Corinthii, an oportet eos qui legitimo matrimonio vxoribus coniuncti sunt, deinde salutarem baptismum acceperunt, vt coniugali consuetudine. Scribit ergo, continentiam quidem laudans, fornicationem verò vituperans, coniugalem autem coniunctionem concedens. Cum enim dixisset, Bonum est homini mulierem non tangere, subiunxit. **PROPTER** fornicationem autem vnusquisq. suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat. ] Eadem autem **C** & in viros & in mulieres statuit, quando quidem vna est natura. Opportunè autem illud adiecit, Propter fornicationem, quoniam eam iam accusauerat. **VXORI** vir debitum reddat, similiter & vxor viro. ] Hæc de continentia decernit, iubens maritum & vxorem ex æquo trahere iugum matrimonii, & non aliò respicere, & violare societatem, sed eam quam par est sibi inuicè tribuere beneuolentiam. Merito autè priori hoc ius statuit, quoniam maritus est caput vxoris. Humanæ enim leges, mulieribus quidem castas esse præcipiunt, & si contra legem faciant, in eas animaduertunt, sed à viris non eadem castitatem exigunt. Cùm enim viri essent qui leges tulerunt, æqualitatem non curarunt, sed sibi veniam dederunt. Diuinus autem **D** Apostolus diuina gratia inspiratus, primum quidem viris legem statuit, vt casti sint. Quoniam verò contingebat vt viri vel mulieres continentiam desiderantes, vel inuitis coniugibus à coniugali coniunctione separarentur, iure de hoc etiam præcipit. **MVLIER** sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. ] Quoniam enim eos vnã esse carnem pronunciauit, iure etiam vxoris corpus mariti esse pronunciauit; & rursus mariti corpus vxoris potestati subiecit. Atque hic quidem mulieribus, prioribus legem tulit: quoniam eæ maximè ante viros solent continentiam complecti. **NOLITE** fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & rursus reuertimini in idipsum. ] Existimat quispiã se fraudari iis quæ dat inuitus. Hoc ergo perquam aptè posuit de iis qui continentiam non ex vtriusque consensu eligunt. Si sola enim mulier eam amplectatur, ægrè fert utique maritus, vtpote quòd præter eius sententiam illa contineat. Idipsum etiam mulieri accidit, si maritus ea quæ sunt præstantiora eligit. Merito ergo dicit, Nolite fraudare vos inuicem, & adiecit, Nisi forte ex consensu, & naturæ sciēs imbecillitatem, subiunxit, **AD** tempus. Tempus quoque docuit, dicens, vt vacetis ieiunio & orationi. Oportet enim ieiunium sanctitate honorare. Post ieiunium autem permittit consuetudinem. Hoc enim dicit, Et rursus reuertimini in idipsum, & docens quòd quia alium suspectum haberet, hæc statuit, subiunxit. **NE** TENTET vos Satanas. ] Et ostendens quòd nos

Theod. habet  
τὴν ἀφελομένην ἐυ-  
νοίην quæ debetur  
beneuolentiam.

Orationi, Græce etiã habetur  
ἡσυχία, id est ieiunio quod non  
est in latino.  
συνίτησθε ἐς τὸ  
αὐτὸ, simul con-  
niatis.

autem Græce  
ἴδω, enim.  
legit Theod.  
ἐάν τις ἀπολείπει,  
id est omnes ho-  
mines.

Matth. 7.  
Luc. 11.

ἀγάμω, iis qui  
matrimonio iun-  
cti non sunt.

ἄλλοι, ἢ ἡ  
ἐάν τις ἀπολείπει  
τὸν πατέρα καὶ τὴν  
μητέρα, καὶ ἁρ-  
τῶσά, ma-  
trimonio iun-  
gantur.  
καὶ ἁρτῶσά, coniungi  
matrimonio.

ἡ ἀπολείπει  
μὲν τὸν ἀγαμῶν, ἢ τὸ  
ἀνδρὶ καὶ τῆς ἡ-  
γῶς, maneat innu-  
pta, vel viro re-  
concilietur.

ἐάν τις ἀπολείπει  
τὸν πατέρα καὶ τὴν  
μητέρα, καὶ ἁρ-  
τῶσά, cae-  
teris autem.

2. Cor. 13.

eius in nos potentiam augemus, adiecit. PROPTER incontinentiam ve-  
stram. ] Dum vos enim in fœcordia vitam transigitis, & vestra sponte volu-  
ptatibus seruitis, Diabolus accipit occasionem aduersus vos instruendi &  
dirigendi aciem. Quòd autem leges hominum imbecillitate mensus est, do-  
cuit per ea quæ sequuntur. HOC autem dico secundum indulgentiam, nõ  
secundum imperium. Volo autem vos omnes esse sicut & meipsum. ] In  
continentia & perfectionem indicauit, & quæ minora sunt concessit, & im-  
becillitati quidem opem ferētia medicamenta oratio protulit, ad ea autem  
quæ sunt optima & præstantissima eligenda, archetypum exemplar excitat,  
seipsum autem exemplar proposuit, suæ castitatis thesaurum nobis reuelare  
coactus. SED vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem B  
sic, alius verò sic. ] Consolatus est eos etiam qui sunt iuncti matrimonio,  
Dei donum appellans matrimonium. Ab illo enim dono & gratia quis adiu-  
tus, & iam coniugalem rectè exercet continentiam. Fert autem gratiæ au-  
xilium iis, qui bonum & alacre animi propositum afferunt. Petite, enim in-  
quit, & dabitur vobis, quærите & inuenietis. Cum hæc ad Corinthiorum  
rogata respondisset, & quæ iis qui matrimonio iuncti essent cõducibilia sta-  
tuisset, scribit ad eos etiam qui matrimonii iugum nondum acceperant, &  
iis qui acceperant quidem, sed morte postea disiuncti fuerant & viduitatē  
deslebant. DICO autem non nuptis & viduis. Bonum est illis, si sic perman-  
serint sicut ego. ] Ostendit rursus se esse ex ordine cœlibum & eorum qui C  
vxores non duxerunt. Neq. enim quis eum iure inter viduos collocet, cum  
adhuc esset adolescens, quando vocatione dignus est habitus. Nemo autem  
existimet eum viris quidem cœlibatum, post matrimonium autem cõtinen-  
tiam solis mulieribus statuere. Vtraq. enim docet vtrunque sexū. QVOD  
si se non continent, nubant. Melius est enim nubere quàm vri. ] Vstionem  
non vocat cupiditatis molestiam, sed animæ mancipationem, & ad id quod  
est deterius inclinationem. Quòd autem dicit, est eiusmodi. Melius quidem  
est & vos cui coniugalis consuetudo nondum obtigit, & vos qui coniuncti  
quidem fuistis, sed morte estis disiuncti, eligere continentiam. Sin autem  
cupiditatis impetum ferre non potestis, sed ad hoc sustinendum certamen D  
imbecillo animo estis, quoniam ad ea quæ honesta & pulchra sunt, non ha-  
betis alacre & ardens animi propositum, nulla lex prohibet quominus ma-  
trimonium contrahatis. Deinceps ad aliam transit legem. IIS AVTEM qui  
matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro nõ  
discedere. Quòd si discesserit, manere innuptam, vel viro reconciliari. Et vir  
vxorem non dimittat. ] Euangelicam legem in memoriam reuocauit, Do-  
minus enim dixit in sacris Euangeliiis Quicumque dimittit vxorem præter-  
quàm causa fornicationis, facit eam mœcham. Propterea adiecit, Non ego  
sed Dominus. Illud autem: Maneat innupta, vel viro reconcilietur, non est  
contrarium ei quod est, Nolite fraudare vos inuicem, nisi forte ex consen- E  
su. Illa enim dicta sunt iis, qui non propter aliam causam, sed propter solam  
continentiam separantur. Hic autem iis legem statuit qui de aliis rebus con-  
tendunt, & conatur quidem firmum & infractum seruare matrimonii vin-  
culum, se autem ad eorum qui separantur imbecillitatem demittens, & ea  
ratione prohibens ne matrimonium disiungatur. Cùm enim alteri coniun-  
gi prohibeat, vtranque partem ad prius matrimonium redire compellit.  
NAM cæteris ego dico, nõ Dominus. ] Hoc, Ego dico, pro eo quod est, non  
inueni hanc legem scriptam in sacris Euangeliiis, sed nunc eam fero. Quòd  
autem Apostoli leges, leges sunt Domini, clarum est iis qui in rebus diuinis  
sunt eruditi. Eius enim vox est, An experimentum quæritis eius qui in me  
loquitur,

**A** loquitur, Christi? & Non ego, sed gratia quæ in me est, & Dico per gratiã mihi datam. Ita etiam hic fert legem, sanctissimo per eum loquente spiritu.

**S** **Q** **V** **I** **S** frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis, per virum fidelem alioqui filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. ] Non statuit vt mulier infidelem accipiat: nec iubet vt mulier fidelis viro infideli iungatur, totum enim contrarium præcipit. Paulo post enim viduis legem ferens subiunxit, Tantum in Domino, hoc est, fideli pio, modestè, honestè. Hic autem dixit de iis qui ante prædicationem matrimonio iuncti sunt. Accidebat enim vt maritus quidem crederet, vxor verò in infidelitate permaneret, & contrà, vt vxor quidem esset fidelis, maritus verò infidelitatis exitiali vitio teneretur. Præcipit autem sanis vt ferant imbecillitatem coniugum, & eorum salutem procurent. Hoc enim dicit, Sanctificatus est enim vir infidelis in vxore, & sanctificata vxor infidelis in marito, hoc est, habet spem salutis. Sin autem aut ipse, aut ipsa in morbo permaneat, semen illius erit salutis particeps. Hæc autem posuit paulò magis hyperbolicè, suadens ne coniunctionem relinquerent. **Q** **V** **O** **D** si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. ] Pars, inquit, quæ credit, ne det occasionem diuortio. Sin autem pars quæ laborat, velit diuertere, es innocens, & nulli affinis reprehensionis. **I** **N** **P** **A** **C** **E** autem vocauit nos Deus. ] Atqui dixit Dominus. Non veni mittere pacem in terram, sed gladium, ad diuidendum proximum à proximo suo. Sed non est hoc illi contrarium. Interpretatur autem Apostolus doctrinam Domini. Salutaris enim, inquit, prædicatione non inducit in vitam confusionem, sed potius veram & Deo gratam pacem conciliat ac procurat. Malum tamen prius consensum diuidit, & dissensione laudabilem concordiam & consensionem comparat. Qui enim diuinam acceperant prædicationem, infidelium effecti Doctores, admirabilem & supra omnem fidem & opinionem mutationem efficiabant, & quæ pulchre diuisæ erant, domos, ad iucundissimam & in primis amabilem concordiam deducebant. Hoc etiam hic dicit. **V** **N** **D** **E** enim scis mulier si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? nisi vnique sicut diuisit Dominus. ] Bona, inquit, spe proposita laborem suscipe, habes Deum qui tuo prompto & alacri tuo studio opem ferat **V** **N** **V** **M** **Q** **V** **E** **N** **Q** **V** **E** sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sic vt in omnibus ecclesiis doceo. ] Hic apertè docuit, quòd non cum infidelibus mulieribus vel viris coniungi præcepit, sed iis qui sic vocati sunt illa cõstituit. Deinde vt solet à proposito transit ad alia, decernens omnibus ea quæ sunt conuenientia. **C** **I** **R** **C** **V** **N** **C** **I** **S** **V** **S** aliquis vocatus est, non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputium nihil est, sed obseruatio mandatorum Dei. ] Nec qui præputium habens vocatus est, suscipiat circuncisionem; nec qui est circuncisus, conetur seipsum ostendere incircuncisum. Præputium enim est natura, & circuncisio lege veteri facta est. Non res autem laudatur, sed obseruatio mandatorum Dei. **V** **N** **V** **S** **Q** **V** **I** **S** **Q** **V** **E** in qua vocatus est vocatione in ea permaneat. ] Deinde transit etiam ad alia. **S** **E** **R** **V** **V** **S** vocatus es? non fit tibi curæ. Sed & si potes fieri liber, magis vttere. ] Gratia non nouit differentiam seruitutis & dominii, Ne fugias ergo seruitutem, tanquam fide indignam. Quòd si fieri possit vt libertatem assequaris, perge seruire, & expecta remunerationem. Hanc autem hyperbolen nõ temere & sine cau-

autòr, ipsum.  
Grecc, ἐν, γυναίκα  
in muliere. Heb.  
deest, autem fi-  
delem, & rursus  
ἐν ἀνδρὶ, in viro,  
eadem Heb. de-  
est autem fidelis  
apud Theod.

χωρῆται, separa-  
tur.  
χωρῆται, separa-  
tur.

Matth.

τί γὰρ οἶδας, quid  
scis enim an.

στὰς ἀτάκτου ὀρ-  
δῖνο.

ἀφ' ἑαυτοῦ maneat.

sa posuit, sed suadens ne fugeretur seruitus pretextu pietatis & religionis. **A**  
 Adducit autem aliam quoque consolationem. **QVI** enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. ] Libertum appellare consueuimus, qui ex seruis natus est. Hoc nomine appellauit seruum qui fide dignus est habitus, & liberum quidem, dixit esse seruum Christi, seruum autem, libertum, & liberos docens, quod Christum habent Dominum, & seruos similiter, quod veram libertatem assecuti sunt. Quis enim æquè est liber ac qui à peccatis liberatus est? Quis autem seruit indignius & acerbius, quàm qui est vitiorum seruituti mancipatus? **PRETIO** empti estis, nolite fieri serui hominum. ] Non statuit iis quæ dicta sunt contraria. Iubet enim vt nihil seruile cogitet nec qui seruus vocatur, nec qui appellatur liber. Præclare autem admodum & seruos & Dominos conseruos pronunciauit. Pretio empti estis, de his & illis dicens. Dominus enim proprio sanguine dato vos emit. **VNVS QVIS QVE** in quo vocatus est fratres, maneat apud Deum. ] Hoc posuit suasionis & proœmium & epilogû. Ad aliam autem ferendum legem transit. **DE** virginibus autem præceptum Domini non habeo. ] Dominus enim, cum dixissent Apostoli, si ita est lex vxoris, expedit vxorem non ducere, respondit. Non omnes capiunt verbum hoc, & rursus. Qui potest capere, capiat. Propterea diuinus quoq. dixit Apostolus, Præceptum Domini non habeo. Si ergo legem non accepisti, quid sibi vult quod dicis? **CONSILIVM** autem **C** cundum naturam præcepisset, adhortatur ad ea quæ sunt supra naturam. Quoniam autem verisimile erat futurum vt quidam huic rei tanquam rei nouæ contradicerent, consilio adiecit. **TANQVAM** misericordiam consecutus à Domino vt sim fidelis. ] Cum solita modestia Apostolicam auctoritatem ostendit. Sum consiliarius fide dignus, inquit, per multam Domini misericordiam vocatus, & cui credita est prædicatio. Quid autem consulis? **EXISTIMO** enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem: quoniam bonum est sic esse: Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. ] Illud existimo, adiecit, non dubitans virginitatem esse bonum & bonorum optimum ac præstantissimum, sed ne adhortatio lex fieret, adiecit dubitationē. Legem. n. cōsequitur obseruatio & transgressio, & eorū qui transgrediuntur punitio, & ideo quæ magna sunt nō præcipit, sed ad ea hortatur, & cum dixisset, Noli quærere vxorem, subiunxit. **SI** AVTEM acceperis vxorem, non peccasti, etsi nupserit virgo, non peccauit. ] Et quam de causa consulis non contrahere matrimonium, si est matrimonium à peccato liberū. **TRIBVLATIONEM** tamē carnis habebunt huiusmodi. ] Et quid est tibi curæ? **EGO** autem vobis parco. ] Et paternam benevolentiam aperuit, & cœlibatus vtilitatē ostendit. Sciendum est autem quod non dixit de iis qui vitæ semel renunciarunt illud, Si acceperis vxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit, sed de iis qui nondum neq. hoc neque illud elegerunt, sed stant in confinio matrimonii & cœlibatus. Deinde id quod dicit aliunde confirmat. **HOC** itaque dico fratres, tempus breue est. ] Hoc est, vita tendit ad finem: propè est præsentis sæculi consummatio. **RELIQVVM** est vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtentes. ] Quæ, inquit, sunt præsentia, sunt à nobis aliena, hinc enim quàm fieri potest citissimè transimus. Nemo ergo nec paupertatem desleat, nec propter diuitias insolescat & sibi magno

*[Faint handwritten notes in the left margin]*

Matth. 19.

*[Greek text in the left margin]*  
 νομιζω ἐνταῦθα καὶ  
 λὸν ἐπαρχὴν ἀνθρώπου  
 πρὸς τὴν ἐνέσταν  
 αὐτὴν ἀνθρώπων τὸ ἕ  
 νος ἐστίν, id est, existi  
 mo ergo bonum esse homi  
 ni propter instantem  
 necessitatē,  
 vt sic sit.

*[Greek text in the left margin]*  
 θαλασπὴν ἢ τῆν σαρκεὶ  
 καὶ ἐξουσίαν ποιῆσαι,  
 afflictionem au  
 tem carni etiam  
 habebūt huius  
 modi.

breue, Græce  
 σμικροχρόνιον, cō  
 tractum est.

*[Greek text in the left margin]*  
 ἀβουτentes.

**A** magnopere placeat. Sed nec qui plurima possident, ea in luxu & delitiis consumant, sed solum vsum ex eis accipiant. Hoc enim sibi vult illud. **ET QUI** vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes. Hoc ipsum etiam per Ezechielis arietes Deus reprehendit, quod pulchra pascua depascebant, & reliqua pedibus conculcabant: & puram aquam bibebant, & reliquam pedibus conturbabant. His consentit illud, Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes. Deinde ostendens quam sint fluxa & momentanea quæ sunt præsentia, subiunxit. **PRAETERIT** enim figura mundi huius. Non amplius enim agricultura & nauigatio, non regna & imperia, non amplius seruitus & Dominium. Non amplius artes & scientiæ, non amplius paupertas & diuitiæ. Ex his enim, & quæ sunt eiusmodi, constat vita præsens. Hoc etiam dicit beatus Esaias futura prædicēs. Et erit seruus tanquam Dominus eius; & ancilla tanquam Domina; & qui emit tanquam qui vendit, & qui debet, tanquam qui non debet, futura enim vita habet aliam rerum differentiam. Porro autem cum ostendisset diuinus Apostolus quam sit vita breuis & momentanea, subiunxit. **VOLO** autem vos sine sollicitudine esse. ] **Aper-**tè ostendit quis sit scopus & institutum virginitatis. Qui enim virgo est, à superuacaneis & inutilibus cogitationibus liberam habet animam, & vitā futuram, quantū licet, imitatur. Hoc enim dicit in iis quæ sequuntur. **QUI** sine vxore est, sollicitus est quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo. **Qui** autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier inupta & virgo cogitat quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu. ] Ostendit breuiter differentiam sollicitudinis eius qui eligit iugum matrimonii, & eius qui cœlibatum amplectitur. Facile autem scire potest qui vult, eorum qui in vita versantur labores & sollicitudines. Eas autem nos quoque fassus ostendimus dum de virginitate orationes scriberemus, & ad eius opes bonorum amatores adhortaremur. Permanens autem in consilio Diuinus Apostolus hæc quoque adiecit. **PORRO** hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. ] Non ex necessitate, inquit, traho vos ad has diuitias, tanquam laqueo aliquo vtens, & vi venans: sed indico lucrum quod ex eo prouenit. Neque enim alia ratione fieri potest vt cultui diuino perpetuo assideamus, nisi victus sollicitudinis vincula effugerimus. **SI QVIS** autem turpem se videri existimat super virgine sua quod sit superadulta, & ita debet fieri, quod vult faciat, non peccat, si nubat. ] Si quis autem cœlibatum rem non esse decentem existimat, & ea de causa vult filiam marito iungere, faciat quod sibi videtur, est enim matrimonium à peccato liberum. Hic rursus præcepit de iis qui nondum virginitatem elegerunt. **NAM** qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit. ] Hoc, Non habens necessitatem, pro eo quod est, qui est sui iuris, nec est in Domini potestate. **IGITUR** & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, & qui non iungit, melius facit. ] Ostendit illud quidem esse bonum, hoc verò optimum: & Hæreticorum qui nuptias vituperant linguas alligauit. Porro autem necessarium quoque existimauit etiam viduis ea quæ sunt vtilia consulere. **MVLIER** alligata est legi quanto tempore viuit vir eius. Quod si dormierit vir eius, liberata est cui velit nubat, modo in Domino. ] Hoc est, ei qui sit eiusdem fidei, pio ac religioso Dei cultori, honestè & legitime. **BEATIOR** autem erit, si sic permanferit secundum meum consilium. ] Rursus non legem tulit, sed consilium at

Ezech. 34.

epistola.

Esa. 24.

ὁ ἀγαπῶν παρρησίαν  
τὰ τὰ κερία, πῶς  
ἀπὸ κερία celebs  
curat quæ sunt  
Domini, quomodo  
est Domini  
no placiturus.  
ὁ ἄγαπῶν. Qui  
autem vxorem  
duxit.  
ὁ μὴ κερία ἢ ἄγαπῶν  
ἢ ἢ κερία ἢ ἄγαπῶν  
hoc est diuisa  
est etiam  
vxor, & virgo  
quæ non nuplit  
curat &c.  
ἄγαπῶν hoc autē  
ἀγαπῶν τὸ εὐ-  
χρηστὸν ἢ ἀγαπῶν  
ἀπὸ κερία ἀγαπῶν  
ἐπιπέπῳ,  
sed ad decorem  
& honestatem,  
& meliorem do-  
mino indiuisse  
assidendi facultatem.  
ἄγαπῶν vita, victus.  
ἀγαπῶν ἢ indeco-  
re & turpiter se  
gerere.  
γαμῆσαι  
matrimonium  
contrahant.  
Non habet Gre-  
cum Theod. vir-  
ginem suam.  
ἀγαπῶν ἢ ἄγαπῶν  
id est libera est  
vt cui velit nu-  
bat.  
ἄγαπῶν ἢ ἀγαπῶν,  
mea sententia.

tulit. Vt id autem fide dignius faceret, subiunxit. **PVTO** autem quòd & **A**  
 ego spiritum Dei habeam. ] Non sunt, inquit, mea verba, sed gratiæ san-  
 cti spiritus, ego enim sum illius instrumentum. Notandum est autem non  
 esse absolute & simpliciter beatam vocandam eam quæ continet, sed eam  
 beatiorē appellauit, dicens nec eam quidem esse miseram quæ secundo  
 matrimonio iungitur, sed beata est, quæ ex Apostolica lege matrimonium  
 contrahit. Comparatio enim illam etiam beatam ostendit. Hoc autem suffi-  
 cit ad refellendos Nouatianos, qui digamiam, tanquam fornicationem ac-  
 cusant, Apostolicis legibus apertè contradicentes. Hæc cum post priorem  
 scripsisset accusationem, & matrimonii ac cœlibatus, viduitatisque & virgi-  
 nitatis consilium attulisset, aliam rursus accusationem attingit, cuius argu-  
 mentum summatim dicere necesse est. Nonnulli ex iis qui Corinthi credi-  
 derant, cum aliquorum consuetudine & familiaritate vterentur qui errore  
 tenebantur, vnâ cum eis vescebantur in templis idolorum, non tanquam  
 idolis immolata quæ apponebantur fumentes, sed vt qui persuasum habe-  
 rent omnia à Deo esse creata. Cæterum quod ab eis fiebat, magnum iis qui  
 hanc nondum habebant cognitionem incommodum afferebat. Cùm enim  
 viderent eos qui inter ipsos agebant absq. vlllo metu, immolata sumere, in-  
 citabantur vt hoc ipsum facerent, erat autem maius eorum delictum. Ne-  
 que enim ex illorum instituto ii quoque cibum sumebant, sed tanquam ido-  
 lis immolata comedebant, illorum cognitionem non habentes. Hoc cum  
 resciuisset diuinus Apostolus, factum reprehendit, & morbo adhibet omnis  
 generis medicamenta.

## CAP. VIII.

**D**E IIS autem quæ idolis immolantur, scimus quòd omnes scientiam  
 attribuit. ] Cum quadam ironia eis suo testimonio cognitionem  
 enim. Si quis autem putat se aliquid scire, nondum cognouit quemadmo-  
 dum oportet eum scire. Hoc ergo ironice posuit, scimus quòd omnes scien-  
 tiam habemus. Deinde subiungit, **SCIENTIA** inflat: charitas verò ædifi-  
 cat. ] Dilectio est cognitione melior ac præstantior. Hæc enim multos qui  
 ea non recte vtuntur elatos efficit: Illa verò vt proximo beneficiat curam  
 gerit. Hoc enim sibi vult illud, Aedificat. Eos autem reprehendit hæc ora-  
 tio, vt qui sint priuati charitate. Si eam enim haberent, imbecilliorum vtili-  
 tatis curâ gererent. **SI QVIS** autem putat se aliquid scire, nondum co-  
 gnouit quemadmodum oportet eum scire. ] Ostendit eos non esse solum  
 dilectione nudatos, verum etiam cognitione priuatos, de qua sibi place-  
 bant. Indefinitè autem accusat, volens potius curare quàm fauciare. **SI**  
**QVIS** autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo. ] Multa nobis cognitio-  
 ne opus est, & vt eam in præsentī vita perfectam accipiamus nequit fieri.  
 Deum ergo diligamus, vt ab eo consequamur vt nostri curam gerat, nobis-  
 que prouideat. Etenim hoc valde accuratè posuit. Non enim dixit, Qui di-  
 ligit Deum, cognouit ipsum, sed, cognitus est ab ipso, id est, assequitur vt  
 eius curam gerat. Ita etiam dixit beatus Moses ipsi Deo vniuersorum. Tu  
 mihi dixisti, Inuenisti gratiam apud me, & noui te præter omnes. Ab eo er-  
 go cognitus est, significat maiorem Dei curam & prouidentiam. **DE ESCIS**  
 autem quæ idolis immolantur, scimus quòd nihil est idolum in mundo, &  
 quòd nullus Deus nisi vnus. ] Noui, inquit, ea quæ vos dicere soliti estis,  
 à me enim hæc dicere didicistis. Scio idola esse inanima, & nullo sensu præ-  
 dita, & vnum esse Deum vniuersorum effectorem & Dominum. **NAM**  
 & si sunt qui dicantur Dii, siue in cœlo, siue in terra, si quidem sunt Dii mul-  
 ti, & Domini multi. ] Vult diuinus Apostolus aliud confirmare, Quia  
 enim

γνώσις, cognitio-  
nem.

γνώσις, cognitio,  
ἀγάπη, dilectio.

Gen. 33.  
 περί βρώσιος τῶν  
 ἰδωλοθύτων, de  
 escu autem eorū  
 quæ idolis im-  
 molata sunt.  
 ἔτι εἶπες, nullus  
 Deus alius.  
 εἶσι, εἰπερ, siqui-  
 dem.  
 σικουρ, ὡσπερ,  
 sicut.

**A** enim dicebat nullum esse alium Deum nisi vnum, Christum autem Deum quoque prædicabat, & sanctissimum similiter spiritum cum Patre & filio connumerabat, ab iis autem qui accuratam Theologiam & perfectam diuinitatis rationem nondum didicerant, dubitabatur, quomodo vnus Deus, cum & filius Deus, & sanctissimus etiam spiritus vnà connumeretur; ex iis quæ ab aduersariis dicuntur sua confirmat, & docet quòd Græci quidem seu gentes dicunt multos esse Deos, eosdem autem Dominos quoque nominant: ii autem nullo modo sunt, sed solis agnoscuntur nominibus. Hoc enim dixit illud. Nam etsi sunt qui dicantur Dii, siue in cælo, siue in terra, sicut sunt Dii multi & Domini multi eosdem enim & Deos & Dominos appellabant. Hoc autem, siue in cælo, siue in terra, dixit ex more Græcarum fabularum. Alios enim Deos cœlestes appellabant, vt Iouem & Apollinem, Iunonem & Mineruam. alios autem terrenos, vt fontes & fluuios, & quæ dicuntur, nymphas, & Herculem & Dionysium, & Aesculapium, & alios innumerabiles. **N**OBIS tamē vnus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in illum, & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. ] Illi ergo ignorationis caligine circumdati, in multis, iisque qui non sunt errant, nos autem vnum scimus Deum patrem, & vnum Iesum Christum. Iure autem hic quoque admiremur sapientiam Apostolicam. Cum enim prius ostendisset appellationem Domini æqualem habere vim & potestatem cum appellatione Dei, eas diuisit, & hanc quidem Patri tribuit, illam verò, filio, Corinthiorum imbecillitati remedium afferens. Quòd enim multis in locis filium Deum nominat, facile potest qui vult ex eius scriptis intelligere. Expectantes enim inquit, aduentum gloriæ magni Dei & seruatoris nostri Iesu Christi. & Ex quibus Christus secundum carnem, qui est in omnibus Deus, & in regno Christi Dei, & alia eiusmodi innumerabilia. Hic quidem certè hunc Deum appellauit, illum verò Dominum, ne iis qui haud ita pridem à Græcorum seu gentium errore liberati fuerant, & veritatem didicerant, præberet occasionem redeundi ad multorum Deorum errorem. Quòd si Arriani & Eunomiani dicant illud, vnus Deus, eiicere filium à diuinitate patris, audiant quod consequitur. Et vnus Dominus. Si enim quoniam vnus Deus pater, non est Deus filius: nec pater ergo Dominus, quia est vnus Dominus Iesus Christus, verum enim uero in illorum caput retorquebitur blasphemia. Diuinus enim Apostolus ostendit æqualitatem, vt qui Dei vocem similiter & in Patre & in filio posuerit, & vocem Domini æqualem cum Dei voce vim ac potestatem habere ostenderit. Porro autem vetus quoque scriptura has esse coniunctas appellationes ostendit. **E**GO enim inquit, sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, & Audi Israël Dominus Deus tuus vnus est, & Domine Deus meus magnificatus es valde, & innumerabilia eiusmodi. Qui est ergo verè Deus, omnino est etiam Dominus, & qui est verè Dominus, est omnino etiam Deus. Alioqui, nec est aliàs Deus Pater. Vnus enim Deus Pater, nec aliter Dominus Iesus Christus. Vnus enim Dominus Iesus Christus. Illud autem, Nos in illum. Pro eo quod est, ad ipsum conuerti, ad ipsum respicere, ipsum debemus perpetuò laudare. Hoc verò, Et nos per ipsum, nō opificium ac creationem sed salutem significat. Per ipsum enim omnia, nos autem qui credidimus, sumus per ipsum salutem assecuti. **S**ED NON in omnibus est scientia. ] Hæc, inquit, non omnes sciunt, hinc manifestum est enim prius dixisse ironicè, scimus quòd omnes habemus scientiam. **Q**UIDAM autem cum conscientia vsque nunc idoli, quasi idolo thytū manducant: & conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur. ] Non esus polluit, sed polluitur conscientia.

ἀλλ' ἵπαι, sed nobis.

Exod. 20.  
 Deut. 6.  
 Psal. 103.



ἄτε γὰρ ἰδὲ φάγο-  
 ῦν, μετὰ τὸ φαγεῖν,  
 ἴτε ἰδὲ μὴ φάγο-  
 ῦν, ὑπερήματα.  
 Nec, si comede-  
 rimus, plus ha-  
 buerimus, nec si  
 non comederi-  
 mus, minus,  
 πῶς vilo modo.  
 ἢ ἴσους ἵμῶν αὐτῶν  
 hæc vestra po-  
 testas.  
 κερταυελεμον, ac-  
 cumbentem.  
 ἀσθενὲς ἴσως, cū  
 sit imbecillus.  
 ἐπὶ τῆ σὺ γλώσσῃ  
 propter tuā cog-  
 nitionem, aut  
 si maus scientiā

Matth. 17.

tia, quæ perfectam cognitionem non suscepit, sed idolorum errore adhuc  
 tenetur. **ESCA** autem nos non commendat Deo, neque enim si mandu-  
 cauerimus, abundabimus, neque si non manducauerimus, deficiemus. ]  
 Eos qui se de cognitione iactabant docet, non eam Dei cultum definire, eo  
 quod idolis quidem per contemptum attenderent, citra vllum autem di-  
 scrimem essent immolatorum participes, & eorum qui lædebantur imbe-  
 cillitatem negligenter. Hoc enim significant, ea quæ consequuntur. **VIDE-**  
**TE** autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. ] Do-  
 cet autem etiam quomodo lædantur. **SI QVIS** enim viderit eum qui ha-  
 bet scientiam in idolio recumbentem, nonne conscientia eius, cum sit infir-  
 ma, ædificabitur ad manducandum idolothyta. ] Ostendit autem magni-  
 tudinem. **ET PERIBIT** infirmus in tua conscientia frater, propter quem  
 Christus mortuus est. ] Amplificauit accusationem, vt damnum prohi-  
 beret. Pro eo enim inquit, fratre quem despicias, Christus mortem subiit.  
 Tu autem qui à Christo accepisti cognitionem, eum qui ab ipso seruatus est  
 dono interimis. Rursus verò per ironiam posuit illud, In tua scientia, seu  
 propter tuam cognitionem, neque enim testatur eos habere scientiam, sed  
 fratres odio habere, & gulæ deditos esse, & quæ sunt huiusmodi. **SIC** au-  
 tem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in  
 Christum peccatis. ] Hæc est enim vox Domini. Videte ne contemnatis  
 vnum ex paruis his minimis qui credunt in me. Hoc autem aliud quoque si-  
 gnificat, videlicet quod etiam frater imbecillus est de corpore Domini: est  
 enim corporis Dominici particeps. Caput autem membro factam iniu-  
 riam sibi adscribit. Deinde proponit seipsum vtilitatis exemplar archety-  
 pum, & docet quot & quanta non fecerit propter aliorum vtilitatem, cum  
 ea posset facere. **QUA PROPTER** si esca scandalizat fratrem meum, non  
 manducabo carnem in æternum, ne scandalizem fratrem meum. ] Non so-  
 lum enim à carne idolis immolata, sed etiam ab aliis omnibus carnibus, non  
 nunc solum, sed etiam perpetuò abstinere sustinuerim, fratrum salutis gratia.

CAPVT IX.

**N**ON SVM Apostolus? ] hoc est, à Deo ordinatus? **NON** sum liber? **D**  
 Pro eo quod est, In aliena potestate minimè constitutus, & qui non  
 discipuli locum teneo, sed cuius fidei creditus est orbis terræ, & quoniam  
 post Christi assumptionem vocatus est, habebant autem Apostoli gloriam  
 apud omnes maximam, vt qui digni sint habiti qui viderēt Dominum, hoc  
 quoque necessario adiecit. **NONNE** Iesum Christum Dominum nostrum  
 vidi. ] Deinde ipsos etiam vocat in testimonium. **NONNE** opus meum  
 vos estis in Domino? ] Et hoc ipsum dicit latius. **ETSI** aliis non sum  
 Apostolus, sed tamen vobis sum. ] Hoc breuiter quidem posuit, sed multa  
 simul dixit, & quos in doctrina labores suscepit, & quæ certamina & pe-  
 ricula adierit, & quæ quantaque perpeffus sit, & gratiæ miracula, quorum **B**  
 fuerunt veri testes Corinthii, vt qui ipsi ea vidissent. Qua de causa dixit. Si  
 aliis non sum Apostolus, at vobis quidem certè sum, etsi enim nullum ha-  
 beo testem, mihi tamen vestrum sufficit testimonium. **NAM** signaculum  
 Apostolatus mei vos estis in Domino. ] Vt enim probem me rectè in Apo-  
 stolatu gessisse, possum proferre vestram mutationem. Signaculum enim  
 appellant probationem & confirmationem. Ita etiam dixit diuinus Ioan-  
 nes. Qui accepto suo testimonio signauit quod Deus verus est, hoc est con-  
 firmavit. **MEA** defensio apud eos qui me interrogant hæc est. ] Si quis  
 meos vult labores examinare, appello vos in testimonium, mihi vestrum  
 opus sufficit, ad meos labores testificandos. **NON QUID** non habemus po-  
 testatem

ἢ ἄλλοις ἢ ἱμῖν ἀπό-  
 στολος, ἀλλὰ γὰρ ἱμῖν  
 ἱμῖν. si aliis non  
 sum Apostolus,  
 ac vobis quidem  
 certe sum.

Ioan. 3.  
 ἀναγκάσαν, qui  
 me in iudicium  
 vocant.

**A** testatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem so-  
rorem mulierem circumducendi, sicut, & ceteri Apostoli, & fratres Domi-  
ni, & Cephas? ] Potestatem manducandi & bibendi dicit ex Euangelio.  
Vult autem ostendere quòd cum posset ex lege Domini à Discipulis necessa-  
rium alimentum accipere, perpetuò laborabat, & ex laboribus sibi necessa-  
rium alimentum comparabat, propter vtilitatem discipulorum. Illud au-  
tem, sororem mulierem circumducendi, quidam ita sunt interpretati, quòd  
quemadmodum Dominum sequebantur fideles mulieres, necessarium ali-  
mentum Discipulis suppeditantes: ita etiam aliquos ex Apostolis sequeban-  
tur aliqua ardentiorum fidem ostendentes, & ab eorum doctrina penden-  
tes, & diuinam prædicationem adiuuantes. **AUT** solus ego & Barnabas  
**B** non habemus potestatem hoc operandi? ] Pro eo quod est, Omnibus qui  
Euangelium annunciant, permisit Dominus ex Euangelio viuere, & nos  
soli ea potestate priuamur? Deinde hoc etiam ex vitæ studiis & exercitiis  
iustum & necessarium esse ostendit. **QUIS** militat suis stipendiis vnquam?  
Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de  
lacte gregis non manducat? ] Postquam ita ostendit & militem ex militia  
ali, & eum qui plantat esse fructus participem, & pastorem ex grege pecu-  
dum sibi victum parare, subiunxit. **NON QUID** secundum hominem hæc  
dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moyfi. ] Si cui  
**C** autem, hæc esse videntur humana ratiocinatio, audiat legem apertè dicen-  
tem. **NON** alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo?  
An propter nos vtique hoc dicit. Nam propter nos scripta sunt: quoniam in  
spe debet qui arat arare, & qui triturat, in spe fructus percipiendi. ] Non  
hoc dicit, boues non esse Deo cura, curæ enim sunt, sed propter nos curæ  
sunt, nam illos etiam propter nos fabricatus est. Quamobrem dicit etiam  
beatus David, Qui producit in montibus scænum, & herbam feruituti ho-  
minum. **SI NOS** vobis spiritualia seminauimus: magnum est si nos carna-  
lia vestra metamus? ] Qui multo maiora dedimus, peccamus si multo mi-  
nora acceperimus? **SI ALII** potestatis vestræ participes sunt: quare non  
**D** potius nos? ] Eos qui malè eis præerant per hæc innuit. **SED** non vti su-  
mus hac potestate, sed omnia sustinemus. ] Hoc est, ferimus, patimur, tole-  
ramus, Quare? **NE QVOD** offendiculum demus Euangelio Christi. ]  
Appositè admodum damnus vocauit offendiculum. Non finit enim, in-  
quit, currere Euangelium, prohibet cursum, reprimit & retardat salutem  
quæ proficiscitur à prædicatione. Deinde quia bouem meminerat, & legem  
erat interpretatus, verisimile autem erat contradicere aliquos non fuisse ri-  
tè factam interpretationem: Ostendit legem id quod dictum est apertius  
testari. **NE SCITIS** quòd qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt  
edunt, & qui altari deseruiunt, cum altari participant? ] Videte eos qui ex  
**E** lege sacrificant, illa quidem altari offerentes, his verò ipsos fruentes. Hoc  
enim dixit, de altari participant. Offerebant enim altari quidem renes, &  
reticulum iecoris, & qui est in ipsis adipem. Ipsi autem accipiebant & dex-  
trum brachium, & pectusculum. Ostendit autem Dominum ea quoque ius-  
sisse quæ legi conueniunt. **ITA ET** Dominus ordinauit iis qui Euange-  
lium annunciant, de Euangelio viuere. ] Eius enim vox est. Dignus est ope-  
rarius mercede sua. Et non dixit, Ditari ex Euangelio, sed viuere. **EGO** au-  
tem nullo horum vti sum. ] Hoc est apud vos prædicans, hoc enim docet  
etiam in secunda epistola. Quid enim est in quo inferiores fuistis reliquis  
ecclesiis, nisi quòd ego vos non grauauit. Quòd .n. ab aliis accipiebat, quos  
accipiendo iuuare existimabat, docet per ea quæ deinceps sequuntur, Alias

μὴ ἔργα ἔσθαι, πῶς  
operandi.

Deut. 25.  
ἔργα ἐν scriptū  
est quod.  
ὁ δὲ ἀλοῖον ἢ ἐπι-  
δος αὐτῶ μαρτυρεῖ  
ἐπ' ἐπιδοῦ, & qui  
triturat spei in  
spe esse parti-  
ceps.  
Psal. 146.

ἔργα ἔργα ἔργα,  
qui sacra ope-  
rantur.  
ἀπὸ τοῦ ἔργου ἰδιώται  
ex sacro edunt,  
καθὼς οὐκ οὐκ  
alsident.

Luc. 10.

2. Cor. 12.

ecclesias expoliavi accipiens stipendium ad ministerium vestrum. Ita etiam saepe laudat Philipenses, qui cum magno studio & diligentia obseruauerant. Propterea etiam Onesiphoro bona precatur. Cum autem Corinthiorum sciret imbecillitatem, apud eos perpetuo laborabat, nihil ab eis accipiens. Ne quis autem illorum existimaret ipsum hæc dixisse, ut qui desideraret accipere, merito adiecit. NON autem scripsi hæc ut ita fiat in me. Bonum est enim mihi magis mori quam ut gloriam meam quis euacuet. ] Gloriationem autem appellat, gratis prædicare, & positos terminos transilire. NAM etsi euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incubit. ] Hoc enim exequor ut seruus qui ministro Domino, nullus autem famulus se iactitat, si ea implet quæ imperantur à Domino. VAE AVTEM mihi est, si non Euangelizauero. ] Domino enim resistere, poenam meretur. SI ENIM volens hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus; dispensatio mihi credita est. ] Illud, volens & inuitus, non de sua animi sententia posuit, sed docens se legem Dominicam impleuisse. QVAE est ergo merces mea? Ut Euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium, ut non abutar potestate mea in Euangelio. ] Dedit mihi, inquit, Dominus potestatem accipiendi necessarium alimentum à Discipulis, ego autem ea potestate non vtor, sed laborem operationis affero, ut laboris fructum colligam. Hæc omnia persecutus est, eos qui scientia malè utebantur, & immolatorum participes absque vlllo metu erant, & offensionis occasionem imbecillioribus præbebāt, ab improba potestate conās abducere. Quocirca ostendit quòd cum & à lege & à Deo vniuersorum potestatem accepisset, & Apostolos ea uti videret, & ipsam rerum naturam attenderet, eorum nihil admisit, ad vnum respiciens, nempe ad cursum prædicationis, & eorum qui audiebant, vtilitatem. Iis autem ea etiam quæ sequuntur conueniunt. NAM cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucri facerem. ] Dicit libertatem quæ à gratia data est. Docet autem apertius quid vocauerit seruitutem. ET FACTVS sum Iudæus tanquam Iudæis, ut Iudæos lucrarer: iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) ut eos qui sub lege erant lucrifacerem. ] Iudæos, puto, eos appellat, qui nondum crediderant. Sub lege autem, eos qui Euangelium quiddem acceperant, sed legis custodiendæ vinculo adhuc erant alligati. Propter hos itaque & illos & purificationem ex lege Hierosolymis suscepit: & in Lycaonia Timotheum circumcidit: & alia innumerabilia his similia prudenti dispensationis consilio vsus fecit. IIS QVI sine lege erant, tanquam sine lege essem, cum sine lege Dei non essem, sed in lege essem Christi, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. ] Sine lege eos vocat, qui extra legem vitam agunt. Licet autem videre eius multiplicia atque ad eò omnis generis in dispensando consilia, non solum in scriptis suis, sed etiam in Actis Apostolorum. Aliter enim in Iudæorum synagogis differebat, & aliter in Ariopagorum doctrinam exhibebat, vnicuique affectioni conuenientia medicamenta adhibens. FACTVS sum infirmis infirmus: ut infirmos lucrifacerem. ] Ita etiam ad Romanos scribens dicebat, Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere. Oportet autem nos ea quæ dicta sunt rectè intelligere. Neque enim, ut dixerunt nonnulli diuinum Apostolum calumniantes, pro temporum varietate mutabatur: sed pro aliorum procuranda vtilitate nihil non faciebat. Hoc enim dicit illud, ut Iudæos lucrarer, & ut eos qui sub lege erant lucrifacerem, ut lucrifacerem eos qui sine lege erant, ut infirmos lucrifacerem. Deinde breuiter. OMNIBVS omnia factus sum, ut omnes facerem saluos. ] Sciebat enim non futuros omnes salutis participes,

γλορυμα, gloriationem.

ιδαν γαρ Ευαγγελισμα, si enim euangelizo.

Ευαγγελισμα, euangelizem.

hæc parenthesi non habetur in Græco.

Act. 21. Act. 16.

χωρόμιστρον

ως ασθενής, tanquā imbecillus.

Rom. 5.

**A** pes, & tamen vel vnus gratia nullum non labore suscipiebat. OMNIA autem facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar. ] Euangelii enim scopus & institutum est salus hominum. Hac itaq. de causa Dominus quoq. vna cum Publicanis vescebatur: & peccatricem mulierem ad pedes deflentem sustinebat, docens se venisse propter salutem hominum. Deinde dicit quod labor quidem eorum qui predicant Euangelium, est similis iis qui corpus exercent, corona autem non similis, sed absque vlla comparatione prestantior. NESCITIS quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt: sed vnum accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. ] Illic cum multi certant, vnus solus a Praecone renunciatur, hic autem eorum qui recte certant, vnusquisque renunciationem assequitur. OMNIS autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. ] Respicite ergo ad eorum labores, neque enim omnia consequuntur vt concupierint, sed illud alimentum accipiant quod eis offert Paedotriba, is scilicet qui exercitii artem docet. Postquam itaque laborem ostendit, monstrat etiam quanam sit coronarum differentia. ET ILLI quidem, vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. ] Seipsum quoque proponit pro exemplo. VGO igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans. ] Video bona quæ sperantur, non est enim obscura aut incerta corona, nec inane laborem suscipio aërem feriens, sed qui sub aspectum non cadunt aduersariis vulnus infero. Hoc autem posuit metaphora sumpta à pancratiastis seu pugilibus ac gladiatoribus. Solent enim illi, dum se exercent, manus in aëre mouere. Et quonam modo feris? SED castigo corpus meum, & in feruitutem redigo, ne cum aliis predicauerim, ipse reprobus efficiar. ] Sicut alimentum robustum athletam efficit, ita labor, studium, & continentia me quidem confirmat, & fortem ac validum reddit, aduersarium autem deicit. His autem vtor, pertimescens ne cum alios id quod oportet docuero, ipse à certaminum sine omnino excidam. Deinde eos magis volens perterrefacere, Israëlitarum meminit, docens quanam bona adepti fuerant, & in quasnam poenas inciderint, & illa horum typos & figuras appellat, dicens

**D** eos illis similia passuros, si infidelitatem similem habuerint.

Græce ἅπαντα,  
hoc autem.

ἀνακρίθηται.

ἀτάκτοις.

ἄφθαρτον, incorruptibilem.

CAPVT

X.

**N**OLO enim vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualement manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualement biberunt. ] Illa, inquit, erant nostrorum typos. Mare enim imitabatur piscinam seu lauacrum, nubes autem gratiam spiritus. Moses verò sacerdotem; virga autem crucem: Israël vero significabat eos qui baptizabantur. Persequentes verò Aegyptii implebant figuram Dæmonum. Ipse autem Pharaon erat imago Diaboli. Post transitum enim Israëlitarum ab Aegyptiorum potestate liberati sunt. Porrò autem tanquam in figura aliqua, manna quoque cœlitus acceperunt: imitata est etiam petra latus Domini. Fluenta enim præter spem eis scaturierunt. Et hoc docet apertius. BIBEBANT autem de spirituali eos consequente petra. Petra autem erat Christus. ] Vult autem dicere non fuisse hoc illis petram quæ consequebatur, sed diuinam gratiam, quæ effecit vt petra illa præter spem omnem aquarum fluenta emitteret. Si enim petra eos consecuta esset, vel aquæ ex petra quomodo aquis rursus eguissent? SED non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. ] Nam præter Chaleb, & Iesum Naue, omnes qui enumerati erant consumpti sunt. Cùm autem sic ostendisset omnes beneficia accepif-

Græce ἅπαντες,  
autem.  
Num. 9.  
Exod. 13.  
& 14. & 17.  
Num. 20.  
καὶ ἔβησαν.

οὐμοὶ ἡμῶν ἐγένθησαν  
 οὐμοὶ, figure nostri  
 fuerunt.

Exod. 32.  
 Num. 25.  
 & 21. & 14.  
 κίβητος dominū.

οὐμοὶ figuræ.

οὐμοὶ, admo-  
 nitionem.

ἡ ἀρχὴ cœpit.

ἡ ἀρχὴ cœpit.

ἡ ἀρχὴ cœpit  
 quod  
 benedicimus

ἡ ἀρχὴ cœpit  
 & de vno calice  
 non habetur in  
 Græco.

se, plurimis autem diuina dona nihil profuisse, propter infidelitatem au-  
 tem poenas luisse, subiunxit. Hec **AUTEM** in figura facta sunt nostri, vt  
 non simus concupiscentes malorū, sicut & illi concupierunt, neq. idolola-  
 træ efficiamini, sicut quidam ex ipsis, quemadmodum scriptum est. Sedit  
 populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, neque fornicemur, si-  
 cut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt in vno die viginti & tria  
 millia, neque tentemus Christum sicut quidam eorum tentauerunt, & a  
 serpentibus perierunt, neque murmuraueritis sicut quidam eorum mur-  
 murauerunt, & perierunt ab exterminatore. ] Vnumquodque eorum  
 quæ dicta sunt posuit, tanquam quod Corinthiorum peccatis conueniret,  
 & primum quidem malam cupiditatem, per quam plurima mala enascun-  
 tur. Deinde idolorum cultum, & ingluuiem, propter quam ille exortus est.  
 Ti enim dum gulæ seruirent, comedebant in templis idolorum, porro autem  
 meminit etiam fornicationis, & eorum qui propter illam interempti fue-  
 runt, dixit numerum, ei qui fornicatus fuerat, supplicii timorem incutiens.  
 Murmurabant etiam & qui minora dona assecuti fuerant, quoniam non  
 omnia habuerant. Tentabant autem & qui diuersis utebantur linguis ad  
 gloriam potius quàm vtilitatem eas in ecclesia proferentes. **HÆC** autem  
 omnia in figura contingebant illis. ] Pro eo quod est, tanquam figuræ. In  
 illis enim nostra conscribebantur. **SCRIPTA** sunt autem ad correptio-  
 nem nostram, in quos fines sæculorum deuenerunt. ] Neque enim propter  
 illorum vtilitatem effecit Deus vt hæc scriberentur. Quamnam enim cape-  
 rent vtilitatem mortui ex scriptis? Sed lucrum, quod ex iis erat prouentu-  
 rum, nobis procurabatur. Præclare autem sæculi quoque finem adiecit, eos  
 vrgens & incitans ad studium & actionem virtutis. **ITAQUE** qui se exi-  
 stimat stare, videat ne cadat. ] Tu, inquit, qui te cognitionem habere exi-  
 stimas. Quoniam autem ipsi quoque multa probra, conuitia, & contume-  
 lias ab iis qui non credebant sustinebant, & verisimile erat eos quoque hoc  
 nomine sibi valde placere, subiunxit. **TENTATIO** vos non apprehen-  
 dat, nisi humana. ] Pro eo quod est, parua, hac enim appellatione vti con-  
 suevit diuinus Apostolus, pro paruo. Quemadmodum quando dicit, Huma-  
 num dico propter infirmitatē carnis vestræ, pro eo quod est, vestræ naturæ  
 conueniens. **FIDELIS** autem **DEVS** est qui non patietur vos tentari su-  
 pra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt posi-  
 tis sustinere. ] Docuit autem sibi non esse fidendum, sed diuinum peten-  
 dum esse auxilium. Cum esset autem hæc omnia persecutus, rediit ad caput  
 propositum. **PROPTER** quod charissimi mei fugite ab idolorum cultu-  
 ra. ] Accusationem figillatim amplificat, & ostendit eorum quæ idolis im-  
 molantur participationem, si fiat citra vllum discrimen, ab idolorum cultu  
 nihil differre. **VT** prudentibus loquor. ] Vnà cum laude affert reprehen-  
 sionem, bonis verbis vt ea bene accipiatur procurans. **VOS** ipsi iudicate  
 quod dico. ] Vobis vt or iudicibus, noui enim prudentiam vestram. **CA-**  
**LIX** benedictionis, cui benedicimur, nonne communicatio sanguinis Chri-  
 sti est? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?  
 Quoniam vnus panis vnum corpus multi sumus. Omnes quidem de vno pa-  
 ne, & de vno calice participamus. ] Qui sacra mysteria percipimus, nonne  
 ipsi Domino communicamus, cuius & corpus & sanguinem esse dicimus,  
 quando quidem omnes vnus panis sumus participes. Deinde hoc etiam alia  
 ratione confirmat. **VIDETE** Israël secundum carnem. Nonne qui edunt  
 hostias, participes sunt altaris? ] Respicite autem etiam ad Israël, & di-  
 scite quod qui sunt hostiarum participes, ipsi altari communicant, quando-  
 quidem

**A** quidem ex vna hostia hæc quidem illic offerunt, illa verò ipsi comedunt. Secundum carnem autem Israël vocauit, eum qui in infidelitate permanfit, vt pote quòd qui crediderunt, spiritualis Israël appelletur. **Q**UID ergo, Dico quòd idolis immolatum, fit aliquid? aut quòd idolum fit aliquid? Sed quòd quæ gentes immolant, Dæmoniis immolant, & non Deo.] Sed nemo existimet me dicere quòd vim aliquam habeant immolata, & natura possint polluere eum qui eorum fit particeps: non enim hoc dico, sed quòd qui superstitioni seruiunt, Dæmonibus sacrificia offerunt. **N**OLO autem vos socios fieri Dæmoniorum.] Deinde maiorem metum incutit. **N**ON potestis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum.] Etenim enim illi libamina gustabant. **N**ON potestis mensa Domini participes esse, & mensa Dæmoniorum.] Quomodo fieri potest vt Domino communicemus per pretiosum eius corpus & sanguinem, & rursus Dæmonibus, per eius quòd idolo immolatum est nutrimentum? **A**N **A**EMVLAMVR Dominum nunquid fortiores illo sumus? Illud, **A**D æmulationem prouocamus, pro eo quòd est, irritamus, posuit. Diuinam autem etiam vocem illis in memoriam reuocauit, Ipsi prouocauerunt me in non Deo, ad indignationem me cõcitarunt in idolis suis. **O**MNIA MIHI licent? Legendum est per interrogationem. Deinde per responfionem. **S**ED non omnia expectant. **O**MNIA mihi licet. Et hoc similiter. **S**ED non omnia ædificant.]

**C** Licet tibi propter eam quam te dicis habere cognitionem, omnia facere, sed nec tibi conducit alios offendere, nec illos ædificat id quòd tu facis. At perfectus es. At qui conuenit etiam imbecilliorum curam gerere. Hoc enim subiunxit. **N**EMO quòd suum est quærat: sed quòd alterius.] Sed quia eorum quæ idolis immolata sunt omnino prohibet participationem, plenæ autem erant illo tempore vrbes huiusmodi carnibus: & verisimile erat eos quidem qui legem Apostolicam seruare contendebant, nullo modo emere, alios verò propter gulam legem contemnere, necessario etiam de eo statuit ea quæ par est. **O**MNE quòd in macello venit comedite, nihil interrogantes propter conscientiam, Domini est terra & plenitudo eius.] Omnes creature Dei sunt, ipse omnia ad hoc vt essent deduxit. Securè ergo emite, non interrogantes, an sit idolis immolatum, an nõ, hoc enim sibi vult illud, Interrogantes. **S**I **Q**UIS vocat vos infidelium ad cœnam, & vultis ire: omne quòd vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.] Non iussit eum qui vocatur recedere, sed neque prohibuit: eorum autem qui vocantur potestati quid agendum permittit. Neque enim infideles venari potuissent, si fuisset ablata cum eis congressio. **S**I **Q**UIS autem dixerit, Hoc immolatum est idolis nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam.] Domini enim est terra, & plenitudo eius, & hoc posuit & de comedendo, & de non comedendo, docens quòd oportet eos etiam scire qui sunt participes, & hoc ipsum etiam oportet persuasum habere eos qui non comedunt quòd omnia sunt Domini effecta & creatura. **C**ONSICIENTIAM dico nõ tuam, sed alterius.] Tu enim nosti quòd Domini est terra, & plenitudo eius, & idolorum imbecillitatem contemnis, ille autem errori mancipatus, hinc damnum accipit, existimans te eorum quæ idolis immolantur esse participem, hoc enim docent ea quæ consequuntur. **V**T **Q**UID enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Appellat libertatem, gratiam fidei, hoc enim docet in iis etiam quæ consequuntur. **S**I **E**GO cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quòd gratias ago? Non est, inquit, fas & sanctum, vt alius propter meam perfectionem damno afficiatur. **S**I **V**E ergo manducatis, siue bibi-

καὶ ἐπιθυμοῦμεν  
ἀδελφὸν ἡμῶν  
πrouocamus.

συμπίπει  
conferrunt.

Græcum habet  
ἐπιθυμοῦμεν, vnusquis-  
que, quòd nõ est  
in Lat. vers.

τῆς κερίας γὰρ  
Domini enim.

Ad cœnam non  
est in Græco.

τὴν βλασφημίαν  
ἐπιθυμοῦμεν ἡμῶν  
ἀδελφῶν. Cur maledi-  
ctis appetor pro  
eo pro quo ego  
gratias ago?

ris, vel quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite. ] Pulchrè omnia comprehendit, & sedere, & ambulare, & differere, & misèreri, & docere, vt vnus omnium sit scopus, Dei gloria. Ita etiam præcepit Dominus, luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui est in cœlis. Ita etiam hic, **SINE** offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ Dei. ] A vobis nulla oriatur causa scandali, nec iis qui non credunt, nec iis qui iam crediderunt. **SICVT** & ego per omnia omnibus placeo. ] Atqui hoc est proprium adulatorum, sed quod deinceps sequitur non est eorum. **NON** quærens quod mihi est vtile, sed quod multis, vt salui fiant. ] Adulatores autem non alienam utilitatem quærunt, sed propriam, imo nec propriam quidem, sibi enim ante alios exitium afferunt. Diuinus autem Apostolus suum commodum non quærebat, sed aliorum utilitatem procurabat, diuitias in quas non cadit interitus per illa amplificans.

CAPVT XI.

**IMITATORES** Mei estote, sicut & ego Christi. ] Hæc mea dispensationis consilia imitemini. Etenim ego Dominum imitatus sum qui alio modo loquebatur cum Iudæis, alio modo cum Apostolis, & alia quidem perfectis, alia verò imperfectis afferebat. Postquam de iis quæ idolis immolabantur perfecit accusationem, alia rursus peccata corrigit. Etenim consueuerant Corinthiorum mulieres, ne in orationis quidem tempore caput tegere, nonnullæ autem sibi propter eloquentiam placentes, etiam in ecclesiâ docere aggrediebantur. Hoc ergo hic corrigit. **LAUDO** autem vos fratres quòd per omnia mei memores estis & sicut tradidi vobis præcepta mea tenetis. ] Nec hæc laus vera est, eos enim potius reprehendit, quòd positos terminos non seruauerint. **VOLO** autem vos scire, quòd omnis viri caput Christus est; caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus. ] Volens viris mulieres subiicere, & docens non oportere eam audere docere quam Deus ab initio iussit esse in viri potestate, his verbis vsus est. Neque enim diuina decreta tradens, neque Theologia vtens, aut de diuinitate loquens, hunc ordinem composuit. Arriani autem & Eunomiani filium esse creaturam & effectum hinc etiam conantur ostendere. Caput enim, inquit, Christi Deus, ergo & mulier est viri creatura, & ab eo effecta est, quando quidem vir est caput vxoris. Mulier autem non est viri creatura, nec ab eo effecta est, sed est ex viri substantia, nec filius ergo est Dei creatura sed est ex Dei substantia. Hoc autem dicit diuinus Apostolus quòd cuiuslibet viri Christus caput est, scilicet credentium: vestrum autem caput est, non quatenus Deus, sed quatenus homo est. Corpus enim eius dicimur. Oportet autem caput esse eiusdem generis cum corpore. Quod ad humanitatem ergo attinet, nostrum est caput, ergo & in ea eius caput Deus est. Sin autem volunt hoc etiam dictum esse in diuinitate; sciant quòd quemadmodum nostrum, qui naturam humanam habemus, in ipsum autem credimus, quod ad humanitatem attinet, caput dicitur: quod enim ad eam spectat, est eiusdem nobiscum substantiæ, ita pater, qui eius caput appellatur, eandem cum eo substantiam indicat, & est, quod ad diuinitatem quidem attinet, eiusdem cum patre substantiæ: eiusdem autem nobiscum, quod ad humanitatem attinet, eius autem caput vt pater & causa nominatur. **OMNIS** vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. ] Nam hoc etiam fiebat apud illos citra vllum discrimen. Græco enim more & comas habebant, & operta capita habentes, Deum orabant. **OMNIS** autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. Vnum enim est ac si decaluetur. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi,

ἕκαστος Græcis.  
 πάντας, omni  
 νο, πάντα πᾶσι,  
 per omnia omni  
 bus.  
 ἰσὺ χριστῷ Iesu  
 Christi.  
 ἀποστόλων tradi-  
 τiones.  
 κενώσιν, dede-  
 core afficit.  
 ἐν γὰρ ἔτι καὶ τὸ εὐ-  
 ρύ τῆ ἐξουσίᾳ.  
 vnum enim est  
 & idem, ac si ra-  
 sa esset.  
 ἐξουσίᾳ, radi.  
 κατεκαλυψίθη,   
 veletur.

- A** tonderi, aut decaluari: velet caput suum. ] Ex coma fatis ostendit conuenire mulieri vt tegatur. **VIR** quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. ] Homo est Dei imago, neque quo ad corpus, neque quo ad animam, sed tantum quod attinet ad principatum & imperium, vt cui ergo omnium quæ sunt in terra imperium est creditum, Dei imago appellatur. mulier autem, vt quæ sit in potestate viri, est viri gloria, & veluti imago imaginis, nam ipsa etiam aliis imperat, sed viro subiecta esse & ei parere iussa est. Deinde alia etiam ratione. **NON** enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. ] Ergo etiam ratione creationis viri primas partes obtinet. **ET ENIM** non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. ] Hoc etiam sufficit ad ostendendum virum iure principatum tenere, non enim hic propter illius vsum, sed ipsa propter eius vsum producta est. **IDEO** debet mulier velamen habere supra caput suum, propter Angelos. ] Tegumentum potestatem vocauit, pro eo quod est, ostendat subiectionem, se ipsam contrahens, & maxime propter Angelos, qui præsent hominibus, vtpote quibus sit eorum cura credita. Ita etiam in Actibus. Non est ipse, sed est Angelus ipse, & Dominus. Videte ne contempseritis vnum ex pusillis iis qui in me credunt. Amē enim dico vobis, quod Angeli eorum semper vident faciem Patris qui est in cœlis. Sed quoniam per ea quæ dicta sunt viros nimium extulerat, necessario subiunxit. **VERVNTAMEN** neque vir sine muliere, neq. mulier sine viro in Domino. ] Per coniunctionem enim & consuetudinem genus actum est. **NAM** sicut mulier de viro: ita & vir per mulierem. ] Nec his fuit contentus, sed horum etiam causam ostendit. **OMNIA** autem ex Deo. ] Ipsi autem rursus vtitur iudicibus. **VOS** ipsi iudicate. Decet mulierem nō velatam orare Deum? nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi, mulier verò si comam nutriat, gloria est illi quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. ] Si ea ergo comam gloriam existimat, & ignominiam esse ducit si ea auferatur, consideret quod ignominia afficit eum qui dedit, si non cum ea qua par est verecundia & honore accedat. **SI QVIS** autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. ] Sufficit hoc quod dicit ad refellendos vel maximè contentiosos. Ostendit enim ea non ei soli ita videri, sed omnibus Dei ecclesiis. Cùm itaque huic delicto conuenientem medicinam adhibuisset, more optimorum medicorum, alii morbo medetur. Consueuerant enim in ecclesiis post mysticam diuini muneris celebrationem communiter comedere diuites & pauperes: & hinc ad egenos magnū redibat solatium, cum diuites quidem domo obsonia afferrent, qui autem pauperes erant, propter fidei participationem erant etiam conuiuii participes, sed procedente tempore hoc non ritè fiebat, sed diuites pauperes cōtemnebant. Hoc cum resciuisset diuinus Apostolus, de eo scribit quæ accommodata & vtilia futura sunt. **HOC** autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis. ] Iure vos reprehendo, cùm enim oporteret vos virtutem tempore augere, vos eam minuitis, & ei de trahitis, propter diuitias. **PRIMUM** quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio schismata esse inter vos, & ex parte credo. ] Schismata dicit, non de dogmatibus, sed quæ pro imperii & principatus cupiditate oriebantur, quæ etiam in principio epistolæ reprehendit. Sapienter autem admodum accusationis vehementiam moderatus est. Non enim dixit simpliciter & absolutè, Credo, sed, Et ex parte aliqua credo. **NAM** oportet & hærefes esse, vt & qui probati sint manifesti fiant in vobis. ] Hærefes appellat contentiones, non differentias

γὰρ, enim.

velamē, Theod.  
legit ἕξασίαν, hoc  
est, potestatem.Act. 13.  
Matth. 18.in Domino, Græ  
ce ἐν τῷ κυρίῳ, in  
mundo.Græce ἐν ἐκκλη-  
σίᾳ, ecclesiam, de-  
est autem, Dei.ἀφ' ἑλληνικῆ  
ἐπιγνώσεως, præcipiēs  
non laudo.μὲρος τι πιστεύω, par  
tē aliquā credo.ἁίρεσις ἐστὶν ἡ ἐν ὑμῖν  
hærefes esse in-  
ter vos.



Matth. 18.

καταβίβειν ἐν τῷ  
 φαγεῖν, preoccupat  
 in comedendo.

καταβίβειν ἐν τῷ  
 φαγεῖν, preoccupat  
 in comedendo.

καταβίβειν ἐν τῷ  
 φαγεῖν, preoccupat  
 in comedendo.

καταβίβειν ἐν τῷ  
 φαγεῖν, preoccupat  
 in comedendo.

καταβίβειν ἐν τῷ  
 φαγεῖν, preoccupat  
 in comedendo.

καταβίβειν ἐν τῷ  
 φαγεῖν, preoccupat  
 in comedendo.

καταβίβειν ἐν τῷ  
 φαγεῖν, preoccupat  
 in comedendo.

dogmatum. Illud autem, Oportet, non affert necessitatem. Tale est & <sup>A</sup>  
 quod à Domino dictum est, Scandala venire necesse est. Tanquam enim  
 perfectè quæ futura erant præuidens, quod præuidit prædixit, non autem  
 ipse ut fieret coëgit. Sed hoc, inquit Diuinus Apostolus, nihil affert detri-  
 menti. nam dum mali redarguuntur, optimorum virorum probatio effici-  
 tur. **CONVENIENTIBVS** ergo vobis in vnum, iam non est Dominicam  
 cœnam manducare. ] Dominicam cœnam vocat sacramentum Domini-  
 cum. Illius enim omnes sunt æquè participes, & qui in paupertate degunt,  
 & quibus diuitiæ spiritus faciunt, & domini & serui, & principes, & qui  
 eorum parent imperio. Oportebat ergo, inquit, & mensas communes esse  
 communes, & imitari Dominicam, quæ est omnibus ex æquo proposita, <sup>B</sup>  
 nunc autem non ita facitis. **VNVS QVISQVE** enim suam cœnam præsumit  
 ad manducandum, & alius quidem esurit: alius verò ebrius est. ] Oстен-  
 dit communes cœnas cum cœna Dominica pugnare ex diametro. Illius  
 enim omnes sunt ex æquo participes. Hic autem alius quidem esurit: alius  
 verò ebrius est. Et non dixit, Bibit, vel satiatur, sed, Ebrius est, duobus no-  
 minibus accusans, & quòd solus bibit, & quòd est ebrius. Deinde increpan-  
 do. **NVNQVID** domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut  
 Dei ecclesiam contemnitis, & confunditis eos qui non habent? ] Si acce-  
 ditis ut lautè & opiparè epulemini, hoc facite in domibus, hoc enim est in  
 ecclesiam contumelia & aperta insolentia. Quomodo enim non est absur- <sup>C</sup>  
 dum intus in templo Dei præsentè Domino, qui cõmunem nobis mensam  
 apposuit, vos quidem lautè vivere, eos autem qui sunt pauperes esurire, &  
 propter paupertatem erubescere. **QVID** dicam vobis? Laudo vos? In hoc  
 non laudo. ] Solita lenitate vsus est. Spiritualiter, non iudicialiter increpat.  
 Deinde sacra mysteria apertius eis in mentem reuocat. **EGO** enim accepi  
 à Domino, quod & tradidi vobis, quòd Dominus Iesus in qua nocte tra-  
 debatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit, Accipite & mandu-  
 cate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam  
 commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens. Hic  
 calix nouum testamentum est in meo sanguine. **HOC** facite, quotiescunq. <sup>D</sup>  
 bibetis, in meam commemorationem. ] Sacram illam & omni ex parte  
 sanctam noctem in memoriam reuocauit, in qua & typico Paschati finem  
 imposuit, & verum typi archetypum ostendit, & salutaris sacramenti por-  
 tas aperuit, & non solum vndecim Apostolis, sed etiam Iudæ proditori pre-  
 tiosum corpus & sanguinem impertiit. Docet autem quòd illius noctis bo-  
 nis semper frui possumus. **QVOTIESCUNQVE** enim manducabitis pa-  
 nem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annūtiabitis donec veniat. ]  
 Etenim post eius aduentum, non amplius erit opus symbolis seu signis cor-  
 poris, cum ipsum corpus apparebit. Et propterea dixit, Donec venerit. Hoc  
 ergo diuinus Apostolus pro exēplo posuit, docens quàm esset turpe & ab- <sup>E</sup>  
 surdum quod fiebat ab ipsis. Cum autem incepisset loqui de sacramentis, de  
 eo illa quæ par est admonet. **ITAQVE** quicumque manducauerit panem,  
 & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domi-  
 ni. ] Hic eos quidem pungit qui laborabant ambitione, pungit autem eum  
 quoque qui fuerat fornicatus, & cum eis illos qui eorum quæ idolis immo-  
 lata erant, fuerant absque vllò discrimine participes, præterea autem & nos,  
 qui cum mala conscientia audemus diuina sacramenta percipere. Illud au-  
 tem, Erit reus corporis & sanguinis, hoc significat, quòd quemadmodum  
 tradidit ipsum Iudas, ipsi autem insultarunt, & eum probris & conuitiis af-  
 fecerunt Iudæi, ita eum ignominia & dedecore afficiunt, qui sanctissimum  
 eius

**A**ius corpus immūdis manibus accipiunt, & in pollutum & incestum os im-  
mittunt. Postquam eos ita terruit, ea quæ par est admonet. **PROBET** au-  
tem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. ] Sic tui ipsius  
iudex, vitam tuam exactè iudica, conscientiam scrutare & examina, & tunc  
donum suscipe. **QVI** enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi man-  
ducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. ] Non solum enim illinc  
salutem non assequeris, si iniquè acceperis, sed tuæ etiam in cum petulantia  
& iniuriæ pœnas dabis. Porro autem futura quoque confirmat ex iis quæ fa-  
cta sunt. **IDEO** inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt mul-  
ti. ] Hæc autem posuit, vt quæ facta fuerant. Neque enim in animum in-  
duxisset ea scribere quæ facta non erant, cum sciret id esse falsum aperte co-  
gnosci. **QVOD** si nos ipsos diiudicemus, non utique iudicemur. Dum  
iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damne-  
mur. ] Si vellemus vitæ nostræ rationes inire, & iustam in nos ferremus  
sententiam, non ferret in nos Deus qua nos puniret sententiam, & tamen  
quamuis vel maxima delicta admittamus, Dominus nos moderatè castigat,  
ne impiorum exitio tradamur. Quòd autem quæ dixit de sacramentis pro  
exemplo posuit, docens eos facere communes mensas in ecclesiis, ad sacram  
illam mensam respicientes, docent ea quæ sequuntur. **ITA QVE** fratres  
mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit,  
domi manducet, vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cum vengo-  
ro, disponam. ] Neque enim de omnibus poterat. Sed cum scripsisset de  
magis necessariis, reliqua præsentia reseruauit. Nos autem ex hoc vtilitate  
accepta, fugiamus quæcunque fidei incommodant: pauperum autem cu-  
ram geramus: & conscientiam præpurgantes, ita simus diuinorum sacra-  
mentorum participes, vt eum in nobis habitantem recipiamus, Cum quo  
Patri vnà cum sanctissimo spiritu gloria & magnificentia, nunc, & in sæcu-  
la sæculorum. Amen.

*διὰ τὴν ἀπει-  
θεῖαν.*

*εἰ γὰρ ἡμεῖς ἀπο-  
δοκίμασομεν, οὐκ ἔστι  
ἡμῶν κρίσις. ὅταν  
ἡμεῖς ἀποδοκίμα-  
σομεθα, ἀπὸ τοῦ  
κυρίου ἐκτιθέμεθα,  
ὥστε οὐ μετὰ τοῦ  
κόσμου ἐκτιθέμεθα.*

*εἰ δὲ τις ἔσθῃ,  
κατὰ οἶκον  
ἐσθίτω, ὥστε  
οὐκ ἐν κρίσει  
ἴσθῃ.*

## TOMVS TERTIVS.

## CAPVT

## XII.



**D**E SPIRITVALIBVS autem, nolo vos ignorare fratres. ]  
Olim iis qui diuinā prædicationē susceperant, & saluari ba-  
ptismate digni erant habiti, aperte & euidenter dabatur spiri-  
talis gratiæ operatio. Et alii quidem variis linguis loqueban-  
tur, quas neq. secundum naturā norāt, nec ab aliis didicerāt,  
alii verò faciebant miracula, & morbis medebātur, alii verò  
propheticū donū percipiebant, & futura prædicebāt: Et nõ-  
nunquam ea etiam quæ occulto fiebāt manifestabant, inhabitātis gratiæ ope-  
rationem reuelantes. Neq. n. fieri poterat vt qui Dæmonum fraudi diutissi-  
mo tempore seruierant, & communi morbo laborauerant, indoctis homi-  
nibus, & inopibus, tam facile crederent, & ab eis veritatem discerent, nisi  
diuina gratia euidenter appareret, & fidei veluti pignora miracula præbe-  
ret. Ea cum aliis qui in vniuerso terrarū orbe crediderant, acceperant etiam  
Corinthii: sed iis quæ data erant non vsi erāt vt oportuit. Ad gloriam enim  
& ostentationem potius quàm ad vsum ostendebant operationem gratiæ.  
Eos autem ad superbiam vel maximè inflabat donum linguarum, & neque  
eius qui audiebat, neque eius qui interpretabatur, sed diuersis linguis ute-  
bantur, & neque hoc ritè & ordine faciebant, sed duo simul & tres, & qua-

ἡ πόλις τῶν ἑσθλῶν  
 ἀγαθῶν ὡς ἀνθρώπων  
 ἀποστόλων, quæ  
 admodum ad si-  
 mulachra muta  
 abducti duceba-  
 mini.

ἡ πόλις τῶν ἑσθλῶν  
 ἀγαθῶν ὡς ἀνθρώπων  
 ἀποστόλων, quæ  
 admodum ad si-  
 mulachra muta  
 abducti duceba-  
 mini.

ἡ πόλις τῶν ἑσθλῶν  
 ἀγαθῶν ὡς ἀνθρώπων  
 ἀποστόλων, quæ  
 admodum ad si-  
 mulachra muta  
 abducti duceba-  
 mini.

Rom. II.  
 2. Tim. 4.

2. ad Tim. I.

ἡ πόλις τῶν ἑσθλῶν  
 ἀγαθῶν ὡς ἀνθρώπων  
 ἀποστόλων, quæ  
 admodum ad si-  
 mulachra muta  
 abducti duceba-  
 mini.

tuor. Diuinis autem Apostolis gratia spiritus linguarum cognitionem de-  
 derat, quoniam cum essent omnium gentium Doctores declarati, oportet-  
 bat eos scire omnium voces, vt unicuique per propriam vocem Euangeli-  
 cam prædicationem afferrēt. Ergo de his etiam beatissimus scripsit Paulus,  
 eos docens rectum ordinem quo vti conuenit. SCITIS autem, quod cum  
 gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. ] Obscurè di-  
 ctum est propter multam breuitatem. Vult autem & Græcarum fabularum  
 differentiam conuincere, & pietatis veritatem ostendere. Dæmones enim  
 cum Dei appellationem arripuissent, & eam sibi imposuissent, plurimum  
 erroris inter homines effecerunt. Etenim cum ii à recta via declinassent, &  
 eum qui verè Deus est reliquissent, multis cultum diuinum exhibuerunt. B  
 Neque enim vnumquenque omnia posse existimabant. Sed hunc quidem sa-  
 pientia, illum verò militaris artis seu experientia, alium autè nauticæ scien-  
 tia suppeditatorem existimabant. Hoc ergo diuinus Apostolus per ea quæ  
 dicta sunt significauit. Priusquam scilicet pietatis lucem susciperetis, fal-  
 sitati adhuc seruientes, instar brutorum animalium huc & illuc circumage-  
 bamini, in sensillum simulacrorum deceptioni mancipati. IDEO notum fa-  
 cio vobis quod nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Iesum. Et ne-  
 mo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. ] Apud nos autè  
 maxima est concordia & consensus. non enim alia quidem docet filius vni-  
 genitus, alia verò sanctus spiritus, sed quemadmodum in diuinis Euangeliis C  
 sanctissimi Spiritus dignitatem docuit Christus Dominus: ita eius domina-  
 tum diuinus prædicauit spiritus, nec fieri potest vt qui à diuino spiritu agi-  
 tur, Christum à diuina natura alienū pronunciet: nec rursus vt ipsum Deū  
 purè & sincerè confitentur, nisi ab illa gratia illuminetur. DIVISIONES  
 verò gratiarum sunt: idem autem spiritus, & diuisiones ministratōnū sunt:  
 & idem Dominus, & diuisiones operationum sunt: idem autem Deus qui  
 operatur omnia in omnibus. ] Apertè per hæc eorum quæ dicta sunt sco-  
 pum nobis reuelauit. Ostendit enim multa & varia esse quæ donantur do-  
 na, sed vnum eorum esse fontem. Eadem enim dicit suppeditari & à sanctis-  
 simo Spiritu, & à Domino, & à Deo & patre. Eadem enim & dona seu gra-  
 tias, & ministratōnes, & operationes appellauit. Dona autem seu gratia D  
 vocantur, quod à diuina dentur magnificentia. Ministratōnes autem, quia  
 per homines ad hoc ministerium ordinatos dabantur. Ita etiam dixit in epi-  
 stola ad Romanos. Quatenus ego quidem sum gentium Apostolus, ministe-  
 rium meum glorifico. Et scribens ad Timotheum, aliquando quidem, Im-  
 ple ministerium tuum, aliquando verò, Admonco te vt resuscites gratiam  
 Dei. Operationes autè rursus dona vocauit, vtpote quæ diuina natura ope-  
 retur. Neque enim, vt quidam stulti existimabant Hæretici, hæc quidem di-  
 xit spiritum operari, illa verò Deum vniuersorum: sed eorundem dono-  
 rum esse suppeditatricem trinitatem ostendit. Et hoc docet manifestius B  
 in iis quæ consequuntur. Cùm hic enim Deum dixisset operari, dicit  
 paulopost. Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens  
 singulis prout vult. Hæc quidem posuit in præsentia diuinus Apostolus ad-  
 uersus Græcas opiniones, illorum ostendens dissensionem, præterea autem  
 etiam eos qui quæ minora videbantur esse dona acceperant, consolans, &  
 docens quod hæc & illa ab eodem patre data sunt. Hoc enim etiam innuit  
 ea quæ consequuntur. VNICUIQUE autem datur manifestatio spiritus ad  
 vtilitatem. ] Non dixit, gratia, sed manifestatio. Gratia enim datur etiam  
 nunc iis qui sanctissimo baptismo digni habentur, sed non euidenter, tunc  
 autem protinus & variis linguis loquebantur, & miracula faciebāt, per hæc  
 confir

**A** confirmantes, & doctrinae veritatem docentes. Necessario autem dixit spiritus manifestationem dari ad utilitatem, eos ipsos animi cruciatis consolans, & docens quod qui aperte scit omnia, & nouit quid unicuique conferat, omnia sapienter dirigit. **ALII** quidem per spiritum datur sermo sapientiae: alii autem sermo scientiae, secundum eundem spiritum. ] Sermo enim sapientiae vocat, non eloquentiam, sed veram doctrinam, cuius ipse etiam Apostolus gratiam acceperat, & diuinus Ioannes Euangelista, & diuinitissimus Petrus Apostolorum summus, & Martyrum primus beatus Stephanus. Neque enim potuissent homines piscatores, & manu sibi victum parantes, & literarum planè ignari, & conciones habere, & scribere, & quae dicebant, & scriptis mandabant vi maxima implere, nisi à diuino spiritu veram sapientiam accepissent. **ALII** autem ex iis qui crediderant, habebant quidem diuinorum decretorum & dogmatum cognitionem, sed non similiter ac ii concionari poterant, & tamen hoc quoque erat donum gratiae spiritus. **ALTERI** fides in eodem spiritu. ] Fidem hic non hanc dicit communem, sed illam de qua paulo post dicit. Et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam. Propter eam enim quae tunc erat infidelitatem, multa eiusmodi miracula faciebant ad admirationem, illos per ea deducentes ad veritatem. **ALII** gratia sanitatum in eodem spiritu. ] Dicit infirmorum curationem, & redditum claudis ingressum, & iis qui visu priuati erant, reditam lucis vsuram. Haec enim fiebant illo tempore, ut testis est Actuum historia. De diuino enim Petro dicit, quod multos agrotantes in plateis in lectis ponebant, ut Petro accedente vel umbra eius aliquem adumbraret. De diuinitissimo autem Paulo, quod color vestimentorum eius morbos exigebat. **ALII** autem operatio virtutum. ] Hoc donum saepe etiam supplicium intulit, quemadmodum, Elymae lucis priuationem, & Ananiae & Saphirae mortem praematuram. **ALII** autem prophetia. ] Huius etiam doni multi erant participes, non solum viri, sed etiam mulieres, ut aperte docet Actuum historia. **ALII** discretio spirituum. ] Quoniam enim illo etiam tempore erant vates, qui homines decipiebant, data erat aliquibus haec à diuino spiritu gratia, ut eos discernere qui ab aduersario spiritu agebantur. **ALII** autem genera linguarum. ] De hoc autem dono quae oportuit prius diximus ipsum autem posuit vltimum. donum autem doctrinae primum, quando quidem propter illud & hoc & alia data sunt, ut crederetur praedicatio. **ALII** interpretatio sermonum. ] Erat autem hoc quoque spirituale donum. Homo enim qui linguam Graecam saepe solum nouerat, alio lingua Scythica & Thracica differente, afferebat auditoribus interpretationem. Vbiq; autem adiecit, secundum eundem spiritum, & in eodem spiritu, docens esse quidem varios riuos, sed vnum fontem, & ne hoc quidem existimauit sufficere, sed subiunxit, **HAEC** autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. ] Per haec autem omnia eos qui minora dona acceperunt consolatur, docens ea quoque esse dona diuini spiritus. Dat autem diuinus spiritus ut vult, vult autem ea quae sunt vtilia, hoc enim prius dixit. Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Propterea non dixit, spiritus, sed, vnus & idem spiritus, docens quod non haec quidem alius, illa verò alius, sed vnus & eiusdem spiritus sunt haec & illa dona: Deinde vtitur similitudine, ostendens ex iis quae videntur, ea quae non videntur. **SICVT** enim corpus vnū est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt, ita & Christus. ] Christum hic commune ecclesiae corpus appellauit, quoniam huius corporis caput est Christus Dominus. Praecipit ergo ne corpus tristi-

γνώσις, cognitionis.

ἰσχυροῦς.

ἕτερον ἄλλοι ἄλλοι.

ἄλλοι ἄλλοι, alii vero.

Act. 13. & 5.

ἄλλοι ἄλλοι, alii vero discretionis.

sermonum, Graece γλωσσῶν, linguarum.

ἑκάστα, seorsum.

tia afficiatur, & sciat quod ex diuersis quidem membris est compositum: **A**  
 vnum autem corpus & est & dicitur, & hinc intelligat quod etiam ecclesia  
 vocatur quidem corpus Domini Christi, habet autem multa membra & dif-  
 ferentia, & hæc quidem maiora, illa verò minora, & hæc quidem præstan-  
 tiora, illa verò inferiora, sed omnia tamen necessaria & vtilia. Docet autem  
 etiam quo modo omnes qui credimus corpus vnum appellemur. **ET ENIM**  
 in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue  
 gentiles, siue serui, siue liberi: & omnes in vno spiritu potati sumus. ]  
 Omnes ab vno spiritu renouati sumus, idem donum omnes in baptismo  
 accepimus, remissionem peccatorum similiter accepimus, diuinorum sacra-  
 mentorum sumus ex æquo participes. Vnum ergo corpus sumus, et si diuer-  
 sa membra habemus. Hoc enim dixit, In vnum corpus baptizati sumus, pro  
 eo quod est, ideo vt vnum corpus essemus. **NAM** & corpus non est vnum  
 membrum, sed multa. ] Neque enim corpus est simplex, sed ex multis par-  
 tibus compositum. **SI DIXERIT** pes quoniam non sum manus, non sum  
 de corpore, non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, Non sum de  
 corpore, non ideo non est de corpore? ] Eos rursus qui minora dona ac-  
 ceperunt, per hæc docet non ægre ferre, sed contētos esse iis quæ data sunt.  
 Et si enim non manus sed pedis operationem exerceas, neque oculi sed auris  
 officio fungaris, oportet te scire quod hæc etiam sunt corpori necessaria.  
**SI TOTUM** corpus oculus; vbi auditus? Si totum auditus: vbi odora-  
 tus? ] Si enim totum corpus habiturum esset vnum membrum præstantif-  
 simum; esset penitus inutile, vt quod esset priuatum reliquis membris.  
**NUNC** autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore si-  
 cut voluit. ] Hæc quoque sufficerent ad persuadendum ei qui ægrè fert,  
 vt contentus esset iis quæ data sunt. Si enim Deus corporis partibus officia  
 & actiones tribuit; qui non stat iis quæ definita sunt, apertè repugnat ei qui  
 definiit. Et per hæc quidem. Patris & spiritus honoris æqualitatem osten-  
 dit. Etenim de spiritu dixit, quod hæc omnia operatur sicut vult, & de Deo,  
 quod posuit membra vt voluit. **QUOD** si essent omnia vnum membrum,  
 vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra: vnum autem corpus. ] **D**  
 Esset enim corpus inutile, si membrorum non haberet differentiam. Ab  
 hoc deinceps loco docet eos qui maiora dona acceperunt, ne alios despici-  
 ant, sed tanquam membra necessaria honorent. **NON** potest autem dicere  
 oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis  
 mihi necessarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmio-  
 ra esse, necessaria sunt, & quæ putamus ignobiliora esse membra corpo-  
 ris, his abundantiorum honorem circundamus. ] Ex partibus imbecillio-  
 ra & magis necessaria sunt iecur & cerebrum. Ossa enim sunt iis firmiora,  
 & validiora, maiorem tamen securitatem ab effectuore consecuta sunt. Ex  
 partibus rursus coporis, ignobiliores videntur esse pedes. Sed tamen eorum  
 quoque multam curam gerimus, calceis eos tegentes. **ET QUAE** inhone-  
 sta sunt nostra, abundantiorum honestatem habent. Honestæ autem nostra,  
 nullius indigent. ] Facies enim non eget tegumento, genitales autem par-  
 tes & nos veste tegimus, & natura eis pilos tanquam aliquod indumentum  
 addidit. Hoc enim subiunxit. **SED** Deus temperauit corpus, ei cui deerat  
 abundantiorum honorem tribuendo. ] Ita clunibus contexit partem qua  
 egeritur. Inhonestæ autem & indecora vocauit ab ea quæ est de iis opi-  
 nione. **VT NON** sit schisma in corpore, sed in idiplum pro inuicem  
 sollicita sint membra. Et si quid patitur vnum membrum, compatiun-  
 tur omnia membra, siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia  
 membra.

ἐν τῷ

ἐν, quod

ἢ ἄλλῃ aut rur-  
 sus.  
 χερσὶν ἡμῶν ἢ  
 ἰσχυρῶ, non ego ve-  
 stra opera.

ἐπιπέτετα

ἀκαθάρτα, inde-  
 cora.

κατ' οὐκ

διεξέλιται, glo-  
 rificatur.

**A** membra.] Hæc summa societas inuenitur locum habere in partibus corporis. Si pes enim offendatur, totum corpus molestia afficitur, etsi unguis plus quam opus sit secetur, per totum corpus peruatit sensus doloris, & si lingua maledicat, vel mentiatur, flent oculi, & rursus si oratorie loquatur, rident, gaudium significantes. Cum ita similitudinem pluribus ostendisset, ad propositum reuertitur. **VOS AVTEM** estis corpus Christi, & membra de membro.] Non enim vos soli, sed omnes qui in vniuerso orbe terrarum crediderunt. Propterea enim adiecit illud, **Ex parte.** Deinde docet ordines ecclesiæ. **ET QVOSDAM** quidem posuit Deus in ecclesia, primum Apostolos.] Non dicit solos duodecim, sed etiam septuaginta, & eos qui postea eandem gratiam assecuti sunt. Nam & ipse postea vocatus eundem ordinem consecutus est, & beatus Barnabas, & alii præterea innumerabiles. Iam verò Epaphroditum quoque vocat Apostolum Philippenfium. Vestrum, inquit, Apostolum, & adiutorem necessitatis meæ. **SECUNDO** Prophetas.] Non eos dicit qui erant ante gratiam, sed qui in gratia, ex quibus erat Agabus, & qui Antiochiæ prophetarunt, & ipse diuinus Apostolus. **TER TIO** doctores.] Nam ii quoque à diuina gratia inspirati, & de diuinis dogmatibus doctrinam afferebant, & moralem adhortationem adducebant.] **DEINDE VIRTUTES**, exinde gratias curationum.] **Ex his** doctrinam addidit, non frustra, sed docens illa esse propter ipsam, non autem ipsam propter illa. Doctrina enim salutem procurauit. Sed quoniam absque signis illam non recipiebant, necessario miracula, veluti quædam pignora, dabantur eis qui accedebant. **OPITVLATIONES**, gubernationes.] Ecclesiarum administrationes per hæc significauit. **GENERA** linguarum.] Vltimum hoc donum posuit, non temere, sed quia de eo sibi valde placebant, & eo ad ostentationem, non ad necessitatem utebantur. Ea enim de causa posuit etiam ordinem donorum, & dixit quodnam sit primum, quod secundum, & quod tertium: vt eorum quæ sunt magis necessaria curam gerant. **NVNQV ID** omnes Apostoli? Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes Doctores? Nunquid omnes virtutes? Nunquid omnes gratiam habent curationum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur?] Per hæc rursus consolatus est eos qui sibi videbantur minora dona accepisse, & apertè docuit fieri non posse vt omnes eadem habeant, & quod sui inuicem indigent, sicut membra alterum alterius auxilio indiget. **ABMVLAMINI AVTEM** charismata meliora.] Le gerunt hoc quidam per interrogationem, pro eo quod est. Charismata seu dona meliora omnino desideratis? Si re vera desideratis, ego vos ad ea lubenter deducam, hoc enim subiunxit. **ET ADHVC EXCELLENTIOREM** viam vobis demonstro.] Hoc est, donorum longè maiorum viam ostendo, & eos docet quod his omnibus est melior ac præstantior dilectio in proximum.

## CAPVT XIII.

**S**I LINGVIS hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens.] Donum linguarum primum omnium posuit cum alio conferens quoniam hoc apud eos videbatur esse aliis maius ac præstantius, maius autem ipsum existimabant, quoniam ante alia omnia Apostolis datum est in festo Pentecostes, quando venit sanctissimus Spiritus. Dicit ergo, Etiam si omnium hominum vocem loquar, & præterea voces potestatum quæ sub

aspectum non cadunt, in proximum autem charitatem non habeam, ab <sup>A</sup>  
inanitis instrumentis nihil differo. Angelorum autem linguas dicit,  
non quæ sensu sed quæ intelligentia percipiuntur, per quas & vniuerso-  
rum Deum laudant, & inter se differunt. Eos enim laudantes audierunt  
Esaias & Ezechiel. Quinetiam Daniel eos inter se loquentes audiit, & Za-  
charias, & Micheas. Diuinus autem Apostolus hoc posuit hyperbolice, cha-  
ritatis lacrum volens ostendere: **ET SI** habuero prophetiam, & nouerim  
mysteria omnia, & omnem scientiam, etsi habuero omnem fidem, ita vt  
montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. ] Rursus ea  
quæ sunt re vera dona maxima, prophetiam & fidem, cum charitate compa-  
rans, ostendit charitatem esse superiorem. Hæc autem rursus posuit, non <sup>B</sup>  
simpliciter, sed cum amplificatione. De prophetia enim dixit, si nouero my-  
steria omnia, & omnem scientiam. De fide autem. Vt montes transferam,  
& ea ratione ostendit esse præstantissimam charitatis possessionem. **ET SI**  
distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, etsi tradidero cor-  
pus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi pro-  
dest. ] Hic cum maximis virtutum formis, pecuniarum scilicet contemptu,  
& cum voluntaria, & quæ sponte suscipitur paupertate, & cum certamini-  
bus quæ pro pietate subeuntur, conferens, illam ostendit hæc etiam vincere.  
Porro autem hæc rursus posuit cum amplificatione. Etenim de facultatibus  
dixit. Si distribuero in cibos pauperum facultates meas, hoc est. Si ipse meis <sup>C</sup>  
manibus res meas distribuam, & pauperum curam geram. Et in martyrio  
non posuit simpliciter mortem, sed corporis exustionem, hic enim dolor vi-  
detur esse aliis suppliciis grauior & vehementior. Quæ fuerit autem fortas-  
se quispiam, quomodo fieri possit, vt qui hæc fecerit, caritatem non habeat:  
sciendum ergo quòd iustus iudex non solum iustum factum videt, sed etiam  
facti scopum & institutum. sunt enim multi homines, qui propter humanam  
gloriam multa faciunt, & est satis probabile cum qui possessionibus renun-  
tiant hoc agere vt gloriam venetur ab hominibus, & rursus propter legem di-  
uinam, & regni cælorum desiderium, & non vt curam gerat pauperum. Scien-  
dum est autem quòd diuinus Apostolus multis hyperbolicè positis confir- <sup>D</sup>  
mat prædictam doctrinam. Ita etiam ad Galatas scribens, dicit. Etsi ego aut  
Angelus de cælo Euangelizet vobis præter id quod accepistis anathema sit.  
Atque sciebat quidem fieri non posse vt Angelus quispiam doceret quæ es-  
sent contraria diuinæ prædicationi, hoc tamen posuit docens nulli alii aliam  
doctrinam afferenti esse credendum, etiamsi sit fide valde dignus. **CHARI-**  
**TAS** patiens est. ] Quæ propinquo desunt, magno & generoso fert animo. **BENIGNA**  
est. ] Mansuetudine & probitate vititur. **CHARITAS**  
non æmulatur. ] Inuidiæ vitium non admittit. **NON** agit perperam. ]  
Non curiosè scrutatur ea quæ non attinet, hoc enim est, perperam agere.  
Non attingit mensuram diuinæ substantiæ, nec ea, in quibus eius dispensa- <sup>E</sup>  
tio versatur, examinat, quod nonnulli facere consueuere. Qui habet chari-  
tatem, nihil temere facere in animum inducit. Charitas enim, pro eo quod  
est, Qui habet charitatem. **NON** inflatur. ] Aduersus fratres non erigi-  
tur. **NON** est ambitiosa. ] Nihil vile & abiectum pro vtilitate fratrum fa-  
cere recusat, eiusmodi actionem turpem aut indecoram esse ducens. **NON**  
quærit quæ sua sunt. ] Hoc sæpe dixit diuinus Apostolus, non quæro meam  
vtilitatem, sed multorum, vt seruentur. **NON** irritatur. Si aliqua molestia  
ab aliquo affectus fuerit, fert toleranter propter eam quam habet ad diligen-  
dum propensionem. **NON** cogitat malum. ] Ignoscit iis qui errarunt,  
existimans ea non esse facta malo animi proposito. **NON** gaudet super ini-  
quitate

ὅτι ἴδω ἕως πάντων  
τῶν γινώσκω, ὅτι ἴδω  
τὰ μυστήρια πάν-  
των, ἐὰν ἔχω πίστιν  
ὅλην, καὶ ἴδω  
ὅλην τὴν ἐπιστήμην,  
καὶ ἴδω ὅλην τὴν  
πίστιν, καὶ ἴδω  
ὅλην τὴν ἐπιστήμην,  
καὶ ἴδω ὅλην τὴν  
πίστιν, καὶ ἴδω ὅλην  
τὴν ἐπιστήμην.

ὅτι ἴδω ἕως πάντων  
τῶν γινώσκω, ὅτι ἴδω  
τὰ μυστήρια πάν-  
των, ἐὰν ἔχω πίστιν  
ὅλην, καὶ ἴδω  
ὅλην τὴν ἐπιστήμην,  
καὶ ἴδω ὅλην τὴν  
πίστιν, καὶ ἴδω ὅλην  
τὴν ἐπιστήμην.

ὅτι ἴδω ἕως πάντων  
τῶν γινώσκω, ὅτι ἴδω  
τὰ μυστήρια πάν-  
των, ἐὰν ἔχω πίστιν  
ὅλην, καὶ ἴδω  
ὅλην τὴν ἐπιστήμην,  
καὶ ἴδω ὅλην τὴν  
πίστιν, καὶ ἴδω ὅλην  
τὴν ἐπιστήμην.

Gal. 2.

μεκροθύμῳ  
ταπεινώματι.

ὅτι ἀνακρίνῃ ἐν οἷς  
ἀιτανουμῆ.

ἐκ ἀφροσύνης, non  
indecorum & tur-  
pe ducit, ita. n.  
interpretatur  
Theod.

λογίζεσθε, reputat

**A** quitate, congaudet autem veritati. ] Quæ iniusta sunt habet odio: iis autem quæ bona & honesta sunt delectatur. **OMNIA** suffert. ] Quæ molesta sunt propter dilectionem sustinet. **OMNIA** credit. ] A mendacio alienum credit quem diligit. **OMNIA** sperat. ] Etsi omnia viderit inclinare ad id quod est deterius, expectat eius mutationem in melius. **OMNIA** sustinet. ] Nihil eorum quæ in ipsum fiunt, potest eum à dilectione deicere. Hæc cum diuinus Apostolus esset sigillatim persecutus, & vidisset ad laudandam charitatem linguam non sufficere, subiungit breuiter, **CHARITAS** nunquam excidit. ] Hoc est, non mouetur aut labitur, sed semper manet, vt quæ semper firma, stabilis, & immobilis permaneat. Hoc enim docuit per ea quæ sequuntur. **SIVE** prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. ] Futura enim vita eorum minime indiget. Rebus enim præsentibus superuacanea & prophetia, inutiles autem linguæ sublata earum differentia, cessat autem quæ minor est cognitio, maiore suppeditata. Hoc enim subiunxit. **EX** parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectum est, quod ex parte est euacuabitur. ] Iis enim qui sunt perfecti superuacanea est adolescentum cognitio. Hæc enim similitudine vsus est etiam diuinus Apostolus. **CVM** essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuauit ea quæ erant paruuli. ] **Q**ui enim post perfectam ætatem ingenii subtilitate & prudentia exornantur, puerili cognitione non indigent. Assimulauit ergo cognitionem quæ nobis in præsentī vita data est, puerorum cognitioni, eam autem quæ expectatur, virorum perfectorum rursus per hæc docens, ne se de cognitione iactarent, corpus ecclesiæ scindentes. **VIDEMVS** nunc per speculum in ænigmate: tunc facie ad faciem. ] Præsentia, inquit, vmbra sunt futurorum. In sanctissimo enim baptismo videmus figuram resurrectionis, tunc autem ipsam videbimus resurrectionem. Hic videmus symbola dominici corporis, illic autem ipsum Dominum vocabimus. Id enim significat, facie ad faciem. Videbimus autem eius non quæ sub aspectum non cadit naturam, quæ à nullo cerni potest, sed eam quæ de nobis sumpta est. **NUNC** cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. ] Non hoc dicit, sicut cognitus sum cognoscam ipsum, sed, perfectius ipsum videbo, vt qui ei familiaris effectus sim. Illud enim, Cognitus sum, posuit, pro eo quod est, familiaris factus sum. Ita etiam dixit Mosi. Noui te præter omnes, & Apostolus. Nouit Dominus qui sunt sui, hoc est, eos ampliori prouidentia dignatur. **NUNC** autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. ] Ostendit cessare dona, solam autem manere charitatem. Ostendit præterea eam præclara illa quæ in mente versantur antecellere. Superuacanea est enim fides in futura vita cum res euidenter apparent. Si enim fides est eorum quæ sperantur substantia; rebus iam apparentibus fide non amplius opus est. Ita etiam spes est illic superflua. Spes enim quæ videtur nõ est spes. Quod enim videt quis quid sperat. Charitas autem illic maiores habet vires, cum cessauerint perturbationes, & corpora quidem ab interitu aliena facta fuerint, & animi non hoc quidem nunc, nunc verò illud voluerint.

CAP. XIII.

**S**ECTAMINI charitatē, æmulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis. ] Quoniam ergo res est adeo magna charitas, eius possessionem magni facite, neque dona spiritualia contemnentis præ cæteris autem prophetiam amplectimini. rursus enim supercilium propter donum linguarum se efferens deprimat. **QVI** enim loquitur lingua, non hominibus lo-

destruetur, κατεργασθήσεται, otiosa reddetur.

τότε, tunc, δεεστ-κατεργασθήσεται, otiosum & inutile reddetur.

Exo. 33. 2. Tim. 2.

τῶν γλωσσικῶν καὶ τῶν δαμάτων ἐσπίχουσι.

ἐμίσητε ὃ, ἀμυλάμινι αὐτῶν.



quitur, sed Deo, nemo enim audit, spiritu autem loquitur mysteria. ]<sup>A</sup>  
 Vtrumque simul facit, & illorum gloriæ cupiditatem reprehendit, & dein  
 vsum docet. Id enim datum erat prædicatoribus propter diuersas hominũ  
 voces, vt qui ad Indos veniebant, illorum lingua vtentes diuinam afferrent  
 prædicationem, & cum Persis rursus differentes, & cum Scythiis, Romanis,  
 & Aegyptiis, singulorum vocibus vtentes, Euangelicam doctrinam prædi-  
 carent. Superuacaneum erat ergo iis qui Corinthi differebant, vti voce  
 Scytharum, vel Persarum, vel Aegyptiorum, qui illos audire nequibant.  
 Quamobrem diuinus etiam dixit Apostolus eum etiam qui linguis loqui-  
 tur, non loqui hominibus, sed Deo, hoc enim subiunxit, Nemo enim audit,  
 & ne inutile donum existimaretur, subiunxit, spiritu autem loquitur my-<sup>B</sup>  
 steria. NAM qui prophetat hominibus loquitur ad ædificationem, & ex-  
 hortationem, & consolationem: ] Omnes enim audiunt ea quæ dicun-  
 tur. QVI loquitur lingua, semetipsum ædificat. ] Qui enim aderant, nõ  
 intelligebant ea quæ dicebantur. QVI autem prophetat, ecclesiam Dei ædi-  
 ficat. ] Videntes enim cogitationum reuelationem, & eorum quæ occul-  
 to fiunt manifestationem, maximam vtilitatem accipiebant. Et ne quis exi-  
 stimaret eum inuidia adductum hæc dicere, necessario subiunxit. VOLO  
 autem omnes vos loqui linguis, magis autem Prophetare. Nam maior est  
 qui prophetat quàm qui loquitur linguis, nisi interpretetur vt ecclesia ædi-  
 ficationem accipiat. ] Apertè autem docuit cur id, magis autem posuerit. <sup>C</sup>  
 Non detraho, inquit, dono, sed eius donũ quæro, nisi enim adsit interpres,  
 melior est Prophetia, maius enim habet commodum. NVNC autem fra-  
 tres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi vobis loquar  
 aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina. ] Suam  
 rursus personam subdidit, eos qui accusantur hac ratione consolans. Ego  
 enim, inquit, ad vos veniens, & linguarum differentia vtens, quod nam vo-  
 bis lucrum attulerim, nisi vtique doctrina vtar, reuelans vobis occulta my-  
 steria, & ad diuina deducens, & suadens ea quæ conuenit. Affert autè etiam  
 similitudinem rei propositæ conuenientem. TAMEN quæ sunt in anima  
 vocem dantia, siue tibia, siue cithara; nisi distinctionem sonituum dederint, <sup>D</sup>  
 quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur. Etenim si incertã  
 vocem dederit tuba, quis parabit se ad bellum? ] Scitis autè vos etiam quod  
 & tibia, & cithara numero aliquo & arte indigent. Ea itaque si habeant,  
 etsi sint inanima, numerosum & concinnum aliquem sonum emittunt. Sin-  
 autem quis eis præter hæc vsus fuerit; id quod ex eis efficitur nihil signifi-  
 cat. Ita etiam tuba nisi bellicum cecinerit, non vocat ad arma milites. ITA  
 ET vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietis  
 quod dicitur? Eritis enim in aëra loquentes. Tam multa vtputa genera lin-  
 guarum sunt in hoc mundo: & nihil sine voce est. ] Quod in cithara est nu-  
 merosus sonus, & in tuba signum bellicum, hoc in linguis est interpretatio. <sup>E</sup>  
 Præsentibus enim non intelligentibus, verba in aërem inaniter diffundun-  
 tur. SI ERGO nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus: & qui  
 loquitur mihi barbarus. ] Idem variè dixit. SIC & vos quoniam æmula-  
 tores estis spirituum, ad ædificationem ecclesiæ quærite vt abundetis. ] Per  
 ironiam eos vocauit æmulatores spirituum. Præcipit autem eis, vt omnia fa-  
 ciant pro vtilitate ecclesiæ. ET IDEO qui loquitur lingua, oret vt inter-  
 pretetur. ] Pete, inquit, ab eo qui dedit tibi donum linguarum, vt etiam  
 adiiciat donum interpretationis, vt ecclesiæ vtilitatem afferas. NAM SI  
 orem lingua: spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. ] Fru-  
 ctus eius qui dicit, est auditorum vtilitas. Hoc etiam dixit in epistola ad  
 Romanos.

εἰς, Qui autem.  
 Græce non est,  
 ad ædificationẽ,  
 sed tantum ædi-  
 ficationem.  
 Dei, non est in  
 Græco.

ῥῆθρον, sonis.

ῥυθμον, rectè si-  
 gnificantem.

ῥῥυθμον, vim.

**A** Romanos. Vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris gentibus. Alia ergo lingua differens, & iis qui audiunt interpretationem non afferens, nullum habeo fructum, illis vtilitatem non accipientibus. Quid ergo est? Orabo spiritu. Orabo & mente. Psallam spiritu. Psallam & mente. ] Spiritum donum appellat: Mentem autem manifestationem eorum quæ dicuntur. Dicit ergo oportere eum qui aliena loquitur, siue in Psalmodia, siue in oratione, siue in doctrina, vel ipsum interpretari ad vtilitatem eorum qui audiunt, vel assumere alium doctrinæ adiutorem, qui hoc possit facere. CAETERVM si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quo modo dicet Amen super tuam benedictionem? quoniam quid dicas nescit. ] Idiotam appellat eum qui in laicorum ordine constitutus est, quandoquidem eos etiam qui sunt à militia remoti, consueuerunt idiotas appellare. NAM tu quidem bene gratias agis, sed alter non ædificatur. ] Scio, inquit, te diuina actum gratia Deum laudare, sed ea quæ dicuntur non intelligit qui nescit linguam. Deinde admonendo. GRATIAS ago Deo meo quòd omnium vestrum lingua loquor, sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam, quàm decem millia verborum in lingua. ] Ego ante vos hoc dono sum dignus habitus, per me vos quoq. hanc gratiam accepistis, sed tamen ego multorum vtilitatis curam gerens, apertam & claram doctrinam obscuræ præfero. Deinde increpando. FRATRES nolite effici pueri sensibus, sed malitia paruuli estote: sensibus autem perfecti estote. ] Ne ordinem inuertite: nec puerorum ignorantiam sed innocentiam imitemini. Perfectorum autem non improbitatem, sed solertiam & ingenii acumen retinete. IN LEGE enim scriptum est. IN ALIIS linguis & labiis aliis loquar populo huic, & nec sic exaudiet me dicit Dominus. ] Est quidem vox Prophetica, legem autem veterem scripturam appellauit. Postquàm autem adduxit testimonium, subiungit interpretationem. ITAQUE linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. ] Infideliem enim admiratione afficit linguarum diuersitas. Hoc in die Pentecostes vsu venit iis qui illic erant congregati. Protinus enim dixerunt. An non omnes sunt Galilæi qui loquuntur, & quo modo audimus eos vnusquisque propria lingua in qua nati sumus. Parthi, & Medi, & quæ sequuntur. PROPHETIÆ autem non infidelibus, sed fidelibus. ] Vnus est Apostolo scopus & institutum multorum vtilitas. Quamobrem etiam Corinthiis præcipit vt Prophetiam eligant, vt quæ communi vtilitatem afferat. Ostendit autem in iis quæ sequuntur Prophetiæ vtilitatem. SI ERGO conueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ aut infideles: nonne dicent quòd insanitis? ] Idiotas hic appellat eos qui mysteriis non sunt initiati, & docet quòd qui ea quæ docentur non intelligunt, eos insanire putabunt. SI AVTEM omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota; conuincitur ab omnibus: diiudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifesta fiunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quòd verè Deus in vobis sit. ] Ita timor omnes inuasit, cum Anania & Saphira conuicti fuerunt. Notandum est autem quòd sanctissimum spiritum hic Deum aperte vocauit. Diuini enim spiritus erat Prophetiæ operatio. Hæc enim omnia operatur vnus & idem spiritus, diuidens seorsum vnicuique prout vult, sed tamen hic posuit quòd cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quòd Deus vere est in vobis, Deum dicens sanctissimum Spiritum. Ita etiam beatus Petrus ait. Quare decepit satanas cor tuum vt mentireris spiritui Sancto. Non mentitus es hominibus, sed Deo. Cùm sic ostendisset donorum differentiam, docet eos etiam ordinem qui

Rom. 12

ἐν τῷ ἰδῶν, Nam si ἀναπληροῖ. ἐν τῷ ἰδῶν ἅμα καὶ χαρισία, in tua gratiarum actione.

μᾶλλον ἐμῶν, magis quàm omnes vos. διὰ τοῦτο μὲν, mente mea. καὶ τῆς χάριτος.

Esa. 28.

A. 2.

ἢ ἡ προφητεία, prophetia autem. καὶ οὐκ οἴονται, iis qui credunt.

ὡς ἄνθρωπος κρυπτόν, & sic occulta.

A. 5.

ἡμετέραν, reuelationem.

ἡ ὁμοίωσις ἢ τὸ ἀλλοίωσις ἢ τὸ ἑτεροίωσις, per duos, vel ad sum mum tres, per partes, ἀνα μίεσις, alternis, aut vicissim.

2. Cor. II.

ἡ ἑστὴ, sigillatim.

ἀναταραχῆς, per turbationis, confusionis, doceo, non est in Græco.

Ioel. 2.

ἡ γυναῖκες ὑμῶν, mulieres vestre. ἡ ἀρρέτις ἀρρέτις, permillum est.

Gen. 2.

ἡ γυναῖς, mulieribus. ἡ ὁμοίωσις, in ecclesiis.

ἡ ἄγνοια, ignoretur.

in vobis, deest in Græco.

eis conuenit. Quid ergo est fratres? Cùm conuenitis: vnusquisque ve-  
strum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet,  
interpretationem habet, omnia ad ædificationem fiant. ] Rursus ostendit  
corpus & membra corporis. Per hoc enim quod dicit, Conuenitis, vnum  
corpus ostendit. Per illud autem, vnusquisque habet hoc & illud, membro-  
rum differentiam. Deinde rursus quæ ab vnoquoque affertur communi vti-  
litate, Omnia ad vtilitatem fiant. **SIVE** lingua quis loquitur, secundum  
duos, aut vt multum tres, & per partes. ] Non comunitè simulque disse-  
rere oportere docet, hoc enim est immoderata perturbationis & confusio-  
nis, nec rursus multos, etenim duo sufficiunt, & tamen ad tres vsque sit de-  
finitus eorum qui sic differunt numerus. **ET VNVS** interpretetur. ] Opor-  
tet enim præsentibus ea quæ dicuntur intelligere. **SI AVTEM** non fuerit  
interpres: taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo. ] Est enim alic-  
nissimum, ad gloriæ cupiditatem, & non propter vtilitatem, dono vti. **PRO-**  
**PHETAE** autè duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent. ] Iam diuinus Apo-  
stolus inter dona spiritalia spirituum discretionem annumerauit, hoc ergo  
hic etiam dicit, vt qui hoc donum acceperunt, ea quæ dicuntur discernant,  
an ex diuini spiritus dicantur operatione. Sicut enim Prophetis falsos Pro-  
phetas Diabolus opposuit: ita etiam Apostolis falsos Apostolos. Et hoc  
docet in secunda epistola ad Corinthios. Tales, enim inquit, Pseudapostoli,  
dolosi operarii. **QVOD** si alii reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. ] **SI**  
alium, inquit, mouerit gratia spiritus, cedat qui cœpit dicere. **POTESTIS**  
enim omnes per singulos prophetare: vt omnes distant, & omnes exhorten-  
tur. ] Nihil fiat inordinatè: nihil confusè, etenim fieri potest vt vos omnes  
prophetiam iis qui congregantur exhibeatis, & eis quæ ex ea capitur vtili-  
tatem procuretis. Hic ordo mansit in ecclesiis in præsens vsque tempus, &  
ex Doctoribus alii quidem in hac concione, alii verò in alia cum populo dis-  
ferunt. **ET SPIRITVS** Prophetarum Prophetis subiecti sunt. ] Spiritus  
dona vocantur, Ita Iesus subiiciebatur Mose: ita Helysæus Helix: ita ipsi  
Helixæo multitudo Prophetarum, ita ipsi Apostolo Timotheus, & Titus,  
& reliqui. **NON** enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus  
ecclesiis sanctorum doceo. ] Nihil noui statuimus, sed vos ecclesiarum le-  
ges docemus, quas ipse statuit pacis magister & Dominus. Sed quia non so-  
lum viri, sed etiam mulieres spiritalem gratiam acceperant, hoc enim etiam  
per Ioëlem prophetam prædixit Dominus. Effundam de spiritu meo super  
omnem carnem, & prophetabunt filii vestri & filie vestre, necessario etiam  
de his legem tulit. **MULIERES** in ecclesiis taceant, non enim permittitur  
eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. ] **Euæ** enim dixit Dominus. Ad  
virum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tibi. **SI QVOD** autem vo-  
lunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in  
ecclesia. ] Deinde rursus increpando. **AN** à vobis verbum Dei processit?  
aut in vos solos peruenit? ] Nec primi nec soli Euangelicam accepistis præ-  
dicationem, ne propriis ergo contenti este, sed leges ecclesiarum sequimini.  
**SI QVIS** videtur propheta esse aut spiritualis: cognoscat quæ scribo  
vobis quòd Domini sunt mandata. ] Eos qui diuinum spiritum habent in-  
habitantem, appellauit spirituales. Qui hac autem gratia priuatus est, conue-  
nire non potest. Vnde subiunxit, **SI QVIS** autem ignorat, ignorabitur. ]  
Deinde admonitoriè. **ITAQVE** fratres æmulamini prophetare, & loqui  
linguis nolite prohibere. ] Rursus illud quidem ostendit esse præstantius,  
hoc verò etiam esse vtile, hoc enim significat illud, **Nō** prohibete. **OMNIA**  
autem honestè & secundum ordinem fiant in vobis. ] Ordinè autem prius  
docuit.

A docuit. Hunc nos etiam ordinem seruemus, & Apostolica præcepta sequamur, vt simus legislatoris societatis participes, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi. Cum quo Patri vnà cum sanctissimo spiritu conuenit gloria & magnificentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

## TOMVS QVARTVS.

CAPVT

XV.

**P**ostquam diuinus Apostolus de spiritualibus donis doctrinam perfecit, conducibile existimauit etiam de resurrectione verba facere. Quidam enim impostores eos seducebant, dicentes non futuram corporum resurrectionem. Cùm autem esset spiritali sapientia plenus, non hoc solummodo ac simpliciter facit, sed primum docet scopum ac institutum humanæ naturæ à Domino susceptæ, & ostendit & crucem, & passionem, & seruatoris resurrectionem fuisse propter resurrectionem communem. Id autem apertius sciemus ex verbis eius. **NOTVM** autem vobis facio fratres Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini, qua ratione prædicaui vobis. ] Doctrinæ laudem rursus admiscuit, eos ad audiendum preparans. Propterea dixit, In quo statis, & stationem confirmans adiecit, Per quod & saluamini. Hoc autem dicit. Volo vobis in mentē reuocare Euangelium, quod à me inter vos prædicatū est, quod prompto quidem & alacri animo suscepistis, quæ autem ex eo oritur salutem expectatis. Id autem vobis in memoriam reuoco, volens eius scopum & institutum ostendere. Hoc enim dixit illud, Quanam ratione prædicaui vobis. Deinde subiungit. **SI TENETIS**, nisi frustra credidistis. ] Si enim nō creditur resurrectio corporum, superuacanea est prædicatio Euangelii. **TRADIDI** enim vobis in primis quod & accepi. ] Neq. enim ipse inueni prædicationem: nec humanas sum rationes secutus: sed à Domino Christo accepi doctrinam. Quid autem accepisti? **QVOD** Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. ] Hoc enim & Prophetæ prædixerunt, & clamat Esaias. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter peccata nostra, disciplina pacis nostræ super eum. **ET QVOD** sepultus est. ] Hoc etiam prædixerunt Prophetæ. Erunt enim inquit, in pace sepultura eius. **ET QVOD** resurrexit tertio die secundum scripturas. ] Dicit quidem diuinus David, Non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem: Dominus autem Ionam in medium adducit. Habet enim figura actypus trium dierum numerum. **ET QVOD** visus est Caphæ. ] Fide quidem digna est persona ad testimonium, sed vna. Quocirca subiunxit. **POST** hoc vndecim. ] Et ne quis eos etiam suspectos haberet, quod propter eorum amorem in Magistrum prædicarent resurrectionem quæ non fuerat, subiunxit necessario. **DEINDE** visus est plus quàm quingentis fratribus simul. ] Non sigillatim, sed simul omnibus. Est à suspitione alienum tot hominum testimonium, & ne quis existimaret eum dicere quæ vera non sunt, subiunxit. **EX QVIBVS** multi manent vsque adhuc: quidam autem dormierunt. ] Possè inquit eum qui velit ex illis scire. **DEINDE** visus est Iacobo. ] Hæc quoque est insignis persona, non solum ex cognatione: appellabatur enim frater Domini: sed etiam ex propria virtute. Vocabatur enim iustus. **DEINDE** Apostolis omnibus. Rursus Apostolos non duodecim solos vocauit: eorum enim iam meminerat: sed omnes quæ eum ordinem acceperant. Ne

Ἐγγυλισμῶ ἀν-  
νυντῆσαι ὑμῖν.

Esa. 53.

Esa. 56.  
Tertio die secundum scripturas non est in Græco Theod. Psal. 15. Matth. 12. εἶπε τῷ Ἰακώβῳ deinde duodecim.

πολλοί, plures.

ἅπαντες.

autem videretur hæc ex solo auditu dicere, seipsum quoque inter testes recen-<sup>A</sup>  
 set, qua uti consuevit moderationem ac modestiam dictis suis adiiciens.  
 NOVIS-SIME autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi.] Cum  
 vellet se omnium hominum vilissimum & biectissimum appellare, omni-  
 bus iis relictis qui in utero perfecti fuerunt, deinde lege naturæ nati sunt,  
 abortiuo foetui seipsum comparat, qui in hominum catalogo non recense-  
 tur. Deinde eius causas recenset. ERGO enim sum minimus Apostolorum,  
 qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam  
 Dei.] Et ne eorum quæ prius fecerat expositione suum testimonium re-  
 probum & infirmum efficeret, subiunxit. GRATIA autem Dei sum id quod  
 sum.] Diuitias & occultare conatur, & aperire cogitur. Neque enim di-<sup>B</sup>  
 xit apertè quid est, sed, sum quod sum. ET GRATIA eius in me vacua nõ  
 fuit.] Non frustra mei misertus est. Præsciuerat enim quod fecit. SED  
 abundantius illis omnibus laboravi.] Et ne sua quidem aperire coactus,  
 sui ostentatione aut gloriatione refertus est, & solum laborem ostendit, eum  
 quoque esse dicit diuinæ gratiæ. Hoc enim subiunxit. NON ego autem,  
 sed gratia Dei mecum.] Deinde transit ad id quod est propositum. SIVE  
 enim ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidistis.] Si & à me & ab aliis  
 Apostolis prædicata est Dei & seruatoris nostri resurrectio, hoc etiam vos  
 prompto & alacri animo suscepistis. Postquam hoc veluti fundamentum  
 posuit, de communi resurrectione orationem ædificat, admodum validis  
 vtens syllogismis. SI AVTEM Christus prædicatur quòd resurrexit à mor-<sup>C</sup>  
 tuis: quomodo quidam dicunt in vobis quòd resurrectio mortuorum non  
 est? Christus, inquit, prædicauimus, non solum Deum, sed etiam homi-  
 nem. Cum enim in Dei forma esset, serui formam accepit, eum & esse mor-  
 tuum, & resurrexisse diximus. Sed manifestum est impatibilem esse diuini-  
 tatem, corpus autem patibile, hoc enim & cruci tradidit: & è sepulcro excita-  
 uit. Quomodo ergo, inquit, dubitatur à nonnullis de resurrectione corpo-  
 ris, cum Domini Christi credatur resurrectio? SI AVTEM resurrectio  
 mortuorum non est: neque Christus resurrexit.] Si hoc enim fieri non po-  
 test, neque illud factum est, nam Dominus etiam corpus habuit. SI AVTEM  
 Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides ves-<sup>D</sup>  
 tra.] Si autem Christus non verè surrexit, nos quidem frustra cum pluri-  
 mis periculis prædicamus, & vos frustra iis quæ prædicantur creditis. IN-  
 VENIMUR autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium dedimus aduer-  
 sus Deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non  
 resurgunt.] Vt calumniatores merito accusabimur, quòd ausi sumus dice-  
 re Deum Christum suscitasse, quem non suscitauit. Deinde easdem rursus  
 rationes repetit & in orbem versat, volens pluribus syllogismis de resurre-  
 ctione fidem confirmare, & dicit. NAM si mortui non resurgunt, neque  
 Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra,<sup>E</sup>  
 adhuc enim estis in peccatis vestris.] Dominicæ enim mortis typus est ba-  
 ptismus, est autem typus superuacaneus, si non habeat remissionem pecca-  
 torum. Adhuc itaque fertur onus peccatorum, hoc quidem certè illi adie-  
 cit, quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas.  
 ERGO & qui dormierunt in Christo, perierunt.] Frustra ergo, ut vide-  
 tur, pro Christi confessione interfecti sunt, præclaram victoriam assequuti  
 Martyres: & labores quidem ac certamina prompta & alacri animo subie-  
 runt, coronam autem minimè adepti sunt. Sublata enim resurrectione, præ-  
 mii quoque proclamatio sublata est. SI IN hac vita tantum in Christo spe-  
 rantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus.] Cum omnis n-  
 generis

αρεσιότερον τῶν  
 ἄλλων, plusquam  
 alii.

ἢ ἢν ἐμοί, quæ  
 mecum est.

si mortui nõ re-  
 surgunt, non est  
 in Theod.

**A** generis periculis in hac vita ingredimur, fame oppressi, iniuriis & tormentis assidue affecti, orbis terræ carceres commutantes, domibus carentes, incertis sedibus migrantes & errantes, & cum perpetuis tempestatibus colluctantes. Sed hæc non ita habent. Bona enim spe vehimur, & Seruatoris nostri resurrectionem habemus resurrectionis nostræ vadem & obsidem. Hoc enim subiunxit. **NUNC** autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. ] Primus enim soluit mortis potentiam, primitias autem massa omnino consequetur. Quod dicit autem veteri exemplo confirmat. **QUONIAM** quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. ] Deinde à natura transit ad personas, ea ratione orationem faciens clariore. **ET SICUT** in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur. ] Respicite ad basim & fundamentum generis: & videte primum parentem secutos esse posteros, eosque omnes mortales esse effectos, quoniam ille mortalitatem susceperat, ita omnis hominum natura Dominum Christum sequetur, & erit resurrectionis particeps. Nam is quoque est mortuorum primogenitus, sicut ille Protoplastus, Adam scilicet qui primus à Deo factus est. Ipsum autem iure nunc hominem appellauit, cum eum etiam Deum esse sciret, ut cum, eum esse eiusdem naturæ ostendisset, id quod de resurrectione dicitur, confirmaret. Sed quid dixit fore & omnes viuificentur; post resurrectionem autem, discernentur ii qui castè & moderatè viuerunt ab iis qui in impudicitia & voluptate vitam transegerunt, & ii qui incredulitatis vitio laborarunt, ab iis qui fide clari sunt & illustres, & ii, ut semel dicam, qui quæ laude digna sunt fecerunt, ab iis qui quæ vitio dantur & in reprehensionem cadunt persequuntur, necessario subiunxit. **VNVSQUISQUE** autem in suo ordine. ] Ita etiam Dominus docet in sacris Evangeliiis, quod agnos quidem statuet à dextris, hædos autem à sinistris. **PRIMITIA** Christus. ] Hoc est, primus resurrexit. **DEINDE** ii qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. ] In tempore consummationis. Christi autem non solum eos appellat, qui post humanam ab eo susceptam naturam in ipsum crediderunt, sed eos etiam qui in lege & ante legem pii fuerunt & virtute insignes. **DEINDE** finis. ] Pro eo quod est, Communis omnium resurrectio. Quando enim ea facta fuerit, omnia finem accipient, & res præsentis, & Prophetarum prædictiones. **CUM** tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem principatum, potestatem, & virtutem. ] Tradit regnum Deo & Patri, non ipse regno nudatus, sed Tyrannum Diabolum & omnes eius adiutores subiungens, & ut omnes se submittant, & vniuersorum Deum agnoscant, efficiens. **OPORTET** autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. ] Illud **DONEC**, non significat tempus, sed docet cum esse omnes inimicos subiungaturum. Huic simile est id quod à Dauid dictum est. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. **E** Si autem dicunt ii qui cum Arrio & Eunomio sentiunt, hæc vocem de solo filio esse positam, audiant ipsum quoque Deum dicentem. Ego sum, ego sum, & donec conseneritis ego sum. A quo autem ita intelligitur, ab eo inuenitur Deus vniuersorum habere suam essentiam seneçtuti hominum commoderatam. Sed hæc nugari insanorum est hominû. Aeternis enim & vniuersorum Deus, ei autem est etiam coæternus vnigenitus suus filius. Habet autem etiam regnum æternum, & hoc nos aperte docuit diuinissimus Daniel. Eius enim inquit, regnum est regnum æternum, quod non dissoluetur in æternum. **NOVISSIME** autem inimica destruetur mors. ] Postquam enim Diabolum & eius adiutores in exteriores tenebras immiserit, mortem

μεταναστα.

ἀπὸ τῆς πρώτης γενέσεως, fuit primitiæ eorum qui dormierunt.

ὡς περὶ ἄνθρωπον ὡς τὸ ἀδάμ, sicut enim in Adam.

Matth. 23.

ὡς τῆς παρουσίας αὐτοῦ, in aduentu eius.

χρὶ ἄρ, oportet enim.

Psal. 109.

Psal. 109.

Dan. 7.

ἕχματος ἕχθρος, vltimus inimicus.

*aliter, ἄλλοι μὲν περὶ  
τῶν ἀνασθαι, eos  
qui mortui sunt  
suscitantur,  
eius, græcè ἀνασθαι,  
suis.*

Philip. 3.

*præter eum, ἡ-  
ναντι δὲ τῶν, præ-  
ter eum scilicet.*

*videtur aliquid  
deesse.*

cessare efficiet, & eos qui iacent eriget. OMNIA enim subiecit sub pedi- <sup>A</sup>  
bus eius. ] Hic dixit Patrem omnia sibi subiecisse. In epistola autem ad Phi-  
lippenfes dicit ipsum hoc fecisse. Cum enim dixisset, Qui transfigurabit  
corpus humilitatis nostræ, vt sit ipsum conforme corpori gloriæ suæ, subiun-  
xit. Secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi  
omnia. Qui enim, inquit, potest omnia sibi subiicere, is etiam corpus no-  
strum corruptioni & interitui obnoxium, incorruptione ornabit. CVM  
autem dicat, Omnia subiecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei  
omnia. CUM autem subiecta fuerint ei omnia, tunc ipse filius subiectus erit  
ei qui subiecit sibi omnia. ] Hunc locum ii qui cum Arrio & Eunomio  
sentiunt, in lingua assidue habere consueuerunt, ea ratione existimantes se <sup>B</sup>  
de vnigeniti dignitate detrahere. Oportebat autem eos animaduertere,  
quòd diuinus Apostolus in hoc loco nihil scripsit de diuinitate vnigeniti:  
Iubens enim credere carnis resurrectionem, à domini resurrectione eius  
resurrectionem conatur ostèdere. Clarù est autem quòd simile simili confir-  
matur. Propterea, n. cum etiam vocauit primitias dormientium, & homi-  
nem appellauit, & per collationem cum Adam & iis qui ex Adam descende-  
rant, per ipsum ostendit futuram communem resurrectionem, vt cum osten-  
disset resurrectionem eius quod est eiusdem naturæ, persuaderet iis qui  
contradicunt, vt crederent omnes homines futuros eiusdem resurrectionis  
participes. Sciendum est ergo esse duas Domini Christi naturas, & quòd ali- <sup>C</sup>  
quando quidem scriptura eum ab humana natura, aliquando à diuina appel-  
lat. Etsi enim Deum dixerit, non negat humanitatem, etsi hominem nomi-  
nauerit, vnà quoq. confitetur diuinitatem. Vt alta autem & excelsa omnia  
de eo dicamus fieri non potest, propter eam quam à nobis accepit naturam.  
Si enim cum quæ sunt humilia & abiecta de eo dicta sunt, negant tamè non-  
nulli carnis adsumptione, clarum est plures illo morbo fuisse laboraturos,  
si nihil humile & abiectum dictum esset. Quidnam autem etiam tunc subi- <sup>D</sup>  
citur? Hoc enim iis qui in presentia tyrannidem exercent conuenit. Si enim  
tunc subiicitur, ne nunc quidem subiectus est. Improbè ergo & iniquè se ge-  
runt qui blasphemant, & eum qui constitutus subiectionis terminos non-  
dum accepit, subiicere conantur. Oportet enim expectare, & subiectionis  
modum intelligere. Verumenimvero de his copiose disseruimus in nostris  
aduersus eos concertationibus. Oportet ergo breuiter dicere Apostoli insti-  
tutum, scribebat Corinthiis qui à Græcis fabulis nuper erant liberati. Illæ  
autem fabulæ sunt omni intemperantia & iniquitate refertæ, & vt alia ta-  
ceam, & ne linguam polluam, Deos parricidas adorant, & dicunt filios con-  
tra parentes insurrexisse, & eos regno expulisse, ipsos autem dominatum  
arripuisse. Quia ergo de Domino Christo magna dixit, nempe quod omnè  
principatum, omnem potestatem, & virtutem destruet, & ipsam etiam mor-  
tem cessare faciet, & omnia subiecit sub pedibus: ne ab illis fabulis adducti <sup>E</sup>  
existimarent eum quoque eadem fecisse Patri qui genuit, quæ fecerunt qui  
ab illis colebantur Demones, necessario cum dixisset, quòd omnia subiecta  
sunt, subiunxit, Præter eum scilicet qui ei subiecit omnia, & adiecit quòd  
ipse etiam filius subiicietur ei, qui ipsi subiecit omnia. Non solum enim Pa-  
trem sibi non subiiciet, sed ipse etiam subibit subiectionem quæ filio conue-  
nit. Diuinus itaque Apostolus, suspicans ne damnum ex Græcis oriretur fa-  
bulis, hæc adiecit, humilioribus verbis vtens propter illorum vtilitatem. Di-  
cant autem qui contradicunt, cuiusmodi nam sit illa subiectio? Atqui si ve-  
rum volunt considerare, nunc ostendit obedientiam, dum humanam susce-  
pit naturam, & nostram salutem procurauit. Quomodo ergo tunc subiicie-  
tur?

**A** tur? Quomodo autem tunc etiam tradet regnum Deo & Patri? Si hoc enim ita intelligatur, inuenietur Deus & Pater nunc regnum non habere. Tanta absurditate plena sunt quæ ab eis dicuntur. Verumenimvero ea quæ sunt nostra, sibi applicat, & sua facit, quandoquidem eius corpus appellamur, ipse autem nostrum caput nominatur. Hic peccata nostra accepit, & morbos nostros portauit. Ita etiam in psalmo dicit. Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? Longè à salute mea verba delictorum meorum. At qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius, sed os nostræ naturæ efficitur, sicut fuit naturæ primitiæ, ita & nostram quæ nunc est inobedientiam, & quæ tunc erit obedientiam attribuit, & nobis, postquam à corruptione ac interitu liberati fuerimus, subiectis, ipse dicitur subiici.

**B** Ad hunc enim sensum ea quæ sequuntur nos deducunt. Cum enim dixisset diuinus Apostolus, Tunc ipse filius subiicietur ei qui omnia subiecit, subiunxit. **VT SIT** Deus omnia in omnibus. ] Nunc enim vbique quidem est per essentiam, habet enim naturam quæ non potest circumscribi: & in ipso viuimus, & mouemur, & sumus, vt ait diuinus Apostolus, sed per gratam comprobationem & complacentiam non est in omnibus. Complacet enim in eis qui ipsum timet, & in eis qui sperant in eius misericordia. Quanquam nec in eis quidem est omnia. Nemo enim à sordibus mundus est, & non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, & si peccata obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Ergo in iis quidem complacet quæ rectè gerunt; non complacet autem in iis quæ peccant. Sed in futura vita cessante corruptione & interitu, suppeditata autem immortalitate, animi perturbationes locum non habent. Eis autem omnino eiectis, nullum deinceps peccati genus exercebitur. Ita erit deinceps Deus omnia in omnibus, cum omnes à peccato liberati fuerint, & ad ipsum conuersi, ad deteriora inclinationem non admiserint. Quòd autem hic de Deo dixit diuinus Apostolus, alibi de Christo posuit. Ita autem dicit, Vbi non est Iudæus, nec Græcus, circumcisio nec præputium, barbarus, Scythæ, sed omnia & in omnibus Christus. Non autem quæ Patri conueniebant filio attribuisse, nisi eum illi esse honore æqualem à diuina gratia didicisset. Sed redeamus ad quæ proximè interpretanda sequuntur. **ALIO QUI** quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt. Vt quid & baptizantur pro illis? ] Qui, inquit, baptizatur, Domino consepelitur: vt cum mortis fuerit particeps, sit etiam particeps resurrectionis. Sin autem corpus est mortuum, & nõ resurgit, cur etiam baptizatur? **VT QUID** & nos periclitamur omni hora? ] Hoc cum de communi posuisset, per se dicit. **QVOTIDIE** morior propter vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. ] Et maxima pericula significauit, & prouidentiam aperuit. Me, inquit, assidue in præuisas mortes trado. Gloriationem autem suam eorum fidem vocauit, & ea ratione ad credendum adhortans. **SI SECUNDVM** hominem ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? ] Si humana quidem spectetur consideratio, à bestiis deuoratus sum, sed admirabiliter, & præter opinionem sum seruatus. Huius ergo periculi quem fructum capiam si non est mortuorum resurrectio? **MANDUCEMVS** & bibamus, cras enim moriemur. ] Sunt hæc quidem verba Prophetica: sed ea opportunè posuit, propemodum dicens. Superuacaneum est ieiunium, superflua continentia, præsentis vitæ fruamur voluptatibus, cum nulla sit retributio proposita virtutis amatoribus. Deinde admonitoriè. **NOLITE** seduci. Corruptunt mores bonos colloquia praua. ] Bonos hic leues vocauit, qui facile decipiuntur. **EVIGILATE** iustè, & nolite peccare. Ignorantiam

Psal. 21.

Act. 17.  
2do. 146.Iob. 15.  
Psal. 142.  
& 122.

Coll. 3.

τις ἐπιβαπτίζονται  
ὡς νεκρῶν, quid  
etiam baptizan-  
tur pro mortuisὡς τὴν μετέωρον καὶ  
χριστῶν, per nostrā  
gloriationem,  
iurantem.Esa. 22.  
Sap. 2.

Menander.



enim Dei quidam habent. Ad reuerentiam vobis loquor.] Tanquam à gre  
 ge aberrantibus, & infidelitate ebriis dixit illud, Euigilate. Valde autem sa-  
 pienter Dei ignorationem, resurrectionis incredulitatem appellauit. Qui  
 enim se Deum esse scire confitetur, cum etiam iustum esse credit: iusto au-  
 tem conuenit retributio: iustam autem retributionem in hac præfenti vita  
 non videmus. Oportet ergo eum qui Deo credere confitetur, expectare re-  
 surrectionem. Deinde ponit interrogationem quæ ab infidelibus affertur,  
 & dicit. **SED** dicet aliquis. Quomodo resurgunt mortui, quali autem cor-  
 pore venient? ] Duplex est interrogatio, & de modo resurrectionis, & de  
 futura qualitate corporum. Deinde vtrunque ex rebus humanis ostendit, &  
 eum stultum appellat qui hæc nescit perspicere. **INSIPIENS** tu quod se-  
 minas non viuificatur, nisi prius moriatur, & quod feminas, non corpus  
 quod futurum est feminas, sed nudum granum, vtputa tritici, aut alicuius  
 cæterorum. ] Respice semina, & vide sulcos sepulchra imitantes, & semi-  
 na quæ non secus ac corpora sepeliuntur, deinde nascuntur & germinant.  
**NON** enim corpus, quod futurum est feminas, hoc est, non spicam, sed nu-  
 dum granum, vel frumenti vel alicuius ex aliis. Nomina autem admodum  
 aptè cõmutauit. Non. n. dixit, Non nascitur nisi moriatur, nostra autem no-  
 mina seminibus imposuit, nostram ex illis resurrectionem ostendens. Ita  
 etiam dixit Dominus. Nisi granum frumenti in terram cadens mortuum  
 fuerit, solum manet. Sin autem mortuum fuerit, multum affert fructum, **C**  
 ita postquam ostendit modum resurrectionis, ostendit etiam qualitatem  
 corporum. **DEVS** autem dat illi corpus sicut vult, & vnicique seminum  
 proprium corpus. ] Quemadmodum enim nascitur ex frumento frumen-  
 tum, & lens ex lente, & ex vnoquoque genere ipsum genus: ita etiam no-  
 stra corpora, ipsa quidem resurgunt, sed cum maiore gloria, & incorruptio-  
 ne, & immortalitate. Hoc etiam licet videre in seminibus. Quæ enim nuda  
 feminantur, cum pulchris indumentis germinant. Vtrunq. ergo, & modum  
 resurrectionis docet, & qualitatem corporum. Deinde dicit etiam eorum  
 qui resurgunt diuisionem. **NON** omnis caro eadem caro; sed alia hominũ,  
 alia pecorum: alia autem volucrum, alia piscium. ] Vna, inquit, est natura **D**  
 carnis, constat enim ex quatuor elementis. Differentia autem est in specie,  
 ita vna quidem est resurrectio corporum, & corporum in incorruptionem  
 mutatio. Modorum autem differentia etiam retributionum confirmat dif-  
 ferentiam. **ET** corpora cœlestia, & corpora terrena, sed alia quidem  
 cœlestium gloria: alia autem terrestrium. ] Qui enim cœlis digni sunt, glo-  
 ria quæ cœlestibus conuenit amicientur. Qui autem in terrenis cogitatio-  
 nibus hæserunt, suo instituto conueniens indumentum acceperunt. Post-  
 quam hanc ita fecit diuisionem, & terrenos esse separatos ostendit, cœle-  
 stium quoque monstrat differentiam. Neque enim omnes iusti erunt eo-  
 rundem participes, sed rectè factis conuenientem habebunt remuneratio-  
 nẽ. Hoc etiam prædixit Dominus in sacris Euangeliis. Multæ enim inquit,  
 sunt mansiones apud Patrem meum, ita hic etiam. **ALIA** claritas Solis, alia  
 claritas Lunæ & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt, in clarita-  
 te. ] Ita etiam ex iustis, alii quidem resplendent sicut Sol: alii verò sicut Lu-  
 na: alii autem clarissimarum stellarum splendorem imitabuntur, alii autem  
 obscurioribus assimilabuntur. Et postquam hanc etiam hoc modo ostendit  
 differentiam, transit ad loquendum de communi resurrectione. **SIC** &  
 resurrectio mortuorum. ] Pro eo quod est, sicut est comparatio seminum.  
**SEMINATUR** in corruptione: surget in incorruptione. ] In duobus enim  
 vel tribus diebus sustinet foetidam corruptionem, sed liberatur, à corru-  
 ptione,

prius, non est in  
Græco.

Ioan. 12.

ἄλλα μὲν, alia qui  
dem.  
ἄλλα δ', alia vero.

Ioan. 14.  
οὐδένα, gloria.  
ὡν οὐδένα, in gloria

**A** ptione, & à corruptione & interitu alienum refurgit. SEMINATUR in ignobilitate: surget in gloria. ] Quid enim vilius & abiectius quàm corpus mortuum? SEMINATUR in infirmitate, surget in virtute. ] Quid enim illa sanie, aut puluere imbecillius? Sed tamen potestatem ac virtutē accipiet ab interitu alienam. SEMINATUR corpus animale: surget corpus spirituale. Si corpus animale, est & corpus spiritale. ] Vbiq̄e posuit illud seminatur, iubens nos bono animo esse, vtpote quod nascatur id quod seminatur. Animale autem vocat, quod ab anima gubernatur, spiritale autē, quod à spiritu regitur. Hanc autem gratiam ii qui digni sunt multiplicē accipient. Propterea enim id etiam quod nunc datum est, arra dicitur, vtpote multiplici illic danda gratia. **S**ICUT scriptum est. Factus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. ] Prius in scriptis legimus: Secundum in factis cognouimus. Non vocauit autem secundum Adam spiritum viuentem, sed viuificantem. Omnibus enim vitam æternam suppeditat. **S**ED non prius quod spirituale est, sed quod animale. Deinde quod spirituale. ] Propter animalis enim spiritus imbecillitatem, spiritale medicamētum comparatū est. **P**RIMVS homo de terra, terrenus, secundus homo de cælo, cœlestis. ] Secundum eius aduentum significauit. Illinc enim nobis apparebit. **Q**VALIS terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus & inaginem cœlestis. ] Quemadmodum terreni primi parentis execrationis & mortis fuimus participes, ita etiam erimus participes gloriae Domini cœlestis. Græce enim φορέσωμεν id est portabimus per prædictionem, non φορέσωμεν hoc est portemus, admonitoriē ab eo dictum est. **H**OC autem dico fratres, quod caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt. ] Carnem & sanguinem humanam naturam appellat, fieri autem non potest, vt ea, cum sit adhuc mortalis, regnum cœleste assequatur. Hoc enim subiunxit. **N**EQ̄UE corruptio incorruptelam possidebit. ] Sed clarum est quod cum à corruptione & interitu aliena effecta fuerit, promissis bonis fructur. **E**CCE mysterium vobis dico. ] Mysterium dicitur, quod non omnibus declaratur, sed solis amicis creditur. Eos ergo consolatur, quæ sunt occulta declarans. **O**MNES quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. ] Non solum enim qui mortui sunt, resurgent à corruptione & interitu alieni, sed ii etiam qui adhuc supersunt, induentur incorruptione. **I**N MOMENTO, in ictu oculi. ] Ostendit quàm breui temporis spatio facienda sit resurrectione. In momento autem græcè est ἐν ἰσχύει id est, in atomo. Atomum autem vocat corpus subtilissimum ac tenuissimum, quod in sole apparet, quod sectionem non suscipit propter nimiam breuitatem. Ictum autem oculi vocat motum pupillæ. Per hæc autem ostendit Dei potētiam, nam ne momentum quidem temporis intercedit inter Dei iussum, & resurrectionem mortuorum. **I**N NOVISSIMA tuba. ] Hoc autem erit, inquit, quando vltima tuba cecinerit. **C**ANET enim tuba, & mortui surgent incorrupti: & nos immutabimur. ] Nos, de seipso non dixit, sed de hominibus qui illo tempore adhuc supererunt. **O**PORRET enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. ] Apertè docuit non aliud resurgere, sed id ipsum quod corrumpitur. Tanquam enim quodam digito, hoc dicto id ostendit, dicens, Corruptibile hoc, & mortale hoc. **C**VM autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? ] Tanquam res ipsas contēplatus diuinus Apostolus, & videns Domini victoriam, & mortuorum resurrectionē, tanquam

ἀδύνατα, ignominia.  
ἐξελπισται, surget.

ἐστὶ τὸ σῶμα ψυχικὸν  
ἢ ἐστὶ τὸ σῶμα πνευματικόν, est corpus animale, & est corpus spirituale.

ἢ τοῦ ἡντιγρηαίου,  
ita etiam scriptum est.  
Gen. 2.

ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κρείσσος ἐξ οὐρανόθεν, secundus homo Dominus ex cælo.  
ἢ καὶ ὡς φορέσωμεν, portabimus.

καὶ νεκροῦσιν, possidet.

πάντες μὲν ἡ καίμιν ἀναστήσονται, πάντες ὅ ἀλλοιωθήσονται, omnes quidem non dormiemus sed omnes immutabimur.

ἀφθαρτοί, à corruptione alieni.

ὅταν ὁ τὸ φθαρτὸν ἀφθάρτου ἀφθαρτὸν, cum incorruptibile hoc induerit incorruptionem deest in Latino.  
Mors, græcè ἀδύνατα, ignominia.

pæana aduersus hostes canens, Propheticum dixit canticum. **STIMVLVS** A  
 autem mortis peccatum est. ] Id enim naturam morti tradidit. **VIRTVS**  
 vero peccati, lex. ] Peccatum.n. non imputaretur, si lex non esset. **DEO**  
 autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum  
 Christum. ] Necessario in hymno conclusit quod dixit de resurrectione.  
**ITAQVE** fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles. ] Tanquam iis  
 qui labarent hæc præcipit. **ABVNDANTES** in opere Domini semper. ]  
 Diligenter pietatis diuitias colligite. **SCIENTES** quòd labor vester nõ est  
 inanis in Domino. ] Iustus enim iudex & Athleticis coronas contextit, &  
 operariis reddet mercedem. Cùm hæc ita admonuisset, hortatur ad curam  
 pro sanctis agendam.

CAP. XVI.

**D**E **COLLECTIS** autem quæ sunt in sanctos, sicut ordinavi eccle-  
 siis Galatiæ, ita & vos facite. ] λογίαν, id est collationem seu col-  
 lectam pecuniarum appellat. Galatarum autem non temere ac simpliciter  
 meminit, sed significans quòd illis etiam præcepit hoc facere. **PER VNAM**  
 sabbati vnusquisque vestrum apud se seponat, recondens ei quod bene pla-  
 cuerit. ] Eorum arbitrio quantitatem permittit, docens, quòd animas,  
 quæ ea quæ sunt optima eligunt. Deus adiuuat. Hoc enim dixit illud, ὅτι ἂν  
 βουδῶται, Quidquid recta via successerit. Est autem factò conueniens dies  
 quoque Dominicus, qui est resurrectione honoratus. **VT NON** cum ve-  
 nero tunc collectæ fiant. Cùm autem præsens fuero, quos probaueritis per  
 epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Quòd si di-  
 gnum fuerit vt ego eam, mecum ibunt. ] Non est enim decorum me præ-  
 sente fieri pecuniarum collectionem, me enim conuenit eas ad sanctos mit-  
 tere, per eos quos vos probaueritis. Quòd si liberalem & splendidam vide-  
 rim fuisse suppeditationem, ipse quoque ero ministerii particeps. Non di-  
 xit enim, Eas feram, sed, Mecum ibunt. Quòd enim aliis præcipit, primus  
 facit, & est absque vlla offensione & Iudæis, & Græcis, & ecclesiæ Dei. Si-  
 gnificat autem eis etiam tempus aduentus. **VENIAM** autem ad vos cum  
 Macedoniam pertransiero. ] Et ne ægrè ferrent quòd præferrentur Mace-  
 dones, subiunxit. **NAM** Macedoniam transibo. Apud vos autem forsitan  
 manebo, vel etiam hyemabo, vt vos me deducatis quocunque iero. Nolo  
 enim vos modo in transitu videre. ] Spero enim aliquantulum temporis  
 manere apud vos, si Dominus permiserit. Absque diuino nutu nihil vult fa-  
 cere, sed vult ab illa dextra gubernari. Satis autem eos per ea quæ dicta sunt  
 consolatus est, se aliquo tempore apud eos versaturum pollicitus. Porro au-  
 tem docet etiam quam de causa non statim ad eos accedit. **PERMANE-  
 BO** autem Ephesi vsque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est ma-  
 gnum & euident, & aduersarii multi. ] Multi enim sunt qui ad prædicatio-  
 nem accedunt: multi autem etiam qui resistunt, & eorum salutem conantur  
 impedire. **SI** autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos. ] B  
 Pro eo quod est, suscipite, obseruate, fouete nullam sentiat apud vos mole-  
 stiam. **OPVS** enim Domini operatur sicut & ego. ] Sufficiens testimo-  
 nium vel ad ignauum quemlibet excitandum ad obseruandum Discipulum.  
**NE QVIS** ergo illum spernat. ] Ne iuuenilem ætatem respicite, sed Apo-  
 stolicos quos suscipit labores considerate. **DEDVCEITE** autem illum in pa-  
 ce, vt veniat à me. Expecto enim illum cum fratribus. ] Et hæc quoque rur-  
 sus adiecit, eos ad studium & obseruantiam in discipulum incitans. Pro eo  
 quod est, Ad me veniet, & mihi omnia de vobis significabit. **DE APOLLO**  
 autem fratre vobis notum facio, quòd multū rogavi eum vt veniret ad vos  
 cum fratribus, & vtique non fuit voluntas eius vt nūc veniret. ] Et doctus  
 ac pru

διδοίτην, quid dat.

ἢ μὴ σαββάτων  
in vna sabbato  
rum.  
ἢ ἂν ἡ δὲ ὁμοίᾳ,  
quicquid recta  
via successerit.

καὶ ἐγώ  
quoque.

διερχομαι, tráseo.

ἢ παροίσοι, obiter

καὶ ἢ ἀπολλῶν τῶν  
ἀδελφῶν πολλὰ παρὰ  
καί σοι αὐτῶν, de  
Apollo autē fra-  
tre multum hor-  
tatus sum ipsum  
vtique, πάντως,  
omnino.  
συνελεύσεται, vt cum  
eis veniret.

**A** ac prudens erat Apollo, & eis familiaris. Eos ergo consolatur, docens se eum hortatum esse ut veniret, non adiecit autem eum recusasse, sed Dei providentiæ totum permisit. **VENIET** autem cum ei vacuum fuerit. ] Spe eos consolatus est. **VIGILATE**, state in fide, viriliter agite, & confortemini. Omnia vestra in charitate fiant. ] Vigilare posuit propter deceptores. State autem, & viriliter agite, & este fortes, propter apertos hostes. Impii enim persequebantur pios. Illud autem, Omnia vestra in charitate fiant, propter eos qui corpus ecclesiæ diuiserant, & ambitionis morbo laborabant, & eos qui immolatorum erant participes, eosque qui offendebantur negligebant. **OBSECO** autem vos fratres. Nostis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quod sunt primitiæ Achaia, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos, ut & vos subditi sitis eiusmodi, & cooperanti & laboranti. ] Duas laudes eis tribuit, & quod primum salutarem prædicationem acceperint, & quod sanctis domum aperientes, nihil non eis officii & adiumenti afferant. Quamobrem & ipsos, & eos, quorum est eiusmodi studium & institutum, omni apud ipsos honore frui præcipit. **GAVDEO** autem in præsentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleuerunt, refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. Cognoscite ergo qui sunt eiusmodi. ] Per hos scripserunt Corinthii, & Apostolum interrogarunt de iis qui matrimonium contraxerunt. Per eos hanc quoque misit epistolam. Non enim, ut quidam existimarent, beatus Timotheus literas ad eos tulit. Sed ad eos quidem missus est, est autem verisimile, quod cum aliquo officio in alia ciuitate functus esset, ita ad ipsos accessit. Hoc enim significant ea quæ de eo scripta sunt. Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos. Hos autem ideo diligentius commendauit, ne coniciientes eos fuisse ipsorum accusatores, molestia aliqua afficerent. **SALVTANT** vos omnes ecclesiæ Asiæ. ] Hoc etiam adduxit utilitatis gratia, ostendens cursum prædicationis. **SALVTANT** vos in Domino multum Aquila & Priscilla, cum domestica sua ecclesia: apud quos & hospitor. ] Vnâ cum iis habitauit diuinus Paulus, nam ipsi etiam erant tabernaculorum opifices. Ii autem propter maximam virtutem, etiam domum suam effecerunt ecclesiam, ea sola quæ ecclesiam decebant facere contententes, sibi que proponentes. **SALVTANT** vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. ] Dissensionem expulit, & per osculum sanctum eos inuicem colligauit. **SALVTATIO** manu mea Pauli. ] Ego, inquit, dictaui epistolam, salutationem autem manu mea adiecit, per eas literas ostendens omnia mea esse quæ scripta sunt. **SI QVIS** non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema. ] Sit alienus à cõmuni corpore ecclesiæ, qui non Dominum Christum ardenti amore profequitur, per hoc autem iis qui accusati fuerant metum incutit, & qui corpora quidem amant, nullum volunt habere amoris socium. Diuinus autem Apostolus omnes in amore riuales habere desiderat, & qui tales non sunt ab ecclesia refecat. **MARANATHA**. ] Hoc non est vocabulum hebræum, ut quidam putauerunt, sed Syriacû. Exponitur autem, venit Dominus. Id autem posuit, Corinthiorû se de eloquentia iactantium supercilium deprimens, & docens non esse opus doctrina, sed fide. **GRATIA** Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amē. ] Domini quidem Iesu gratiam eis ut consuevit precatus est. Suam autem dilectionem non abs re adiecit: sed docens quod ab amore in ipsos incitatus, verbis paulo acerbioribus vltus est, Patris benevolentiam imitans, & eorum salutem desiderans. Nos autem vtilitatem hinc colligamus, & eum qui Do

*ὅταν ἀναγίῃσθαι,*  
quando ei data fuerit opportunitas.  
*confortemini,*  
*καταπαύσθε,* este fortes.

Achaici non est in Græco Theopost Achaia legit Theodor. *εἰς χερσὶν,* in Christo.

*ἐπὶ παρουσία,* propter præsentiam.  
*ἐπιπληροῦσατε ἑν,*  
*τὴν πίστιν,* agnoscite ergo tales.

omnes, non est in Græco.

*ὅταν τῆ κτῆ οἶκον αὐτῶν ἀικηλοῖα,*  
cum ea quæ est in domo ipsorum ecclesia.  
apud quos & hospitor, non est in Græco.

*συμερασθε.*

minum amavit amemus, ne simus Apostolicæ execrationis participes, sed digni Apostolicis habeamur tabernaculis. In Christo Iesu Domino nostro cum quo Patri vna cum sanctissimo Spiritu honor & gloria nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

ARGUMENTVM SECUNDÆ EPI-  
stolæ ad Corinthios.

**M**AGNUM quidem emolumentum ceperunt Corinthij ex priore epistola, eorum utilitatem auxerunt etiam omni ex parte optimi & in primis admirabiles, prius quidem Timotheus, post eum autem Titus. Ambo enim ad eos missi sunt. Sed rursus quidam ex Iudæis qui crediderant, dum legalem vitæ institutionem amplecterentur, undique circuncursantes, Apostolicam doctrinam criminabantur, Apostatam ac defectorem & legis uiolatorem Diuum Paulum appellant, & legem seruare omnibus præcipientes. Id ipsum autem etiam Corinthi fecerant. Scribit ergo Diuinus Apostolus, qui iam Macedoniam uenerat, ut erat pollicitus, & primum quidem se excusat quòd nondum uenerit: non quòd non promissum fecisset, promiserat enim se prius uisurum Macedonas, deinde ad eos uenturum. Ita autem dixit in priori. Veniam autem ad uos, cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo. Apud uos autem forsitan manebo, uel etiam hyemabo, ut uos me deducatis quocunque iero. Non hoc ergo fecit præter promissum. Sed cum Ephesi diutius esset moratus, eos moræ suæ causas docet. Ei quoque parcendum esse censet qui flagitium illud admiserat. Deinde ueterem scripturam cum noua comparat, non illam uilipendens, sed hanc esse præstantiorem ostendens. Post hæc suos labores enumerat, non honoris quidem cupiditati deseruiens, sed eos qui illos decipiebant mendacii coarguens, Adhortatur etiam ut sanctis succurrendi curam gerant, eis Macedonas in memoriam reuocando, incitans ad liberalem & splendidam suppeditationem. Recenset etiam suarum perpeffionum catalogum, docens eum esse typum & characterem eorum qui ueritatem prædicant. Hoc est ergo argumentum epistolæ. Eorum autem quæ scripta sunt sententiam accuratius docebit singulorum interpretatio.

INTERPRETATIO SECUNDÆ  
EPISTOLÆ AD CORINTHIOS.



**D**AULVS APOSTOLVS Iesu Christi, per uoluntatem Dei, & Timotheus frater, ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in uniuersa Achaia, Gratia uobis, & pax, à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo. ] Ambo quidem ad ipsos missi sunt, & Timotheus & Titus, sed beatum Titum simul in literis non adscripsit, quia ad eas ferendas eius ministerio uti constituerat, per eum enim misit hanc epistolam. Eos autem Dei ecclesiam nominat, rursus ad concordiam redigens, & Dominum & benefactorem ostendens. Eis autem omnes eos etiam coniunxit qui in gente crediderant, unum corpus esse pronuncians omnes qui salute digni habiti fuerant. BENEDICTVS Deus. ] Hic ponendum est incisum. ET Pater Domini nostri Iesu Christi. ] Est enim Deus noster. Domini autem nostri Iesu pater. Hanc distinctionem docuit nos etiam ipse Dominus, & in facris Euangelis dixit. Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, aperte docens eum quidem esse ipsius Patrem, creatura

**A** creaturarum autem opificii effectorem & Dominum. **PATER** misericordiarum, & Deus totius consolationis. ] Pro eo quod est. A quo miserationes tanquam à fonte profluunt, manatque & scatet misericordia, & pater-na in nos commiseratione utitur. **QVI** consolatur nos in omni tribulatione nostra: Ut possimus & ipsi consolari eos qui sunt in pressura, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à Deo. ] Narrans tentationes quæ ei eue-nerant, ad propulsandas tentationes prius medicamenta posuit; & ostendit Deum vniuersorum exhibere consolationes quæ tentationibus respondeant, ac sint eis commoderatæ. Ita etiam beatus David. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes lætitia affecerunt animam meam. More autem suo modestia vtens, non propter se sed propter populum dixit se consolationem assequi. **QVONIAM** sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. ] Et in passionibus, & in consolatione posuit illud, Abundat, & Abundat, ostendens & illarum, & huius magnitudinem. **SIVE** autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione & salute quæ operatur tolerantiam earundem passionum quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis, scientes quod sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis. ] Vestra causa in omni generis tentationes incedimus. Si enim salutarem prædicationem vobis afferre noluissemus, nemo eas quibus afficimur perpulsionibus intulisset. Sed quoniam vestræ salutis curam gerimus, ab aduersariis quidem quæ sunt molesta & toleratu difficilia suscipimus, à Domino autem Deo consolationem accipimus. Quare & ea & illa ad nos propter vos redeunt. Vos autem estis vtrorunque nobiscum participes, vt qui nostra vobis tribuatis, ac vestra esse ducatis. **NON** enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. ] Multis ostendit periculi magnitudinem. Nam &, Grauati sumus, &, supra vires, & supra modum hoc significat, & ad hæc illud etiam, De vita nostra dubitantes desperaremus. Hoc autem dicit, tantum fuisse periculum, vt dubitantes & exitum non inuenientes etiam de vita desperaremus. Existimo autem eum significare seditionem à Demetrio argentario excitatam. **SED** ipsi in nobis ipsis mortis responsum habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitauit mortuos. ] Sed non permisit Dominus, vt desperationis sententia effectum sortiretur, sed effecit vt minæ mortis non vltra nostram suspicionem procederent, sed in ea sisterent ne nobis ipsis fidamus, sed eius auxilium imploremus. Responsum autem mortis, mortis sententiam vocauit. Valde autem appositè meminit resurrectionis mortuorum, docens perinde esse eum à maximis illis periculis liberasse, & à mortuis suscitasse. **QVI** ex tantis periculis nos eripuit & eruit. ] Deinde tanquam qui haberet pignus eorum quæ futura sunt, subiunxit. **IN** **QVEM** speramus quod & adhuc eripiet. ] Et vt solet modestos esse docens, infert. **AD** **IVVANTIBVS** & vobis in oratione pro nobis. Vt ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. ] Dum enim hoc fit, multi propter nos Deum laudabunt, dum vident nos pericula adire, & ex eis diuino auxilio euadere. **NAM** gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ. ] Nobis autem dicendi libertatem præbet testimonium conscientiæ. Et cuiusmodi est hæc tua conscientia? **QVOD** in simplicitate cordis, & in sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. ] Quæ à diuina gratia inquit docti sumus, ea

δαδά, afflictione  
διὰ τὴν ἀποστασίαν  
ἢ ἀποστασίαν  
αὐτοὶ ἐὰν ἴδωσι  
per consolationem  
em, qua Deus  
nos ipsos conso-  
latur.  
Psal. 93.

ἐπιβόμωσα, affli-  
gimur.  
exhortatione,  
ἀποστασίαν, con-  
solatione.  
Post salutē, græ-  
ce ita est, τὸ ἐνεργε-  
μένον ἐν ὑπομονῇ  
τῶν αὐτῶν παθη-  
μάτων, ὅν ἡμεῖς  
ἀποχρησθῆναι ἢ ἐλπί-  
ῆσαν βεβαία ὑπὸ  
ἡμῶν, εἰ τε ἀποστα-  
σίαν ἔσται ὑ-  
μῶν ἀποστασίαν ἢ  
σωτηρίαν, εἰδότες.  
Que efficitur in  
tolerantia earum-  
dem passionum,  
quas nos etiam  
patimur, & spes  
nostra firma est  
pro vobis Siue  
consolationē ac-  
cipimus pro ves-  
tra consolatione,  
& salute,  
scientes, &c.  
τὰ κατὰ ἡμᾶς οἴκη-  
τέριος.  
ὑπὸ δύναμιν, su-  
pra vires.  
ὅτι ἐξαπορηθῆναι ἡ-  
μᾶς ἢ τὸ ζῆναι. Vt  
etiam de vita no-  
stra dubitantes  
desperaremus.  
Act. 19.

ὅτι ἐν πολλοῖσιν ἐπι-  
πέσοις ἐρρίσθητο ὑ-  
μᾶς, ἢ ῥύσθηται, qui  
ex tantis mortibus  
nos eripuit,  
& eripiet.  
ἐκ πολλῶν περιστά-  
σεων, ex multis  
personis.  
τὸ εἰς ἡμᾶς, quæ  
nobis facta est.  
κατὰ χάριν, gloria-  
tio.  
Dei, non est in  
Græco Theod.  
hoc, non est in  
græco.

nuda omnibus exhibemus, nihil eis proprium admiscentes. Carnalem au- A  
tem sapientiam hic dicit, non eloquentiam, sed malitiam & calliditatem.

αὐτῶν

Tacite autem taxat impostores illos, vt qui prædicationem corrumpere-  
& quæ sibi videbantur prædicarent. NON enim alia scribimus vobis quàm  
quæ legistis & cognouistis. Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis,  
sicut & cognouistis nos ex parte. ] Non enim sicut aliqui conantur,  
nos calumniari, alia quidem sentimus, alia verò prædicamus. Id autem  
testatur rerum experientia. Quæ enim vos præfens docui, ea & absens mit-  
to, & in omne quod deinceps secuturum est tempus me prædicaturum spe-  
ro. Illud autem, Cognouistis ex parte, non temere posuit, sed eos pungens,

καύχουσι, gloria-  
tio.  
Christi non est  
in Græco.

vt qui allatas aduersus eum calumnias non omnino repulissent. QVOD glo B  
ria vestra sumus, sicut & vos nostra in die Domini nostri Iesu Christi. ]  
Vbique suam de se modeste loquendi regulam obseruat. Quinetiam suos  
hic discipulos in eodem secum ordine collocat. Aequè enim & eos dicit de  
ipso, & se de ipsis gloriari, in die aduentus Domini. ET HAC confidentia

Theod. legit χα-  
ράν, hoc est, gau-  
dium, non autē  
χάρι, id est gra-  
tiam.

volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis, & per vos transi-  
re in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci  
in Iudæam. ] Quidam existimarunt Apostolum dixisse sibi ipsi repugnan-  
tia, quoniam in priore promiserat prius videre Macedonas, deinde ad eos  
venire, non attendentes quòd illa quidem erat pollicitus: hic autem suum  
animum aperuit. Dixit enim. Volui prius venire ad vos, deinde per vos, C  
transire in Macedoniam, & rursus illinc ad vos venire, vt secundum gau-  
dium haberetis, hoc est, duplicem lætitiā, vt me bis acciperetis. Sed hoc  
quidem volui, sed me causæ aliquæ prohibuerunt, eas autem paucis expo-  
nit, se pluribus excusans. CVM ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus

ἔσο ὄν βέλου-  
δῆος, hoc ergo  
consultans.  
βέλουμαι, con-  
sulto.  
τὸ ναί, ναί, ἢ τὸ οὐ,  
ὐ. ναί, ἢ, & non,  
non.

sum, aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me, est, & non. ]  
Posuit duo contraria, quorum prius quidem hoc est. Non sum leuis, nec  
meus animus leui momento mutatur, vt nunc quidem hoc, nunc verò illud  
eligat. Secundum autem hoc est. Sed neque animi perturbationi seruiō, vt  
omni modo cupiditatem expleam. Hoc enim dicit, vel quæ consulto, secun-  
dum carnem consulto, vt sit apud me, Næ, næ, & non, non. Qui enim carnis D  
cupiditates sequitur, à propriis cogitationibus trahitur, & si sint in primis  
absurdæ & alienæ: Qui autem prudenter ac moderatè consultat, etsi boni ali-  
quid in animo habeat, si hoc animaduertit, non esse aliis conducibile, con-

τῆ βουλῆ ἢ ἐπιπέδη  
σι τὸ πέρα.

sultum non exequitur. Quòd autem quæ vobis esse vtilia animaduertimus,  
ea prompto & alacri animo offerimus nihil dubitantes, testis est prædica-  
tio. Cum eam enim sæpe vobis exhibuerimus, verba nostra non commutau-  
mus. Hoc enim subiunxit. FIDELIS autem Deus, quòd sermo noster qui  
fuit apud vos, non est in illo, Est, & non, sed est in illo, Est. ] Hoc retulit ad  
illud, Nunquid leuitate vsus sum? ipsos vocans in testimonium, quòd mini-  
mè dubiam ac ambiguam eis prædicationem præbuerit, vt qui eadem sem- B  
per docuerit, & nihil mutare sustinuerit. DEI enim filius Iesus Christus,

κλῆρος ἡμῶν ὁ σπὸς  
ἑμῆς ἐκ ἐγένετο ναί  
ἢ οὐ. Sermo no-  
ster qui fuit  
apud vos non  
fuit næ, & non.

qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Syluanum, & Timotheum,  
non fuit in illo. Est, & Non, sed Est in illo fuit. ] Pro prædicatione posuit  
eum qui prædicatur. Dicit autem sermonem de Dei filio, quem prædicau-  
mus ego, Siluanus, & Timotheus, nullam habuit dissensionem aut dissimili-  
tudinem: nec hæc quidem aliquando, aliquando verò alia prædicauimus, sed  
vobis semper eandem doctrinam præbuimus. Siluanum autem puto Silam  
vocari. Ipse enim fuit cum eo Philippis vinculorum particeps. Ipso etiam re-  
lictò Berræ Macedoniae, Athenas venit. Is cum vnà cum Timotheo venif-  
set Corinthum, ei in prædicatione opem tulit. Porrò autem inuenimus  
etiam

ἐκ ἐγένετο ναί ἢ οὐ,  
ἀλλὰ ναί ἐν αὐτῷ  
γένετο, non fuit  
næ & non, sed  
næ in ipso fuit.

Act. 16. 17.

**A** etiam aliorum nominum mutationes. Etenim Priscillam appellauit Priscam in epistola ad Romanos. **Q**UOTQUOT enim promissiones Dei sunt in illo Est, ideo & per ipsum amen Deo ad gloriam nostram. ] Multæ sunt Dei promissiones, mortuorum resurrectio, corporis à corruptione & interitu remotio, vita nunquam finem acceptura, regnum cœlorum. Sed hæc quidem vniuersorum Deus per vnigenitum filium largitus est. Quamobrem etiam per ipsum gratiarum actionis ei hymnum offerimus. Illud autem Amen, non sine causa hic adiecit, sed docens quod non solus sacerdos orans offert hymnum, sed etiam qui amen adiungit, est glorificationis quæ offertur particeps. **Q**UI autem confirmat nos vobiscum in Christum, & qui vnxit nos Deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. ] Deus autem horum bonorum causa est. Ipse enim nobis firmam in Christum fidem donauit: ipse nos vnxit, & sanctissimi spiritus signaculo dignos duxit, veluti quandam futurorum bonorum arram hanc nobis gratiam largiens. Per arram quidem certè eorum quæ danda sunt nobis magnitudinem innuit. Arra enim est quædam parua pars totius. Deinde docet apertius cur eos quidem priores videre voluerit, post Macedonas autem ad eos venire pollicitus est. **E**GO autem testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis non veni vltra Corinthum. ] Persuadere volens diuinus Apostolus vera esse quæ dicuntur, cum qui est cogitationum inspector in testimonium vocauit. Deinde lenit asperitatem eorum quæ dicta sunt. Erat enim asperum, & minarum plenum, quod eis parcens ad eos venire differebat, & dicit. **N**ON quod dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudii vestri. ] Hoc autem posuit tanquam tacitæ obiectioni respondens. Quia enim verisimile erat dicere aliquos. Quid igitur? eane de causa credidimus, & seruitutem sustineamus: & à te instar Domini caste gemur, necessario subiunxit. Hæc dixi, non tanquam in vos dominatum exercens, sed vt qui sim spiritualis vestri gaudii adiutor. **N**AM FIDE statis. ]

ὅτι αὐτῆς καὶ, ἢ, ἐφ' αὐτῆς τῆς αὐτῆς ἀπορίας ἐξ ἑαυτοῦ δι' ἑμῶν, in ipso nam, & in ipso Amen deo, ad gloriam per nos.

ἀρεσκόμενα, ἀγαθὰ.

ἐκ τῆς ἡλθον, non adhuc veni.

ὡς ὑπορμή.

CAPVT II.

**S**TATVI autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. ] In constructione deest, Quidem, vt sit. Nam fide quidem statis. Hoc autem dicit. De fide quidem minimè vobiscum exoptulo, eius enim sanitatem amplexi estis, sed quædam alia peccata à vobis admittuntur, quæ aliqua correctione indigent. Non consultius autem existimaui, vt ad vos veniens eos qui peccant tristitia afficiam. Illud autem, iterum, cum præsentia, non cum tristitia, coniunctum est. **S**I ENIM ego contristo vos: & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me. ] Quid me æquè exhilarat, ac sensus eorum qui accusantur? ex eo enim facio coniecturam vtilitatis quæ inest in reprehensione. **E**T HOC quidem scripsi vobis: vt non cum venero tristitiam super tristitiam habeam de quibus oportuerat me gaudere, confidens in omnibus vobis quod meum gaudium omnium vestrum est. ] Ideo meæ literæ meum aduentum anticiparunt, vt cum per illas fuerit adhibitum remedium, id mihi lætitiæ conciliet. Huius autem vos quoque estis participes, vt qui nostra vestra esse ducatis. **N**AM ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi ad vos per multas lachrymas, non vt contristemini: sed vt sciatis quam charitatem habeo abundantius in vobis. ] In prioribus literis eos vehementius tetigerat. Docet ergo se non ea ideo solummodo scripsisse, quod eos vellet dolore afficere, sed vt eorum qui peccauerant melam procuraret, propter quos etiam maximum dolorem accepit, & audacter ad eos scripsit, quam in eos animi affectione & tristitiæ causam indicans: **S**I quis autem contristauit me, non me contristauit, sed ex parte, vt

εἰ ἴδω ὑμᾶς λυπῶ ἔμεις ἢ τίς ἔστιν ὁ ἐπαραινῶν ἡμᾶς, εἰ μὴ ὁ λυπόμενος ἐξ ἡμῶν. Si enim ego vos tristitia afficio, quis est qui me lætitia afficiat, nisi qui à me tristitia afficitur. super tristitiam, non est in Græco Theod.



ὡς μὴ ἐπιβαρῶ, ne  
grauem.

ἐπιμύλα, incre-  
patio.  
ὡς τὴν ἐναντίον ἡμῶν  
vt contra nos.

ῥογοῦμαι ὑμῶν  
rogo ergo vos.

χρησίζετε, do-  
natis.

ἃ ἰδὼ ἕως ἐπιμαρ-  
τυροῦμαι, ὡς καὶ χρε-  
μαί δι' ἡμῶν. Nā  
& ego si quid ali  
cui donauī, do-  
nauī propter  
vos.  
ἵνα μὴ πλεονεκ-  
τήσω ὑμῶν ὡς ἐπι-  
μαρτυροῦμαι, ne à satana  
propter eius plu-  
ra habendi cupi-  
ditatem inuada-  
mur.

εἰς εὐαγγέλιον, in  
euangelium.  
ἀποπέμψας αὐ-  
τῶν εἰς ἀποπέμψας  
eis dimissis.

ἡριαμβεύοντι μῶν,  
qui nos facit  
triumphare.  
γνώστω, cogni-  
tionis,

non onerem omnes vos. ] Voluit quid maius dicere, & ostendere totum **A**  
corpus ecclesiae esse doloris particeps. Sed aliis relictis, eorum tantum memi-  
nit. Id enim significat illud, Ex parte, & hoc, Ne grauem. Deinde paternam  
beneuolentiam aperit **SUFFICIT** illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc,  
quæ fit à pluribus, ita vt e contrario magis donetis, & consolemini, ne forte  
abundantiori tristitia absorbeat qui est eiusmodi. ] Ostendit quidem ve-  
hementem fuisse pœnitentiam, dicens abundantiore tristitiam; remissio-  
nem tamen vocat **χάριμ**, hoc est gratiam, ostendens peccatum fuisse maius  
pœnitentia. Ostendit autem etiam Corinthiorum studium. Sufficit enim  
inquit, illi qui est eiusmodi, obiurgatio ipsa quæ fit à pluribus. Omnes enim  
iplum auersabantur, vt iusserat. Tantum vel scribendo valebat tabernacu- **B**  
lorum opifex, propter eam quæ in ipso habitabat virtutem. Absorberi au-  
tem, appellauit Desperare, & à fide omnino deficere. **PROPTER** quod ob-  
secro vos, vt confirmetis in illum charitatem. ] Vnite membrum cor-  
pori, adiungite ouem gregi, vehementem eius animi affectionem suscipite.  
**IDEO** enim & scripsi vobis, vt cognoscam experimentum vestrum, an in  
omnibus obedientes sitis. ] Oportet enim vos non solum secanti sed etiam  
coniungenti opem ferre. **CVI** autem aliquid donastis, & ego: ] Quando  
pœnam quidem imponentem in eum tulit sententiam, non dedit eis faculta-  
tē vt ei villo modo parcerent, quoniam videbat eos non ex æquo tenere iu-  
stitiæ trutinam. Sed postquam rescuit eos vtilitatem cepisse ex iis quæ ad **C**  
eum scripserat, dat eis potestatem ostendendæ munificentiae, & dicit. **CVI**  
autem aliquid donatis, & ego. Nam & ego quod donauī, siquid donauī pro-  
pter vos. ] Innuit autem id quod dicit, eos per beatos viros Timotheum  
& Titum pro eo qui peccarat rogasse. Et ne quis existimaret eum propter  
gratiam hominum iustitiæ curam gerere, subiunxit. **IN PERSONA** Chri-  
sti. ] Hoc, inquit, facio, tanquam intuente Christo, & quod sit gratum  
habente. Dicit autem etiam causam. **VT** non circunueniamur à Satana,  
non enim ignoramus cogitationes eius. ] Scit enim capitalis hominum ho-  
stis ei etiam desperationis cogitationes sæpe numero immittere, & ra-  
tione exitium moliri. Cùm hæc sic interposuisset, ad propositæ narrationis **D**  
seriem reuertitur. Cùm enim quæ sibi in Asia accidissent narraffet, coactus  
est dicere quàm sincerè eis diuinum prædicarit Euangelium. Porro autem  
suam quoque in illos dilectionem hinc aperuit, dicens se voluisse eos vide-  
re ante Macedones. Deinde cum dilationis causas exposuisset, & tristitiam  
in memoriam reuocasset, & eum qui ab ecclesia seperatus fuerat rursus in  
numerum retulisset, ad narrationis seriem reuersus est. **CVM** venissem au-  
tem Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi esset apertum  
in Domino, non habui requiem spiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum  
fratrem meum: sed vale faciens eis profectus sum in Macedoniam. ] Cum  
venissem, inquit, Troadem non alia de causa quàm vt Euangelium prædica- **E**  
rem, valde sum cruciatus animi, cum viderem multos prædicationis gratia  
accedere, nec haberem ad illorum curam gerendam adiutorem, non dum  
enim Titus ad nos venerat, quem vestræ vtilitati prouidens, ad vos mise-  
ram. Quamobrem vt qui laborum socium non haberem, eis relictis abii. Bea-  
tissimi autem Titi non frustra in præsentia meminit. Sed quoniam is literas  
erat laturus, voluit viri virtutem ostendere. Hoc autem satis docuit, cum  
dixit, quòd illo absente, licet multi ad prædicationem accederent, eorum  
quæ erant necessaria nihil facere potuit. Ea de causa & fratrem eum nomi-  
nauit, & pronomem adiecit, germanum esse docens. **DEO** autem gratias,  
qui semper triumphat, nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manife-  
stat

**A** stat per nos in omni loco. ] Sed per omnia Deum laudamus, qui nostra sapienter dispensans, nos huc & illuc circumagat, nos omnibus manifestos efficiens, & per nos pietatis cognitionem exhibens. Odorem autem cognitionis appellavit presentem cognitionem, nos duo simul docens, & quod ea sit perfecte cognitionis parua pars, & quod illa quidem nunc latet, in tempore autem apparebit, inftar incensi aut suffitus, qui saepe in aliquo thalamo igni admotus, etiam foras suauem odorem emittit. Qui autem sunt eius participes, illum quidem non vident, odore tamen fruuntur. **QVIA** Christi bonus odor sumus Deo: in iis qui salui sunt, & in iis qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitae in vitam. ] Nos autem Christi bonum odorem omnibus prebemus, sed non omnes qui sunt eius participes, salutem assequuntur. Male enim affectis oculis lux est incommoda & infesta. Sol tamen non affert incommodum. Ferunt etiam vultures fugere vnguenti fragrantiam. Vnguetum tamen est vnguentum, etiam si id vultures defugiant. Ita etiam salutaris predicatio iis quidem qui credunt salutem procurat, iis vero qui non credunt affert exitium. **ET AD** haec quis tam idoneus? ] Haec autem non nos recte facimus, sed per nos gratia spiritus. Nos. n. ne hoc quidem ministerio nos dignos existimamus. **NON** enim sumus, sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. ] Hic deinceps contra aduersarios contendere adgreditur, & docet, quod ipse quidem tradit doctrinam, quae a diuina gratia proficiscitur. Illi autem diuinum sermonem cauponantur, eum fabulam efficientes, & sua cogitata gratiae admiscentes, quemadmodum qui vinum purum aqua miscent, sicut est in Prophetia, quae dicit. **Esa. 1.** Caupones tui vinum aqua miscent. Deinde quoniam illos quidem tetigit, de se vero vera praedicauit, necessario subiunxit.

Tam in Graeco non habetur.

καταλύοντες, καυπονantes.

Esa. 1.

CAPVT III.

**I**NCIPIMVS iterum nosmetipsos commendare? ] Non. n. nostrum erat haec dicere, sed vestrum, qui & nostra, & quae ad illos pertinent, recte scitis. Et rursus pergit sua oratione pungere. **AVT** nuquid egemus, sicut quidam, comendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? ] Per haec significat, quod quidam ex illis impostoribus & per alios se ipsis commendarunt, & rursus ab ipsis comendatitiis ad alios epistolis instructi, iter ingressi sunt. Et quoniam ea quae dicta sunt ad eos taxandos sufficiunt, per ea quae consequuntur medicinam exhibet, dicens. **EPISTOLA** nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quae scitur & legitur ab omnibus hominibus. ] Nos non opus habemus literis, res enim ipsae ferunt nobis testimonium, & animatam habemus epistolam, quae vobis nostra commendat, fidem nostram, quae vbiq. in terra & in mari decantatur. Nos enim vos ab errore liberantes, ad lucem Dei cognitionis adduximus. Id enim significant ea quae consequuntur. **MANIFESTATI** quod epistola estis Christi, ministrata a nobis. ] Et quid dico nostra? Ipsius enim Seruatoris nostri estis epistola. Ipsius enim sunt verba praedicationis, nos autem ministri literarum. **ET SCRIPTA** non atramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. ] Iis relictis qui contraria docebant, ad res transit, & docet differentiam vtriusque testamenti. Illud enim in tabulis lapideis insculptum est: hoc vero in cordibus rationis participibus. **FIDUCIAM** autem talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. ] In tempore, Dei vniuersorum meminit, quoniam qui contraria praedicabant, dicebant Deum exigere legis observationem. Dicit ergo. Nos in Deo vniuersorum fiduciam habemus, cum Christus

non est, sed in

ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν, aut a vobis commendatitiis

Nostra, graece ὑμῶν vestra. γινεσκαίμην quae cognoscitur.

ἠγγεγραμμένη, inscripta. σαρηνῶν, carnis

θεοῦ ἡμῶν

nobis hanc fiduciam dederit. Non nobis de nobis ipsis placemus, nec ex propriis cogitationibus contextentes, prædicationem afferimus. **SED SUFFICIENTIA** nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non literæ, sed spiritus. ] Ipse enim vniuersorum Deus sufficientem suppeditauit potestatem, vt gratiæ spiritus inseruiremus. Non enim veteres legis literas afferimus, sed nouum donum spiritus. **LITERA** enim occidit, spiritus autem viuificat. ] Vtraque à fine posuit, eos enim qui transgrediebantur lex puniebat: gratia autem eos qui credunt viuificat. Deinde ea inter se apertius comparat. **QVOD** si ministratio mortis in literis, deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filii Israël in facie Moyfi propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? ] Ministrationem legis vocauit ministrationem mortis, quoniam lex puniebat eos qui transgrediebantur. Si ergo, inquit, vbi supplicium, & mors, & literæ lapidibus insculptæ, qui ea afferbat, tantam in vultu gloriam acceperat, vt qui videbant non ferrent splendorem qui ex eo emicabat: multo magis qui diuino spiritui seruiunt, fruuntur maiori gloria. Ministrationem enim spiritus vocauit eos qui spiritui seruiunt: sicut rursus ministrationem mortis, eos qui legi seruiuerunt, hoc est, Mosen. Confert enim Mosen & prædicatores gratiæ, & ostendit illum quidem attulisse scriptas tabulas: hos autem præbere gratiam sanctissimi spiritus: & legem quidem punire, spiritum autem viuificare: & quæ illi quidem adfuit, gloriam breui tempore durasse: horum autem gloriam manere in æternum, & illic quidem solum Mosen fuisse gloriæ participem, hic autem non solos Apostolos, sed eos etiam qui per eos crediderunt. Deinde ea fusius confert, vt gratiam longè superare ostendat. **NAM SI** ministratio damnationis in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. ] Lex eos qui peccabant condemnabat, gratia autem eos suscipiens, per fidem iustificat, ad diuinum enim baptismum adducit, & donat remissionem. Si ergo qui illi seruiit fuit gloriæ particeps, multo magis qui huic, nempe gratiæ, seruiuerunt, maiorem assequentur. **NAM NEC** glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. ] **Tanta** est enim ea gloria, quæ est eis adseruata, vt ne gloriam quidem fuisse dixerit quispiam eam quæ Mofi adfuit, si ad hos respiciat. Noctu enim lumen lucernæ videtur splendidissimum: meridiæ autem absconditur, & nelumen quidem esse putatur. Deinde etiam aliter. **SI ENIM QVOD** euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, est in gloria. ] Legem vocauit id quod est otiosum & inane, vt quæ Christi Domini aduentu cessauerit: **Quod** manet autem, donum gratiæ, utpote quod non sit finem accepturum. Si ergo illud, inquit, gloriam consecutum est: videlicet hoc etiam multiplicem assequetur. **HABENTES** igitur talem spem, multa fiducia vtimur. ] Scimus gloriæ magnitudinem, & nihil dubitamus, aut vlla suspitione mouemur: sed liberè ostendimus quanta sit gratiæ excellentia. **ET NON** sicut Moyfes ponebat velamen super faciem suam: vt non intenderent filii Israël in faciem eius quod euacuatur. ] Non opus habemus velamine, sicut ille, cum fidelibus enim loquimur. Omnes enim qui credunt, intelligentis lucis splendore fruuntur. Significat autem id quod dicitur, quod Iudæorum incredulitatem diuinans diuinissimus Moyfes, velo faciem obtegebat, docens quod legis finem minimè videre poterunt. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Hoc est enim, inquit, ad hoc ne filii Israël intendant oculos ad finem eius quod otiosum & inane redditur. Otiosam enim & inanem legem esse dicit, hoc

ἀνεπίστατον, im-  
pressa.  
ἀνεπίστατον, oculos  
intendere.  
καταργηθέντων,  
quæ otiosa & in-  
efficax redditur

ὁμοίως ὡς ἡ  
ἐπιπέταται

ὡς ἡ ἐπιπέταται  
ἐπιπέταται

ὡς ἡ ἐπιπέταται  
ἐπιπέταται

in gloria, in non  
est in Græco.  
abundat non est  
in Græco.

ὡς ἡ ἐπιπέταται  
ἐπιπέταται

καταργηθέντων,  
quod otiosum &  
inane efficitur.  
ἀνεπίστατον.

μὴ ἀνεπίστατον, nō in-  
tenderēt oculos  
καταργηθέντων,  
quod otiosum &  
inane redditur.

**A** hoc est, cessare, finem autem eius quæ otiosa & inanis efficitur, eam esse qui sub lege prædicatur, hoc est Christum. Deinde ostendit veritatē libertatis. **S E D** obcæcati sunt sensus eorum. ] Non quòd aliquis alius eos obcæcauerit, sed ipsi sua sponte & libera voluntate eā affectionē susceperūt. **V S Q V E** in hodiernum. n. diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. ] Lex in hodiernū vsq. diem Mosis habitum induit: & imponitur velamen iis qui absq. fide eam legere adgrediuntur. **S E D** vsq. in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. ] Legem Mosem appellauit, velamen autem incredulitatem. Porro autem docet etiam quo modo auferri possit velamen. **C V M** autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. ] Quando cum populo quidem loquebatur, velum habebat impositum. quando autem ad Deum accedebat, auferebat velamen. Ita ergo tu quoque si ad Dominum respicere volueris, ab incredulitatis velamine liberaberis. Quis est autē is ad quem oportet respicere? **D O M I N V S** autē spiritus est. ] Ostendit Deum & spiritum esse honore æquales. Moyses. n. visum ad Deum conuertit, nos autem ad spiritum. Neq. verò cum vellet ostendere noua esse veteribus præstantiora, spiritus mentionem fecisset, si spiritū sanctum creaturam esse sciuisset. Si est. n. creatura, vt volunt Arriani & Eunomiani, nos autem ad eum accedimus, Moyses autem ad Deum & Patrē; nostra ergo longè sunt minora veteribus. Sin autem sunt non minora, sed etiam maiora, atque adeò multo maiora, non est ergo, spiritus sanctus creatura, sed æqualem habens honorem & potestatem. Sed enim impudenter dicunt Dominum hoc in loco spiritum appellari, non ipsum spiritum Dominum. Hoc autem inscitia & impudentia plenum est. Diuinus. n. Apostolus fecit omnino comparationem spiritus & literæ. In scripta. n. inquit, non a tramento, sed spiritu Dei viui. Et rursus. Non literæ, sed spiritus. & iterum. Litera enim occidit: spiritus autem viuificat. Et denuo. Quomodo non ministratio spiritus erit in gloria? Clarum est ergo quòd sanctissimum spiritum non vocauit Dominum sanctissimus Apostolus. Testatur autem etiam quæ sequuntur. Dicit. n. **V B I** autem spiritus Domini, ibi libertas. ] Si autem Dominum spiritum appellasset dixisset, Vbi autem Dominus: Sed non ita dixit, sed ipsum Domini spiritum appellauit, quoniam per ipsum eius suppeditata est gratia. Et ne quis ipsum administrum esse putaret, necessario adiecit spiritum esse Dominum. **N O S** verò omnes reuelata facie gloriam Domini specularantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquàm à Domini spiritu. ] Moyses solus fruebatur gloria, hic autem, omnes qui credunt. Ille habet tegumentum, propter Iudæorum imbecillitatem. Nos autem qui fidelibus doctrinam exhibemus, non opus habemus tegumēto, sed nuda facie gloriam Domini tanquam in speculo cernimus, etenim incredulitatis lema minime sumus impediti. Illinc autem non paruum gloriæ splendorem trahimus. Id autem est propter eorū qui mundum cor possident. **Q u e m a d m o d u m.** n. aqua perspicua, eorū qui inspiciunt aspectū, & ipsius Solis circulum, & cœlorum conuexa effingit: ita etiam cor purum fit diuinæ gloriæ veluti quoddam speculum, quod eam refert & exprimit. Ita etiam dixit Dominus. Beati qui sunt mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. A gloria autem dicit diuini spiritus, in gloriam nostram, Pro eo quod est, illinc accipimus. Hoc. n. subiunxit, tanquàm à Domini spiritu. Et hinc etiam manifestum est quòd antea quoq. spiritū Dominum appellauit.

CAP. III.

**I**DEO HABENTES hanc ministracionem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficiamus. ] Apertè docuit se ministratio-

νοήματα cogitationes.

ἐν ἡμῶν ἀνοήτων

ἠνείμα δ' ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἀνοήτων  
ἐν ἡμῶν ἀνοήτων  
ἐν ἡμῶν ἀνοήτων  
ἐν ἡμῶν ἀνοήτων  
ἐν ἡμῶν ἀνοήτων  
ἐν ἡμῶν ἀνοήτων  
ἐν ἡμῶν ἀνοήτων  
ἐν ἡμῶν ἀνοήτων  
ἐν ἡμῶν ἀνοήτων

καθὼς ἐν ἡμῶν,  
veluti in speculo  
cernentes.

ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν

ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν

ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν, nō  
ignauī, pusilloq.  
& abiecto ani-  
mo sumus, καὶ οὐκ  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν  
ἐν ἡμῶν ἐν ἡμῶν

ἀπειθεῖς reie-  
cimus.

Philip. 3.

δολοῦντες, dolose  
tractantes.  
διότι οὐκ εἶναι ἐν  
spectu Dei.

Matth. 7.  
Matth. 13.

Ioan. 14.  
nostrum nō est  
in Græco The.

Colr. 4.

ὁ ἰπὸν ἐν ἑσπέρῳ  
ὅτις ἀμύση, qui  
dixit, vt ex tene-  
bris lux luceret.  
τὸ δόξαι gloria.

ἴσθον hunc.  
ἐκπεπλησμένον  
exuperantia, eminen-  
tia.

nem spiritus appellasse prædicatores. Dicit autem se per solam Dei benigni-  
tatem eam esse consecutum. Quamobrem, inquit, molesta & aduersa, quæ  
nobis accidunt, forti & generoso animo ferimus. SED abdicamus occulta  
dedecoris. ] Dicit circumcisionem, quam qui ex gentibus crediderant,  
prædicabant. Hoc etiam alibi dicit. Sed quæ erant mihi lucra, ea existimaui  
propter Christum detrimentum. Et rursus. Verum etiam omnia reiectamen-  
ta existimo, vt Christum lucrifaciam. NON ambulantes in astutia, neq. adul-  
terantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis cōmendantes nosmet-  
ipsos, ad omnem conscientiam hominum coram Deo. ] Illos rursus arguit quod  
legis admixtione diuinam prædicationem corrumpat, & vtantur calliditate,  
& doctrinam non simpliciter tradant. Nos autem, inquit, veritatis testes ha-  
bemus, & homines, qui sapiunt recteque sentiunt, & eum ipsum qui inspicit  
cōscientiam. Deinde quoniam dixerat, Nos vero omnes reuelata facie glori-  
am Domini tanquam in speculo repræsentamus: erant autem multi quos im-  
pediebat lema incredulitatis, & qui diuina intueri non poterant: necessario  
subiunxit. QVOD si etiam opertum est Euangelium nostrum; in iis qui per-  
eunt est opertum. ] Et superius dixerat. Alius odor mortis in mortem: alius  
odor vite in vitam. IN quibus Deus. ] Hic ponendum est incisum. HVIVS  
sæculi excæcavit mentes infidelium vt non fulgeat illis illuminatio Euange-  
lii gloriæ Christi qui est imago Dei. ] Ostendit incredulitatem esse hoc sæ-  
culo circumscriptam. In alia. n. vita nuda omnibus veritas ostenditur. Deus  
autem eos excæcavit, non quod ipse eis incredulitatem immiserit, sed cum vi-  
disset eorum incredulitatem, non permisit vt viderent occulta mysteria. Ne de-  
deritis, inquit, sancta canibus: nec ieceritis margaritas ante porcos. Et rur-  
sus. Propterea in parabolis loquor eis, quod videntes non vident, & audien-  
tes non intelligunt. Agnitione. n. & fide opus est, vt sint lucis participes. Im-  
becillis. n. oculis Sol est inimicus. Christum autem Dei imaginem, vt pote  
Deum de Deo, appellauit. In seipso. n. Patrem ostendit. Quamobrem dicit.  
Qui me vidit, vidit Patrem. NON enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum  
Christum Dominum nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum. ] Hoc  
etiam dixit in priore. Ita nos existimet homo, sicut ministros Christi, & di-  
spensatores mysteriorum Dei. Hic autem multo humiliter de se locutus est,  
non solum. n. se Christi seruum, sed etiam fidelium, appellauit, propter suum in  
ipsum amorem. Hoc. n. dixit illud, per Iesum. QVONIAM Deus qui dixit de  
tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminatio-  
nem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Iesu. ] Qui olim, inquit, verbo lu-  
cis naturam produxit, & dixit, fiat lux, is nunc non illa, sed sua mentes nostras,  
illustrauit, vt ipsius gloriam per ipsum Christum aspiceremus. Illud autem,  
in facie Iesu Christi, hunc habet sensum. Quoniam diuina natura sub aspe-  
ctum non cadit, per sumptam humanitatem diuina luce resplendentem, &  
fulgura emittentem, aspicitur, vt licet. Hinc autem etiam manifestum est,  
quod Deus incredulis incredulitatem non immisit, qui intelligentis lucis  
splendorem omnibus abunde præbuit: sed ipsi quidem dilexerunt increduli-  
tatem, ipse autem eis, cum nolent aspicere, radium non præbuit. HABEMUS  
autem thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei, &  
non ex nobis. ] Quandoquidem magna erant quæ de noui testamenti præ-  
dicatoribus dicta sunt, grauissima autem ac difficillima sustinere videban-  
tur, necessario docuit quod ea etiam Dei potentiam prædicant, & thesau-  
ro quidem comparat spiritus gratiam quæ data est: testæ autem, naturam  
corporis. Hoc autem signum est maximum Dei potentia, quod cum ipse in-  
numerabiles plagas acceperit, thesaurum tamen non perdiderit. Deinde  
tentatio

**A** tentationum recenset catalogum, & quod eis respondet Dei ostendit auxilium. **IN** OMNIBVS tribulationem patimur, sed non angustiamur, aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, humiliamur, sed non confundimur, deiicimur, sed non perimus. ] Si enim nihil horum nos inuaderet, non esset ostensa diuinæ potentiae magnitudo, sed quia videmur esse similes arboribus, quæ in igne germinat per hoc quod patientes illæsi seruamur, nos protegentis Dei potentiam prædicamus. Illud autem; Aporiamur, sed non destituimur. Pro eo quod est, In rebus difficilibus, & quæ nullum videntur habere exitum, nos viam salutis inuenimus. **SEMPER** mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. ] Ita etiam dicit alibi. Si compatimur, vt & conglorificemur. **SEMPER** enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. ] Ea autem de causa mortifera pro Domino pericula lubenter adimus, vt & vitæ eius simus participes & eam quæ est ad tempus vitam dantes, incorruptionem carnis adipiscamur. Illud autem, semper, est ad perfectam compositionem. Voluit enim dicere, Nos enim qui viuimus. **ERGO** mors in nobis operatur; vita autem in vobis. ] Pro vestra. n. salute pericula adimus. Cum periculis. n. vobis doctrinam tradimus. Nobis autem periclitantibus: vos vita fruimini.

**C** Quoniam autem immortalis vitæ meminit: ea autem in spe versatur: quod autem speratur non videtur; Propheticam vocem in memoriam reuocat, docens etiam sanctos, qui olim fuerunt, fuisse fide illustratos. **HABENTES** autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur. ] Admodum autem appositè adduxit testimonium. Cùm enim beatus David in præcedente Psalmo dixisset, Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Placebo Domino in regione viuentium: non videbatur autem ipsa regio; incipiens versiculum qui sequitur, dixit. Credidi, propter quod locutus sum. Idem autem, inquit, spiritus & per illos locutus est, & per nos loquitur. **SCIENTES** quod qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum. ] Dominus omnium gratia mortem subiit, vt omnes cum eo simus resurrectionis participes. Credimus ergo quod nos etiam per ipsum efficiet morte potentiores, & nos & vos simul adducet ad tribunal pertimescendum. **OMNIA** enim propter vos. ] Credentes scilicet. Non dixit enim solummodo de Corinthiis: sed dixit de omnibus qui dogma susceperunt. **VT GRATIA** abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei. ] Communis enim salutis curam gerens, dispensationem Christi Domini procurauit. Oportet ergo ei assiduè hymnis gratias agere. **PROPTER** quod non deficimus. ] Non sumus remissi, nec pusillo & abiecto animo, sed omnia fortiter ferimus. **SED LICET** IS QUI foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diem. ] Maximum enim lucrum facit anima quæ animi magnitudine vititur. Deinde cum bonis quæ expectantur confert vitæ præsentis molestias. **ID ENIM** QVOD in præsentia est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. ] Et per hoc quidem, in momento ostendit quàm sit breue & ad tempus exiguum. Conferendo autem opponit ei quod est, in momento, hoc, nempe æternum. Leui autem & molli, graue, hoc est, id quod est maximi pretii, ei autem quod est supra modum,

ἐν παντί θλιβόμενοι, ἀλλ' ἢ στενοχωρούμενοι, ἀπορούμενοι, ἀλλ' ἢ ἐξαρνούμενοι. In omnibus afflicti, sed non ad angustias redacti, rerū quidem difficultate & inopia pressi, sed non se expediendi ratione destituti. Humiliamur, sed non confundimur, nō est in Græco Theod. κυρτοῦ ἰσθῶ, Domini Iesu. ἐν τῷ σώματι ἡμῶν in corpore nostro. Rom. 8.

Psal. 115.

Psal. 115.

Psal. 114.

τὸ ἔλαττόν μου, vt placeam.

cum Iesu, διὰ ἰησοῦ, per Iesum. ἵνα ἡ χάρις πολλοῦ ἀσίου διὰ τῶν πολλῶν γὰρ τῶν χάριτος ἰσθῶ περιεσφύσῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. Vt gratia quæ abundauit, per multorum gratiarum actionē redūdet in gloriam Dei. διὸ ἐν ἐπιγαυδίῃ, Quapropter nō segnes & ignaui sumus. τὸ ἴδιον ἄγνωστον ἐλαττόν τὸ διὰ τῆς ἡμῶν κατὰ τὸ ἄγνωστον ἐλαττόν δὲ ἡμῶν ἐργάζεται ἡμῶν. Quod. n. an momento leue est afflictionis nostræ supra modum, ad exuperationem æternam gloriæ pondus nobis efficit

μη θεωρησάντων, non considerantibus, & tāquam scopum proponentibus nobis.

τὸ σκηνώσιον, tabernaculi.

τὴν ἀθάνατον, cœlestem.

ἐπιπέθειον ἡμῶν, habitaculum nostrum.

ἐπιπέθειον, ἀπὸ τοῦ ἐπιπέθει, exiii, sed superindui.

ὁ δὲ θεὸς ἀρεθίσθη, qui etiam dedit nobis arram.

παρῶντες id est fidentes. ἀσθενήσαντες ὡς τὸ σκηνώσιον, versantes in corpore. παρῶντες ὡς τὸ σκηνώσιον, confidimus autē & melius ducimus. παρῶντες esse, ἀσθενήσαντες ἀπὸ τῆς ἐξουσίας, versari apud Dominum.

ὡς ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τῆς ἐξουσίας, ve illi grati sumus.

ad exuperationem, afflictioni autem, non remissionem, sed gloriam, quæ quidem sunt multo maiora. Et quoniam hæc quidem videbantur, illa autem non apparebant, merito adiecit. NON contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna. ] Ad tempus autem sunt non solæ afflictiones, sed etiam remissiones vitæ præsentis. Non oportet ergo in iis quæ sunt caduca hærere, & mentem in eis defigere, sed æternorum bonorum & fruitionem expectare

CAP. V.

SCIMVS ENIM quòd si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluitur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cœlis. ] Terrestram domum appellat, huius præsentis vitæ tractionem: Tabernaculum autem corpus. Si ergo, inquit, finem acceperint præsentia, habemus domum non manufactam, æternam, cœlestem. Etenim terrestris quidem cœlestem opposuit: ei autem quæ dissoluitur, æternam, ei autem quæ ab hominibus constructa est, non manufactam. NAM ET in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est superindui cupientes. ] Habitaculum hoc in loco vocavit incorruptionem. Ipsum autem de cœlo dixit, quoniam donum illinc ad nos demittitur. Non dixit autem. Indui, sed, superindui, quandoquidem non alio corpore induimur: sed hoc quod est corruptioni & interitui obnoxium, incorruptionem induit. SI tamen vestiti, & non nudi inueniamur. ] Omnes enim homines incorruptionis indumento amicientur: sed non omnes erunt diuinæ gloriæ participes. Nudos autem eos appellat, qui sunt nudati gloria, inter quos se ipsum quoque collocavit Apostolus, docens & Corinthios, & omnes homines vti moderatione. NAM & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri. ] Ingemiscimus autem, non à corpore liberari cupientes, sed ab eius affectionibus & perturbationibus liberi esse desiderantes. Non enim corpus exuere, sed incorruptionem induere concupiscimus. Sciemus autem quomodo hoc erit. VT ABSORBEATUR quod mortale est à vita. ] Quemadmodum lux exoriens facit tenebras euanescere: ita etiam vita, in quam non cadit exitium & interitus, omnino tollit ac dolet corruptionem & interitum. QUI autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. ] Nostra è superis effector sic dispensauit, & cum videret Adæ transgressionem, medicamentum vulnere conueniens parauit. Ipse etiam nobis arram spiritus largitus est. Hoc autem posuit, ex miraculis quæ fiebant per spiritum, veras esse de futuris promissiones ostendens. AVDENTES igitur semper, & scientes quòd dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus, & non per speciem. Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dominum. ] Non dicit quòd longè sumus à Domino, dum sumus huic mortali corpori coniuncti: sed quòd nō videmus nunc ipsum corporeis oculis, tunc autem & videbimus, & simul cum eo versabimur. Nunc enim, inquit, non videmus eas res quæ expectantur: sed eas per solam fidem cernimus, & propterea etiam desideramus ab hoc corpore excedere, & cum Domino versari. Docet autem per hæc, non timere mortem, sed hinc discessionem facile & toleranter ferre. ET IDEO contendimus, siue absentes, siue præsentem, placere illi. ] Non sufficit enim fides ad salutem, sed conuenit benefactorem in omnibus colere & obseruare. Hoc autem Contendimus, posuit pro eo quod est, studium & animi alacritatem adhibemus. Ostēdit autem etiam alia ratione esse necessariam virtutis possessionem. OMNES enim nos manifestari

**A** nifestari oportet ante tribunal Christi. ] Non dixit, listi, sed, manifestari. Sufficit autem hoc & ad eos qui mala sua non sentiunt admonendos, vt suorum peccatorum vulneribus medeantur, vt nō ea fiant manifesta omnibus. Et rursus alia ratione auget metum. **V**T REFERAT vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. ] Cū sit enim iustus iudex, pro iis quæ in vita gesta sunt, dabit vnicuique conuenientem remunerationem. Simul autem ostendit tam quæ honorantur, quàm quæ puniuntur, animas vna cum corporibus retributionem accipere. **S**CIENTES ergo timorem Domini, hominibus suademus. Deo autem manifesti sumus. ] Hunc timorem impendentem habentes, eos qui de nobis falsas habent opinionones, corrigere conamur, & nostra quomodo se habeant docere, licet rectè sciamus vniuersorum Deum omnia inspicere. **S**PERO autem & in conscientis vestris manifestos nos esse. ] Existimo autem vos nostra non egerere oratione, vt qui institutum & scopum nostrum rectè sciatis. **N**ON iterum commendamus nos vobis: sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non corde. ] Eos rursus sibi conciliauit, eis de sua in ipsum affectione ferens testimonium, non, inquit, nostra causa hæc dico, sed vt sciatis quomodo vos oportet vestrum Doctorem defendere, & aduersarios mendacii convincere, qui veste duplici induti sunt, & alia quidem sentiunt: alia verò loquuntur. **S**IVE enim mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, vobis. ] **σωφροσύνη**, hoc est temperantiam, seu moderationem, appellauit humilitatē **ἰκτασι**, hoc est mentis excessum, narrationem eorum quæ rectè gesserat. Vtraque autem, inquit, facio, recta ductus ratione. **C**HARITAS enim Christi vrget nos: aestimantes hoc, quòd si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. ] Hæc rursus priori consequentia coniunxit. Cū enim dixisset, Et ideo contendimus siue presentes, siue absentes, placere illi, necessario ostendit causam dilectionis. Incendimur, inquit, dilectione in Christum, reputantes quòd cum nos omnes morti essemus obnoxii, solus pro nobis mortem subiit, vt spiritus vitam nobis procuraret. Qua de causa iustum existimauimus ei viuere, & nostram vitæ rationem ex eius legibus instituere, etenim nos ei hoc debemus. **I**TA QVÆ nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. ] Cū enim morte Domini mortem dissolutam esse didicerimus, nullum deinceps hominem mortalem esse scimus. Et si enim ipse quoque Dominus habuit corpus patibile, tamen post passionem, id à corruptione, interitu, & morte alienum effecit. **S**I QVÆ ergo in Christo noua creatura, vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua. ] Oportet ergo eos qui Christo crediderunt, tanquam in noua aliqua creatione vitam instituere, per sanctissimum enim baptismum renouati, peccati senium exuimus. **O**MNIA autem ex Deo qui nos reconciliauit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium recōciliationis. ] Dei ineffabilem benignitatem ostendit. Non enim inquit ipse nobis reconciliatus est. quamuis ipse esset qui per transgressionem iniuria erat affectus, sed nos sibi reconciliauit, non hominem intercessorem adhibens, sed vnigenitum filium pacis intercessorem constituens. Nobis etiam tradidit faustum reconciliationis nuntium. **Q**VONIAM quidem Deus erat. ] Hic est ponendum incisum. **I**N CHRISTO mundum reconcilians sibi. ] Ipse enim vniuersorum Deus, per Christum cum hominibus reconciliatus est Et quomodo? **N**ON reputans illis delicta ipsorum, & posuit, in nobis verbum re-

τὰ τὴν *Glōriatos*, quæ sūt per corpus: vet. interp. legit τὰ *τὴν*.

εἶτε *ἄρ* ἐξίστημι *ἰσ*, εἶτε *ἄρ* ἄρ *ἰσ* ἄρ *ἰσ*, siue. n. excelsimus Deo siue moderati sumus vobis.

vrget, *αὐτὸς*, cōtinet seu coërcet.

*κρίαντες*, statuentes.

iam non, *ἐκ* *τῆς*, non amplius.

*ἄρ* *ἰσ* *ἄρ* *ἰσ* *ἄρ* *ἰσ*, quare si quis in Christo noua creatū, aut vt exponit Theod. creatio. *ἰσ* *ἰσ*, n. vt trunq. significat. *ἰσ* *ἰσ* *ἄρ* *ἰσ*, Iesum Christum.

*ἄρ* *ἰσ*, Quandoquidem. *ἄρ* *ἰσ* *ἄρ* *ἰσ*, & posito in nobis verbo reconciliationis.



conciliationis.] Dedit peccatorum remissionem, & nos elegit, ministros <sup>A</sup> pacis. PRO Christo ergo legatione fungimur.] Quoniam dixit eum fuisse praefectum pacis ministerio, necessario adducit legationem. Et ostendens esse fide dignam legationem, subiunxit, TANQVAM Deo exhortante per nos.] Quanam autem legatione fungitur? OBSECRAMVS pro Christo reconciliamini Deo:] Sufficiunt quae dicta sunt, etiam ad eos qui sunt valde peruicaces pudore afficiendos. Primum enim dixit, quod illo interfecto non modo non succensuit, sed nos etiam legatos misit, vt omnibus hominibus persuaderet & eius clementiam reuereri, & Christi caedis admone- ri, & creatori reconciliari, & Deo & Domino. Adicit autem etiam iis quae praedicta sunt, passionis ignominiam. EVM qui non nouerat peccatum, <sup>B</sup> pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.] Cum enim a peccato liber esset, mortem peccatorum subiit, vt hominum peccatum solueret, & id vocatus quod nos eramus, nos fecit id quod erat: Iustitiae. n. nobis opes donauit. CAP. VI.

πὸν δὲ χάριτος, ne  
repperitis.

**A**DIUVANTES autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei reci-  
piatis.] Quoniam enim dixerat, pro Christo legatione fungimur,  
necessario docet, quod qui legatione funguntur, eis opem ferunt quos ex-  
hortantur, vt diuinæ gratiæ lucrum accipiant, & non vacuum & inanem di-  
spensationem ostendant, ei vitam contrariam praeseferentes. Dicit enim,  
TEMPORE accepto exaudiui te, & in tempore salutis adiuui te.] Cum ita <sup>C</sup>  
fuit vsus Prophetico testimonio, adhortationem amplificat. ECCE nunc  
tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.] Vita enim tendit ad finem, &  
nisi nunc fuerimus salutis participes; postquam hinc excefferimus, ea desti-  
tuemur. Deinde persequitur labores quos pro illorum utilitate suscepit:  
NEMINI dantes vllam offensionem: vt non vituperetur ministerium no-  
strum; sed in omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros.] Adhibetur  
enim a nobis opera, vt ne minimam quidem vlli offensionem praebamus,  
sed nos ipsos omnino Dei ministerio dignos ostendamus. Quanam sunt au-  
tem species huius ministerii? IN MVLTa patientia in tribulationibus,  
in necessitatibus, in angustiis, in plagis & carceribus, in seditionibus.] Va- <sup>D</sup>  
rie dixit ea, quae extrinsecus inuadunt. Adicit autem laboribus inuolun-  
tariis eos quoque quos sua spon te suscepit. IN LABORIBVS, in vigiliis,  
& ieiuniis, in castitate, & scientia, in longanimitate, & firmitate in spiritu  
sancto, & charitate non ficta in verbo veritatis, & virtute Dei.] Neque  
enim erat contentus iis quae ei extrinsecus afferebantur molestiis, sed ipse  
etiam excogitabat quomodo suum corpus castigaret, vt qui non solum ieiui-  
naret, sed etiam vigilaret, & manibus laboraret. Hoc enim dicit, In labori-  
bus. ἀργρότητα autem, hoc est puritatem, vocat pecuniae contemptum. Ne-  
que enim vsum necessarium accepit a Corinthiis. Cognitionem vero seu  
scientiam, vt puto, vocat doctrinam, nam & ipsa quoque est laboriosa. De <sup>E</sup>  
inde longanimitatem seu lenitatem in alienos, benignitatem in suos. San-  
ctissimi spiritus obseruantiam, eius enim nutum sequebatur. Non fictam  
autem charitatem vocat sinceram & germanam, quae non in figura cerni-  
tur, sed re ipsa confirmatur. Sermonem autem veritatis, praedicationem pie-  
tatis. Omnia autem diuinæ potentiae attribuit, ea enim adiuuante se in his  
omnibus recte gessit. PER ARMA iustitiae a dextris & a sinistris, per glo-  
riam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores, & ve-  
races: sicut qui ignoti, & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus, vt casti-  
gati, & non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egen-  
tes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possi-  
dentes.]

Esa. 49.

Ἐπεὶ δὲ ἰδὼς, acce-  
ptum.

οὐκ ἴσθητες, exhi-  
bentes.

ἐπιποθήσῃ, toleran-  
tia.

ἀργρότητα, puri-  
tate.

ἐπιποθήσῃ, benignitate.

ἀργρότητα, sermone.

ἐπιποθήσῃ, potetia.

ἐπιποθήσῃ, ignomi-  
niam.

ἐπιποθήσῃ, per ma-  
ledictum & lau-  
dem.

ἐπιποθήσῃ, mor-  
te affecti

ἐπιποθήσῃ, mendici

**A** dentes. ] Omnia pugnant ex diametro, gloria & ignominia, maledictum & laus, mors & vita, gaudium & tristitia Sed tamen & hæc & illa esse arma iustitiæ pronunciauit, & per ea quæ sunt contraria vnã virtutem contemperauit. Nam neque gloria eum extulit: neque ignominia deiecit, nec eum laus inflauit: nec maledictum excruciauit. Sed per contraria ingrediens, mansit immutabilis. Dextra autem vocat ea quæ animo grata esse videntur: sinistra autem quæ sunt contraria ab ea quæ est de rebus opinione imponens nomina. Iure autem admiranda sunt ea quæ sunt in fine. Cùm enim dixisset, **VT** mendici, non subiunxit, Necessariis autem abundantes: sed, Multos autem locupletantes: Ab omnibus enim pecunias colligens, mittebat ad pauperes: & qui nihil habebat, cuiusuis piæ domus erat dominus. **O** **N**OSTRUM patet ad vos Corinthii: cor nostrum dilatatum est. ] Vestri amor hæc me cogit dicere, omnes enim vos in meipso circumfero, talis est enim natura charitatis, eorum qui illam possident corda lata efficit. Hoc autem significant ea quæ consequuntur. **N**ON angustiãmini in nobis. ] Qui enim est hostili in aliquem animo, vel ipsam eius memoriam è cogitatione sua eiicit. **S**ED angustiãmini in visceribus vestris. ] Eos maximi criminis accusauit, vt qui eos in sui cordis latifundia se recepisse ostenderit, illos autem coarguerit, quòd nolint simili vt remuneratione, sed in vno homine sint angusti. Vnde subiunxit. **E**ANDEM autem habentes remunerationem, tanquam filiis dico. ] Quoniam accusatione eos pupugit, eos filiorum appellatione mitigat **D**ILATAMINI & vos, nolite iugum ducere cum infidelibus. ] Reddite mihi æqualem dilectionem. Ne imitemini boues qui alio deflectunt & iugum trahunt, incredulorum fraudem vestræ doctrinæ præferentes. **Q**UAE enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem cõuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infidei? Quis autem consensus templo Dei cum idolis? ] Par hæc autem omnia ostendit contrarios magistros esse iniquitatis & tenebrarum conciliatores, & ministros Diaboli. Belial enim appellauit Diabolum. **V**OS ENIM estis templum Dei viuui. ] Deinde Prophetico testimonio ostendit verum esse quod dicit. **S**ICVT Dicit Deus. Quoniam inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus: & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum: & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotens. ] Cùm per Propheticam doctrinam eos cum aduersariis congressionem sic fugere docuisset, & diuinis promissionibus eos esset consolatus, affert etiam ipse suam admonitionem. **H**AS ergo habentes promissiones Charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei. ] Spiritum hic vocat animam. Spiritus autem inquinamentum, communionem idolorum. Inquinamentum verò carnis, actionum iniquitatem. **C**APITE nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. ] Non dicit contraria, eos quidem aliquando laudans, aliquando verò reprehendens, nam & in nonnullis rectè gerebant: & peccabant vt homines, & propter illa quidem laudat: propter hæc verò reprehendit. Eius autem scopus est & institutum, per laudes & vituperationes ipsos ad summam ac perfectam exercere philosophiam, Hic autem innuit fuisse aliquos ab illis impostoribus inductos, qui quas aduersus ipsum attulerant calumnias admiserat. Vnde se defendens, dicit, Neminem corrupimus. Non rem nostrã propter plura habendi cupiditatem auximus. Pro eo quod est. Nec verbis fraudulentis vsi sumus, mendacium

ἀνίως ἀπερτὺ ἐστὶ

μὴ στενοχωρεῖτε, νόσῳ

τὴν ἢ ἀντὶν ἀντιμωδίαν ὡς τέκνοις λέγω, eandem autē remunerationē tanquã filiis dico. ἵνα ἐσθλὸν ὄψῃσιν ἀλιζῶ in partem iugū ducentes.

Leuit. 26.

Esa. 52.

Hier. 31.

ἐργασθέντων, sancti tatem.

ἢ δὲ ναὶ ἀδικήσασθαι, neminem iniuria affecimus. ἢ δὲ ναὶ ἵππευεν τῶ σαμῶν, nō rem nostrã propter plura habendi cupiditatem auximus cū vilius iniuria

veritati admiscentes: nec propter pecuniam prædicauimus. Illud autem, Ca-  
 pite, dicit iis qui sunt angusti, & charitatem non possident. Hoc enim supe-  
 rius quoque dixit. Dilatamini & vos. Quoniam autem dixit. Non cum vl-  
 lius iniuria rem nostram per plura habendi cupiditatem auximus, necessa-  
 rio subiunxit. NON ad condemnationem vestram dico. Pro eo quod est,  
 non hæc dixi, vobis sordes exprobrans. Prædiximus enim quòd in cordibus  
 nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est  
 apud vos. ] Vt patri apud filios: præceptorum apud discipulos. MULTA mi-  
 hi gloriatio pro vobis. ] De vobis. n. gloriator: & fidem vestram ubiq. prædi-  
 co. REPLETVS sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatio-  
 ne nostra. ] Vestra enim recordatio omnis consolationis mihi causa est. B  
 Deinde rursus tentationes exponit. NAM & cum venissemus in Macedo-  
 niam, nullam requiem habuit caro nostra: sed omnem tribulationem passi  
 sumus, foris pugnae, intus timores. ] Non solum enim me exercuit & re-  
 tinuit ea quæ cum aduersariis suscepta est contentio: sed eorum etiam qui  
 imbecilliores erant me cura anxit. Verebatur enim ne se ad deteriora con-  
 uerterent. SED qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in ad-  
 uentu Titi. ] Hic est eius scopus, & beati Titi virtutem ostendere, & eo-  
 rum in ipsum dilectionem inflammare. Is enim has ferendi literas ministe-  
 rio functus est, & ideo dixit, quod cum apparuisset, suffecit ad malorum im-  
 petum discutiendum. NON solum autem in aduentu eius, sed etiam in cõ- C  
 solatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium,  
 vestrum fletum, vestra æmulationem pro me. ] Mihi etiam auxit letitiam  
 iis quæ de vobis narravit, renuntiavit enim quomodo desideraretis me  
 videre: & quo modo admitta delicta agrè ferretis, & quantam pro me cum  
 aduersariis meis æmulationem ac contentionem suscepistis. ITA VT ma-  
 gis gauderem, quoniam etsi vos contristavi in epistola, non me pœnitet, etsi  
 pœniteret. ] Hæc enim cum rescuisssem, maximam accepilætitiã, etsi  
 valde dolerem quòd vos molestia afficere coactus sim per illas literas. VI-  
 DENS quod epistola illa, etsi ad horam vos contristauit: nunc gaudeo non  
 quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati D  
 enim estis secundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. ]  
 Etsi enim illæ literæ vos ad tempus tristitia affecerunt, sed vobis maximam  
 vtilitatem attulerunt. ego autem gaudeo, vt qui non nudam tristitiam, sed  
 tristitiæ fructum videam. Illa enim tristitia germinauit laudabilem pœniten-  
 tiam. QVAE enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem  
 stabilem operatur. Sæculi autem tristitia mortem operatur. ] De peccatis  
 enim dolere, veram salutem comparat. Mundi autem tristitiam vocauit, quæ  
 pro pecuniæ iactura, pro filiorum vel vxorum morte suscipitur, cuius im-  
 moderatio scit mortem afferre. Quocirca sepe etiam pœnitentia ducuntur,  
 qui supra modum luxerint. Qui autem peccatum desint, etiam si immode-  
 ratè luxerint, lætitia fruuntur, pœnitentiam minimè admittentes. E C C B  
 enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos, quantam in vobis opera-  
 tur sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorè, sed de-  
 siderium, sed æmulationem, sed vindictã. ] Cum enim literarum reprehen-  
 sionem suscepissetis, omne quidem studium ad excusationem cõtulistis, ad-  
 uersus eos autem qui peccarant indignationem armauistis: diuinum verò  
 metum suscepistis, quinetiam nos ardentius quàm antea desiderastis, iusta  
 autem suscepta æmulatione, pro legibus quas transgressi estis luxistis. I N  
 O M N I B V S exhibuistis vos incõtaminatos esse in negotio. ] Apertè osten-  
 distis vos non esse lætatos iis quæ ab illis malè facta sunt. Hoc enim dicit il-  
 lud,

καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων  
 dixi enim.  
 πολλὰ μοι ἐστὶ περ-  
 ροῖα ὑπὸς ὑμᾶς,  
 multa mihi liber-  
 tas loquendi a-  
 pud eos.

ἐρεσι, remissio-  
 nem.  
 ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβό-  
 ροις, sed in omni-  
 bus afflicti. He-  
 braïsmus, parti-  
 cipiū pro verbo.

Ἐγγύθεν, annū-  
 tians.  
 ἴδω.

ἐπιτο δὲ, video  
 enim.

ἐμπεριμένον, nō  
 pœnitendam.  
 ἡγορηθέντα, effi-  
 cit.  
 κόσμος, mundi.

καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων  
 ἴδω, et. cit. studii

οὐκ ἐστὶν ἴσως  
 ἴσως ἄγως ἔστι, con-  
 stituitis vos i-  
 pso vt puri esse  
 eis.



κατὰ δύναμιν,  
pro viribus.  
ὑπερδύναμιν, su-  
pra vires.  
αὐθαίρετοι, sua  
sponte.  
δούλοισι ἡμῶν τὴν  
χάριεν, rogantes  
nos gratiam.

κατανοοὶ θεοπρανο-  
μένωι οἱ θεοπρανο-  
υες.

πρόσθετον ἢ, omni  
studio seu dilige-  
tia.  
ἢ τῆ ἐξ ἡμῶν ἐν ἡ-  
μῶν ἀγάπῃ, & ea  
quæ ex vobis in  
nos est charitate

προσθετον, studium.  
τὸ ἢ ἡμετέρας ἀγά-  
πης χάριτον δοκιμά-  
ζων, vestrae chari-  
tatis sinceritatē  
probans.

προθυμῶν αἰ δὲ  
δεν, animi prom-  
ptitudo ad vo-  
lendum, ita sit etiā  
ad perficiendum.

τὸ ἡμῶν περισσεύ-  
μα, εἰς τὸ ἀκείνων ὑ-  
πέρημα, ἵνα γένηται  
ἢ τὸ ἀκείνων περισ-  
σεύμα, εἰς τὸ ἡμῶν  
ὑπέρημα. Vestra  
abundantia, ad  
id quod illis de-  
est, vt sit etiam  
illorum supera-  
bundantia, ad id  
quod vobis de-  
est. Exo. 16.  
Ἐ τὸ πλὴν, ἐκ ἐπιπέ-  
γασ, ἢ τὸ ἀλλήρον  
ἐκ ἐλαφρότητος, Cui  
multum, non su-  
perfluit: & cui pa-  
rum, minus non  
habuit.

Matth. 16.

tanquam qui diuitiis affluant. **Q**U<sup>IA</sup> secundum virtutem, testimonium **A**  
illis reddo, & supra virtutem voluntarii fuerunt, cum multa exhortatione  
obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerii in sanctos. ]  
Fero enim eis testimonium quod animi promptitudine vires vicerunt, &  
nostram adhortationem anticiparunt, ipsi nos rogantes vt sanctorum, sub-  
uentionis curam gereremus. Gratiam autem & communicationem voca-  
uit eiusmodi subuentionem. per vtraque docens esse lucrum eius qui imper-  
tit. Qui enim subsidium ferunt, erunt subsidii socii & participes. **ET NON**  
sicut sperauimus, sed seipfos dederunt, primum Domino, deinde nobis,  
per voluntatem Dei, ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita  
& perficiat in vobis etiam gratiam istam. ] Illud, non sicut sperauimus, **B**  
non dicit de sententia, sed de pecuniæ multitudine, respicientes expectaui-  
mus nos parū pecunię collecturos, sed paupertatem vicit magnificētia. eorū  
autem causa erat amor in Deum, se. n. Deo dedicauerant, & nobis itidē, vt  
Dei ministris. Cū ergo hoc eorū studium vidissemus adhortati sumus Ti-  
tum vt ad vos curreret, & quæ præcesserat doctrinæ finem imponeret. Cū  
eos Macedonum laudibus sic excitasset, institutionem deinceps incipit.  
**SED** sicut in omnibus abundantis fide, & sermone, & scientia, & omni soli-  
citudine, insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. ]  
Spirituales gratias eis in mentem reuocauit. Alii enim per spiritum datur ser-  
mo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ, secundum eundem spiritum. Alii **C**  
autem fides in eodem spiritu. De mutua etiam dilectione eis tulit testimo-  
nium, per laudationem eis magnificentiam procurans. **NON** quasi impe-  
rans dico, sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenuum  
bonum comprobans. ] Hæc autem dixi, non iubens, sed consulens, & prob-  
atos volens ac spectatos efficere, ea enim de causa etiam ostendi Macedo-  
num animi promptitudinem. Deinde adducit maximum exemplum. **SCI-**  
**TIS** enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quod propter vos egenus fa-  
ctus est, cum esset diues: vt illius inopia vos diuites essetis. ] Respicite enim  
ad vniuersorum effectorem & Dominum vnigenitum Dei filium, qui cau-  
sa nostræ salutis extremam paupertatem suscepit, quæ ex paupertate oriun-  
tur nobis diuitias procurans. **ET CONSILIUM** in hoc do. Hoc enim vo-  
bis vtile est, qui non solum facere sed & velle cœpistis ab anno priorē, nunc **D**  
autem & facto perficite, vt quemadmodum promptus est animus volunta-  
tis, ita sit etiam perficiendi ex eo quod habetis. ] Hæc autem dico vestræ  
vtilitatis curam gerens, & vestri animi promptitudinem cognoscens, eam  
enim iam olim nobis aperuistis. Oportet ergo animi promptitudini rerum  
quoque accedere testimonium. Per id enim quod est velle, animi promptitu-  
dinem significauit. Ita enim interpretatur in iis quæ sequuntur. **SI ENIM**  
voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum  
id quod non habet. ] Oportet enim esse perfectam animi promptitudinē, **E**  
ea autem quæ offeruntur solet viribus metiri vniuersorum Deus, non enim  
quantitatem sed mentis qualitatem respicit **NON** enim vt aliis sit remis-  
sio, vobis autem afflictio: sed ex æqualitate, in præsentī tēpore, vestra abun-  
dantia, illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia vestræ ino-  
piæ sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est, Cui multum, non  
abundauit: & qui modicum, non minorauit. ] Perfectionem quidem defi-  
nit Dominus omni ex parte perfecto pecuniæ contemptu, & voluntaria  
paupertate. Docuit tamen, quod etiam absque perfectione, potest quispiam  
æternam vitam consequi. Ab adolescente enim interrogatus, Quid faciens  
vitam æternam possidebo, perfectionis doctrinam non ei statim tradidit: **F**  
sed

**A** sed alia præcepta in memoriam reuocauit. Cum autem ille dixisset, se omnia impleſſe, tunc vt à curis remotam & poſſeſſionibus carentem vitam ſequeretur, hortatus eſt. Hæc cum didiciſſet diuinus Apoſtolus, non quæ magna ſunt ſtatuit, ſed imbecillitate animi leges metitur. Quocirca dixit. Non vt aliis remiſſio: vobis autem afflictio, & iuſſit vt impertirent ex iis quæ ſuperabant: & lucrum quod ex eo prouenit oſtendit. Vt etiam illorū ſuperabundantia ſit ad id quod vobis deeſt. Retributio, inquit, erit maxima: & dantes quæ ſunt minora, quæ ſunt maiora accipietis. Laude. n. dignæ tolerantie cum eis eritis participes. Valde autem opportunè adiecit etiam teſtimonium, etenim in collectione mannae eandem æqualitatem oſtendit Dominus, nihil. n. profuit ei qui plus collegerat. Munificus enim Deus dono menſuram coniunxit. **GRATIAS** autem ago Deo, qui dedit eadem ſollicitudinem pro vobis in corde Titi, quod exhortationem quidem ſuſcepit: ſed cum ſollicitior eſſet, ſua voluntate profeſtus eſt ad vos. ] Rurſus Titi amorem in ipſos ſignificauit, hoc agens vt illius ſuaſionibus eos obedientiores efficiat. **MISIMVS** etiam cum illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euāgelio per omnes eccleſias, non ſolum autē, ſed & ordinatus eſt ab eccleſiis comes peregrinationis noſtræ in hanc gratiam, quæ adminiſtratur à nobis ad Domini gloriā & deſtinatam voluntatem noſtram. ] Hæc quæ dicta ſunt, beatiffimum Barnabam deſcribunt. Ipſe enim etiam Antiochiæ cum beato Paulo ordinatus eſt, cum dixiſſet diuinus ſpiritus, ſegregate mihi Barnabā & Saulum ad opus ad quod vocaui ipſos, & Hieroſolymis poſtea vnā cum ipſo cum diuinis Apoſtoliſ fœdus iſiit. Petrus enim, inquit, & Iacobus, & Ioannes, qui videbantur eſſe columnæ dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis: vt nos quidem ad gentes: illi autem ad circumciſionem. Vt ſolorum autem pauperum meminiffemus, eos in præſentia in memoriam reuocauit. Dixit enim. Comes peregrinationis noſtræ ordinatus eſt cum hac gratia quæ adminiſtrata eſt à vobis, hoc eſt, ſanctorum ſubſidio. Deinde ſubiunxit. **AD** ipſius Domini gloriā, & noſtram animi promptitudinem. ] Ipſe enim propterea laudatur, nos autem noſtrā animi promptitudinem oſtendimus. Dicit etiam **D** quam de cauſa tantum virum miſerit. **VITANTES** hoc ne quis vituperet in hac plenitudine quæ miniſtratur à nobis. ] Venit enim nobis in mentem vt ſuſpicemur, ne quis collectæ pecuniæ videns multitudinem, aliquid aliud exiſtmet, ea de cauſa multos, eoſque admirabiles viros, ad huius miniſterii ſocietatem adſumo. **PROVIDEMVS** enim bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. ] Non contenti enim ſolo Domini teſtimonio, volumus etiam homines ea quæ in nobis bona ſunt cognoſcere, & ex ea re fructum percipere. **MISIMVS** autem cum illis & fratrem noſtrum, quem probauimus in multis ſæpe ſollicitum eſſe, nunc autem multo ſollicitiorem confidentia multa in vos. ] Hunc quidem etiam laudauit: **E** non declarauit autem quiſnam ſit. Quidam dicunt eum eſſe Apollo, quando quidem eum etiam miſſurum eſt pollicitus in priore epiſtola. **SIVE** pro Tito, qui eſt ſocius meus, & in vobis adiutor, ſiue fratres noſtri Apoſtoli eccleſiarum, gloria Chriſti. ] De Tito ergo hoc dico, quod fuit mihi etiam prædicationum ſocius, & eſt ad veſtram vtilitatem adiutor. De aliis autem, quod ſunt fratres veſtri, & eccleſiarum Apoſtoli, & gloria Domini Chriſti: Qui enim vident eorum virtutis ſplendorem, laudant Deum qui ab eis prædicatur. **OSTENSIONEM** ergo quæ eſt charitatis veſtræ, & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in facie eccleſiarum. ] Charitatis ergo veſtræ omnes opes aperite: & meas veſtri laudes confirmate. Omnes enim eccleſias per hæc honoraueritis.

σπουδὴν, ſtudio.  
σπουδαίτερον, ſtudioſior.  
ἀνὰ ſπῆτος, ſua ſponte.  
συνεπιμαρτυροῦ δὲ μετ' αὐτῆς, vnā autem cum illo niſimus.  
Ὁν τὴν χάριν τοῦτην, cum hac gratia.  
ἀντὶ κυρίου, ipſius Domini.  
Ἀἰ. 23.  
πρὸς θυμὸν ἡμῶν, noſtrum animi promptitudinē.  
Ἀἰ. 13.  
puto eſſe legendum, μνημονεύουσιν meminiffent: νόμνημονεύουσαν meminiffemus.

προνοήσαντες τὰ χρολά, curam gerentes eorum quæ ſunt honeſta.

σπουδαίον, diligentem.  
σπουδαίτερον, diligentiore.

ἢ ἢς ἑμῶς συνεργός, & in vos cooperator.

quæ, non eſt in Græco, ſed tantum articulus.



**A** tiam. Qui. n. superfluis reputationibus utitur, is parcitatis & illiberalitatis vitium facile admittit. **Q**UONIAM ministerium huius officii non solum supplet ea quæ desunt sanctis; sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino per probationem ministerii huius glorificantes Deum. ] Ne existimetis, inquit, rem vnam hac ex re rectè geri, & solum sanctorum inopia succurri, nam alios quoque fructus multo maiores producit. Efficit. n. ut per omnia vniuersorum Deus laudetur. Dicit autem etiam propter quæ laudetur. **I**N OBEDIENTIA confessionis vestræ in Euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestræ in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. ] Videntes enim quomodo diuinam quidem prædicationem susceperitis, quomodo autem vos ipsos Domino subieceritis: aspicientes etiam in sanctos munificentiam, nõ illos solos qui agunt Hierosolymis, sed qui sunt vbiq. terrarũ, Deum qui horum causa est gloria afficiunt. Vos quoque, quæ ab illis pro vobis offeruntur, precum fructus percipitis. Vos enim valde desiderant, dum Dei in vos munificentiam intelligunt. **G**RATIAS ago Deo super inenarrabili eius dono. ] Mos est Apostolo Deum laudare, quando diuinam aliquam dispensationem persequitur. Cuius autem donum est inenarrabile, quomodo potest eius substantia comprehendi? Cùm hæc de sanctorum subuentione esset persecutus, incipit deinceps aduersus illos impostores accusatione texere. Ipsos quoq. tangit Corinthios, innuēs, quòd ab alicuius ex illis mendaciis seducti essent.

ἡ λειτουργία τῆς χάριτος, huius ministerii.

ὡς ὑποταξῆς, in subiectione.

super, ἐπί, propter.

CAP. X.

**I**PSE AVTEM ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem vos ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulemus. ] Qui ex Iudæis crediderant, & legalem vitæ instituentem rationem persequi iuebant, diuinum Apostolum maledictis impetebant, vilem quidè appellantes, & idiotam, dicentes autè ipsum clam quidem legem seruare, aperte autè hoc non facere, propter eorũ imbecillitatem qui ex gentibus crediderant. Secundũ carnem. n. ambulare, posuit pro eo quod est, Secundum legẽ viuere. Illud autè, Ipse ego Paulus, magnã habet emphasim authoritatis Apostolicæ. Eis enim in memoriã reuocauit miracula quæ apud eos facta sunt, & donorũ quæ eis per ipsum donata sunt. Christi quoque mansuetudinis & benignitatis meminit, docens quòd cū esset eius amulator, moderatione utitur, & Apostolicã non ostendit potestatem. **I**N carne. n. ambulantes, nõ secundum carnẽ militamus. ] Carne. n. tecti, carnis affectiones nõ sequimur. **N**AM arma militiæ nostræ, non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem mitionũ. ] Habemus. n. arma, dona spiritus, per quæ victores euadimus, & eos qui resistunt Domino subiicimus. Deinde mitiones apertius ostendit. **C**ONSILIA destruentes, & omnem altitudinem extollentẽ se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectũ in obsequiũ Christi. ] Quemadmodum sanctos vocauit templa Dei, ita eos qui se impietati manciparũt; munitiones Diaboli. Eos, inquit, veluti bello captos ducẽtes ex acie, ad vniuersorũ Regẽ adducimus, & ut eius legibus viuãt efficiamus. **E**T in pròptu habentes vlcisci omnẽ inobedientiam, cū impleta fuerit vestra obedientia. ] Patientiæ causam exposuit. Expectamus, inquit, ut sermone & adhortatione plurimis persuadeamus: deinde ita puniamus eos qui plurimũ conãtur resistere. **Q**UAE secundũ faciem sunt videte? ] Legẽdum est per interrogatione. Vultis, inquit, vnũquẽq. nostrũ probare, & nostra examinare? Hoc ergo exactè facite. **S**I quis cõfidit sibi Christi

ἐπιεικείην, lenitatem, seu benignitatem.  
ἄρα ἄρα ἐφ' ἑμαυτοῦ, audeo sum in vos.  
τῶν λογισμῶν ἡμῶν ὡς κατὰ σάρκα, qui nos reputãt tanquam secundum carnẽ ambulantes.

λογισμῶν.  
ἐπαυρόμενον, quæ extollitur.  
ἢ ἀνιχνεύοντες πᾶν νόημα ἐν ὑπακοῇ τῆς χρείας, & captiuans ducentes omnem intelligentiã ad Christi obedientiam.  
μακροθυμίας.  
βλέπετε, videtis.



ἀφ' ἑαυτοῦ, ex se-  
ipso.

ἀποδοῦναι ἑαυτῶν, pu-  
dore afficiat.

autem, non est  
in Græco.  
ἴνα μὴ δοκῶ, ne vi-  
dear.  
ἡμεῖς, inquit,  
ἵνα δοκῶμεν, con-  
temptus.

ἀλλ' αὐτοὶ οὐκ ἑαυ-  
τοῖς ματῶντες, ἡ  
συμπόσιας ἑαυ-  
τοῖς ἑαυτοῦ οὐκ  
ἴσιν. Sed ipsi in  
seipsis seipso  
metientes, & sibi  
ipsis seipso com-  
parantes, nō in-  
telligunt.  
μέτρον ἑαυτοῦ ἀ-  
ρχαὶ ἡ ἴσιν, men-  
sura pertingen-  
di etiam vsque  
ad vos.

Rom. 12.

se esse, hoc cogitet iterum apud se, quòd sicut Christi ipse est, ita & nos.] **A**  
 Quod ad ipsam, inquit, cognominationem attinet, non sumus inferio-  
 res. Christi enim appellatione nos quoque illustramur. Valde autem sa-  
 pienter, factorum comparationem extremo loco posuit: primam autem  
 posuit æqualitatem quæ est ex appellatione. Deinde subiungit. **NAM** etsi  
 amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra quam dedit nobis Do-  
 minus in ædificationem, & non ad destructionem vestram: non erube-  
 scam.] Ostendit se lubenter prætermittere donorum diuitias, potesta-  
 tem autem se accepisse dixit ad ædificationem, & non ad destructionem,  
 ostendens illos facere contrarium, & nolle quidem ædificationem, alienos  
 autem labores conari destruere. **VT AVTEM** non existimer tanquam ter- **B**  
 rere vos per epistolas. Quoniam quidem epistolæ, inquit, graues sunt  
 & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis.]  
 Hæc de ipso dicere consueuerant, qui calumniis aduersus ipsum uteban-  
 tur. Absens quidem verba loquitur magnifica, præsens autem, vilis est, &  
 abiectus, & admodum indoctus. **HOC** cogitet qui eiusmodi est, quòd quales  
 sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentis in facto.] Possumus  
 Apostolicæ dignitatis aperire magnitudinem, & res ostendere literis con-  
 sentire. **NON** enim audemus inferere aut conferre nos quibusdam, qui  
 seipso commendant, sed ipsi in nobis nosmetipso metientes, & comparan-  
 tes nosmetipso nobis.] Obscurè scripsit hunc locum, authores nolens **C**  
 apertè redarguere. Hoc autem dicit, illi in seipso respicientes, se solos  
 maximos existimant. Absit autem vt nos nostra, sicut illi, æstimemus.  
 Hoc autem docet apertius per ea quæ sequuntur. **NOS AVTEM** non  
 in immensum gloriabimur: sed secundum mensuram regulæ, qua men-  
 sus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad vos.] Mensuram re-  
 gulæ vocauit gratiam à Deo datam. Hanc enim munificus Deus im-  
 pertiit iis qui credunt. Hoc etiam dixit scribens ad Romanos. Vnicuique  
 vt Deus partitus est mensuram fidei. Dicit autem. Magnificè de nobis  
 ipsis sentiendi immoderationem amputamus: ad datam autem gratiam  
 respicimus: & scimus quòd noster cursus ad vos vsque peruenit. Id enim **D**  
 docent quæ sequuntur. **NON** enim quasi non pertingentes ad vos, ex-  
 tendimus nos. Vsque ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi, non  
 in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescen-  
 tis fidei vestræ in vobis magnificari secundum regulam nostram in abun-  
 dantia: etiam in illa quæ ultra vos sunt euangelizare.] Nos data mensu-  
 ra vsi sumus: & nostra ad illam vsque metimur. Scimus autem quòd etiam  
 ad vos vsque venimus, & ad vos diuinum Euangelium attulimus. Spera-  
 mus autem etiam ulterius progredi, vobis scilicet fide confirmatis, & de no-  
 stris laboribus testimonium ferentibus. Absit enim vt propter alienos labo-  
 res nos iactemus. Hoc enim dixit, **NON** in aliena regula in us quæ præpara- **E**  
 ta sunt gloriari.] Eos autem significat qui & iis qui nondum crediderunt  
 nolunt prædicare, eos autem qui prædicationem acceperunt conantur cor-  
 rumpere. Quia autem sæpe vsurpauerat hoc verbum, Gloriamur, ne quis  
 eum verè gloriari, & de se magnificè sentire existimaret, necessario subiun-  
 xit. **QVI** autem gloriatur, in Domino gloriatur.] Nō. n. in nobis ipsis glo-  
 riamur, nobisq. placemus, sed in donis diuinis exultamus. **NON** enim qui  
 seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.] Non  
 enim oportet nobis ipsis de virtute ferre testimonium, sed diuinam expecta-  
 re sententiam. Deinde cum esset suas laudes persecuturus, aures eorum præ-  
 munit, eam rem appellans stultitiam.

Caput

**A** **V**TINAM sustineretis modicum quid insipientiæ meæ. ] Noui, inquit, quòd non oportet eos qui prudentia & ingenii solertia ornati sunt, proprias laudes recensere: sed hoc cogor facere. Sustinete ergo paruum insipientiam. Deinde etiam moderatius ac lenius. **SED** & supportate me. ] Porro autem ostendit etiam qui sit scopus & institutum eorum quæ dicta sunt. **AE MVLOR** enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro virginē castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri à simplicitate quæ est in Christo. ] Fui vester pronubus, & nuptiarum conciliator & intercessor.

**B** Per me sponsi dona accepistis. Qua de causa de vobis Zelotypiam concipio, metuens ne vestrā simplicitatem horum superet astutia. Totam ergo ecclesiam nominauit virginem, sinceritatem fidei ita vocans. Neque enim omnes qui credunt, profitentur virginitatem: sed oportet omnes ornari sincera & vera fide. Valde autem apposite non Diaboli sed serpentis meminit, ostendens eos quoque sicut & serpentem effectos esse membra Diaboli. Quinetiam ipsum damnum vocauit corruptionem, quandoquidem ipsos quoque nominauit virginem. **NAM** si is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud Euangelium quod non recepistis, rectè pateremini. ] In eos qui decepti sunt accusationem transtulit: & apertè ostendit quænam absurditas sequatur ex deceptione. Cur enim, inquit, seducti estis? Alium vobis Iesum prædicarunt: alia autem spiritus dona præbuerant: aliud tradiderunt Euangelium. **EXISTIMO** enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. ] Sed est, inquit, superuacaneum nostra cum iis conferre. Existimo enim nos non distare à magnis veritatis prædicatoribus. Porro autem hoc etiam temperauit moderatione. Non enim dixit, Aequalis sum magnis Apostolis. Sed Existimo, hoc est, puto me nihil ab eis distare. **NAM** et si sim imperitus sermone, sed nos scientia. ] Poterat quidem dicere etiam Apostolorum principes esse idiotas, sed de illis nihil dixit: De seipso autem dixit. Linguā quidem habeo ineruditam: sed mentem Dei cognitione exornatam. **IN** omnibus autem manifestus sum vobis. ] Horum autem vos quoque estis testes, nostra enim vobis manifesta fuerunt. **AUT** nunquid peccatum feci, me ipsum humilians, vt vos exaltemini? Quoniam gratis Euangelium Dei Euangelizavi vobis. ] Huius, inquit, vt est verisimile, accusor, quòd magna apud vos moderatione vsus sum, & dum Euangelium prædicarem, ne necessarium quidem à vobis alimentum accepi. **ALIAS** ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum. ] Necessarium alimentū. Rectè autem posuit, Stipendium, quoniam militiæ antea meminerat. Dixit autem se expoliasse alias ecclesias, quoniam dum prædicaret Corinthiis, alibatur ab aliis. **ET CVM ESSEM** apud vos, & egerem, nulli onerosus fui. Nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres qui venerunt ex Macedonia. ] Per omnia, & illorum sordes ac parcitatem, & suam munificentiam ostendit. Apud vos, inquit, fui, diuinam prædicationem afferens, & indigentia laboravi, nec vos grauare sustinui. Macedones enim suppleuerunt quod mihi deerat. Hæc autem est maxima Corinthiorum accusatio. Cùm enim apud eos versaretur Apostolus, nutriebatur ab aliis. Ne autem existimarent eum hæc dicere vt aliquid acciperet, necessario subiunxit. **ET IN** omnibus sine onere me vobis seruavi & seruabo. ] Et ne quis existimaret eum eiusmodi tantum verbis esse vsus, adiecit etiam iusiurandum. **EST** veritas Christi in me, quoniam gloriatio hæc nõ infringetur in me in regionibus Achaiæ. ]

ἀνέχομαι με, sustinete me.

ἐν ᾧ ἐγὼ ἐξέλω βέλους, zelo Dei vos prosequor.

ἢ μοσδόμενοι, adiunxi.

νοήματα, intelligentiæ, seu cogitationes.

παρρησιασθε.

καλῶς ἠνείχεσθε, rectè sustinuetis

εἰς ἕν.

ἀλλ' ἐν παντὶ φανεροῦνται ὅτι πάσων εἰς ὑμᾶς. Sed in omni manifestati in omnibus apud vos. Omni supple, re, omnibus, supple, hominibus.

δολώντων, stipediū.

κατ' ἐνάγκην, grauis fui.

ὃ ἐργασίηται, non obstruetur. in me, non est in Græco Theod

Nemo, inquit, os meum obstruet, nec huius meae magnificentiae priuabit A  
 gloriatione. Deinde cum sciret graua esse quae dicebantur, adducit eorum  
 moderationem. **QVARE** quia non diligo vos? Deus scit. ] Testatione  
 omnem malam suspicionem expulit. Cur ergo non capis? **QVOD** autem fa-  
 cio, & faciam, vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem: vt in  
 quo gloriantur inueniantur sicut & nos. ] Aduersariorum gratia hoc fa-  
 cio, eis de nobis maledicendi occasiones amputans. Ostendit autem eo se  
 verbo iactare, sed clam rei augendae studere. Hoc enim dicit paulo post. Su-  
 stinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit.  
 NAM eiusmodi Pseudapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in An- B  
 gelum lucis. Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut  
 ministri iustitiae, quorum finis erit secundum opera ipsorum. ] Mos est  
 Diabolo diuina imitari, & aduersus prophetas quidem Pseudopphetas  
 producere. Angelorum autem figuram imitari, & homines decipere. Non  
 est ergo mirum si isti etiam Apostolicae appellationis personas induerint, &  
 doli auxilio ad homines decipiendos vsi sint. Habebunt autem propediem suo  
 rum studiorum fructus. **ITERVM** dico ne quis me putet insipientem esse: alio-  
 qui velut insipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier. ] Cum saepe  
 aggressus esset propter discipulorum utilitate suos labores persequi, a sua rur-  
 sus modestia refrenatus est. Et hic ergo etiam adhortatur, ne videatur apud C  
 eos se insipienter gerere. Sin autem non creditis, inquit, sustinete vt insipientem.  
**QVOD** loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac  
 substantia gloriae. ] Lex est Domini, quae docet, Quando haec omnia fece-  
 ritis, dicit e, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Ea de cau-  
 sa dixit diuinus Apostolus. Quod loquor non loquor secundum Domi-  
 num? pro eo quod est. Praeter eius legem haec loquor. Ne quis autem existi-  
 maret omnem eius doctrinam vocari insipientiam, necessario adiecit, In hac  
 substantia gloriationis. Insipientem, inquit, me ipsum nomino in eiusmodi  
 verbis. **QVONIAM** multi gloriantur secundum carnem, & ego gloria-  
 bor. ] Secundum carnem appellauit hic externa, diuitias, nobilitatem, elo- D  
 quentiam. Etenim aduersarii, utpote Hebraei, se iactabant, & Abraham Pa-  
 triarcham in medium adducebant. **LIBENTER** enim suffertis insipientes,  
 cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si  
 quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos caedit. Se-  
 cundum ignobilitatem dico. ] Ostendit illos se temere de pecuniae con-  
 temptu iactare. Ea enim de causa addidit illud, si quis exedit, et si quis acci-  
 pit. Illud autem, si quis vos in faciem caedit, pro eo quod est, Execratur, con-  
 tumelia afficit. Hoc enim subiunxit. Secundum ignominiam dico, pro eo  
 quod est. Propter eam quae vobis ab illis affertur ignominiam hoc dixi. **QVA-**  
**SI** nos infirmi fuerimus in hac parte. ] Vos nos existimatis nihil tale face B  
 re propter imbecillitatem. **IN QVO** quis audet, in insipientia dico, audeo  
 & ego. ] Quod autem dictum est mitigauit, appellans stultitiam. Docet au-  
 tem quod nec contumelia afficere, nec exedere, nec accipere audet, sed suos  
 labores ostendere. Ac primum quidem ponit illa quae ab eis vt magnifica  
 afferebantur, docens quod nec in illis quidem eum superant. **HEBRAEI**  
 sunt, & ego. Israelitae sunt, & ego. Semen Abraham sunt, & ego. ] Haec po-  
 suit vt quae ab illis dicerentur, & in eis quidem ostendit aequalitatem: in re-  
 ctè factis autem quae ab animi sententia proficiscuntur, ostendit se esse supe-  
 riorum. **MINISTRI** Christi sunt, vt minus sapiens dico, plus ego. ] Rur-  
 sus adiecit illud, despiens, vt ostendat se cogi haec dicere praeter sententiam.  
 Dicit

μεταμορφωμένοι, transfigurati  
 μεταμορφωθέντες, transfiguratur.  
 ἵνα ὡς δούλοισι, si etiam ministri.

ἵνα ὡς μῆλον, sin minus.

κύριον, dominum  
 καυχώμενος, glo-  
 riationis.  
 Luc. 17.

καταδύσει, exedit  
 κατά ἀπειρήν, se-  
 cundum ignomi-  
 niam.

ὡς ὅτι ἡμῶς ἡδενή-  
 σαμεν, utpote  
 quod nos infir-  
 mi fuerimus.

ὡς ἀπειρήσαν λαλῶν,  
 desipiens loquor.

**A** Dicit autem etiam quam ratione antecellat, non adducens in medium miracula, nec & mortuos qui surrexerunt, nec claudos qui cucurrerunt, nec Dæmones qui fugati sunt, nec quæ vniuerso terrarum orbi allata est, salutem: sed ea quæ pro Euangelio perpeffus est. **IN LABORIBVS** plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. **A** Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi: Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui. ] Hoc est, scapha dissoluta, perpetuo noctu & diu huc & illuc à fluctibus ferebar. **QUADRAGINTA** autem plagas vna minus solent inferre Iudæi. **IN ITINERIBVS** sæpe. ] Prædicationis enim gratia viæ labores suscepi. **B** **PERICVLIS** fluminum. ] Eos enim in itinere cogebat traicere. **PERICVLIS** latronum. ] Qui in via adgrediuntur. **PERICVLIS** ex genere. ] Iudæos intellexit. **PERICVLIS** ex gentibus. ] Clarum est quod dicitur. **PERICVLIS** in ciuitate. ] Significauit insurrectiones quæ aduersus ipsum factæ sunt. **PERICVLIS** in solitudine. ] Loca enim deserta sæpe solus traicere coactus est. **PERICVLIS** in mari. ] Nauigatione enim vsus est, dum & insulas & continentem pietate implere satageret. **PERICVLIS** in falsis fratribus. ] Ex sublimi enim Diabolus iniicit zizania. **IN LABORE** & erumna. ] Illo quidem docendi, hac verò operandi. **IN VIGILIIS** multis. ] Nam ne in vinculis quidem se somno dedebat, vt testantur quæ ab eo Philippis facta sunt. **IN FAME** & siti. ] Hæc sunt inuoluntaria. **IN IEIANIIS** sæpe. ] Hoc est voluntarium. **IN FRIGORE** & nuditate. ] Hoc est inopia, & extremæ paupertatis. **PRAETER** illa quæ extrinsecus sunt. ] Pauca, inquit, ex multis coactus sum referre. **INSTANTIA** mea quotidiana. ] Agor, inquit, feror, & circumagor quotidie in concilia, in carceres, in iudicia. **SOLICITUDO** omnium ecclesiarum. ] Quòd si etiam cessauerint qui me persequuntur, ipsa me ecclesiarum cura consumit ac liquefacit. Vniuersi enim orbis terrarum curam sustineo. **QVIS** infirmatur & ego non infirmor? ] Non dixit, Compatior, aut misereor, sed infirmor. Tanquam enim ipsa infirmitate circūdatus, ita excrucior & angor. **QVIS** scandalizatur, & ego non vror? ] Dum alii scandalizantur, ego vror & incendor. **SI GLORIARI** oportet: quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. ] Ostendit se potuisse quidem gratiam ostendere, existimauit autem sibi magis conuenire tolerantiam **DEVS** & pater Domini nostri Iesu Christi qui est benedictus in sæcula, scit quòd non mentior. ] Illud, Deus, rursus diuidamus à Patre. Noster. n. Deus est, sed pater Christi. **DAMASCI** præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum per murum, & sic effugimanus eius. ] Periculi magnitudinem per modum fugæ ostendit.

αυτοσβουρον, amplius.

τυχευμενον εν τω λευθω περιουχη, noctem ac diem in profundo egi.

εν κωπο, εν μετρη, in labore & defatigatione.

η επιστασις μου, in me confurrectio

τα ε αδυνασιας, in his quæ sunt infirmitatis.

επρητες, praesidio tenebat.

καυχαισθαι ειν ουκ εστι μοι, εδουλομαι, Gloriarı vtique non expedit mihi, veniam.

εσρητος, ineffabilia.

CAPVT XII.

**S**I GLORIARI oportet (nō expedit quidem) veniam autē ad visiones & reuelationes Domini. ] Mihi quidem nō est utilis eorū narratio, sed vobis. Vestra ergo vtilitatis curā gerens, ea cogor dicere, quæ mihi ipsi nō putō cōducere. **SCIO** hominem in Christo, ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominē (siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit) quòd raptus est in paradysum, & audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. ] Multas quidem vidimus reuelationes, vt ipse etiam dixit. Veniam enim, inquit, ad visiones & reuelationes Domini. Vnā autem dixit coactus, & eam alii personæ attribuit. Noui enim, inquit, ho-

minem, non me ipsum. Dicit autem etiam tempus, docens quòd propter il-  
 los hæc dicere coactus est. Cum enim quatuordecim anni præterissent, non  
 est elocutus ea quæ vt videret dignus est habitus. Illud autem, vsque ad ter-  
 tium cœlum, nonnulli quidem dixerunt eum dixisse per tertiam partem di-  
 stantiæ à cœlo ad terram se fuisse quidem subuectum, & arcana verba audi-  
 uisse, quæ quidem non dixit non licere homini audire, sed loqui. Si enim  
 non licuisset homini audire, quomodo ipse audiit? Sed audiit quidem, ea  
 autem effari non ausus est. Nonnulli autem dicunt verba esse res, vidisse  
 enim ipsum paradisi pulchritudinē, & sanctorum quæ in illo sunt choreas,  
 & numerosam ac modulatam hymnorum vocem. Sed quid horum ve-  
 rum ac certum scit, is nouit qui ea contemplatus est. Nos autem ad ea quæ  
 sunt proxima interpretanda adgrediamur. **NAM** etsi voluero gloriari, non  
 ero insipiens, veritatem enim dicam. ] Quoniam sæpe seipsum appellauit  
 insipientem: ne quis ideo existimaret fallā esse quæ dicuntur, necessario  
 ostendit eorum veritatem. **PARCO** autem ne quis me existimet supra id  
 quod videt in me, aut aliquid audit ex me, ] Propterea vereor omnia  
 dicere, ne de me maiorem quam de homine quis opinionem concipiat.  
 Hoc enim etiam in Lycaonia factum est. Cum enim eum esse Deum pu-  
 tassent, tauros sacrificare conati sunt: sed disrupta veste ostendit quam ha-  
 buit natura. **ET NE** magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi  
 stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, vt me colaphizet. ] Per hæc rursus  
 ostendit se multis dignatum esse reuelationibus. Ideo enim dicit. **V**tilitatis  
 meæ Dominus curam gerens, uihū omnis generis tentationes attribuit, ea  
 ratione ingentes spiritus refrenans, & non permittens vt nimis elatum aut  
 gloriosum aliquid cogitarem. Angelum enim Satanæ iniurias, contumelias,  
 & populorum insurrectiones appellauit. Idque in iis quæ consequuntur in-  
 terpretatur apertius. **PROPTER** quod ter dominum rogavi vt discede-  
 ret à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate  
 perficitur. ] Ostendit naturæ imbecillitatem. Oraui, enim inquit, vt libe-  
 rarer à tentationibus. Ostendit etiam Domini consolationem. Gratia enim  
 donum dixit sufficere ad consolandum: eorum autem qui prædicant imbe-  
 cillitatem & tolerantiam apertè ostendere eius qui prædicatur potentiam.  
**LIBENTER** ergo gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me vir-  
 tus Christi. ] Docuit quem nam appellauerit Angelum Satanæ. Ne quis au-  
 tem existimet infirmitatem esse affectionem corporis, de ea apertius eloqui  
 tur. **PROPTER** quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis,  
 in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum. n. in-  
 firmor, tunc potens sum. ] Et non dixit, sustineo, sed, placeo mihi, hoc est,  
 gaudeo, delector, læto & tranquillo animo sustineo ea quæ accidunt. Quæ  
 enim videtur imbecillitas, ea mihi veram potentiam cōciliat. Postquam hæc  
 persecutus est, subiunxit. **FACTVS** sum insipiens. ] Glorians scilicet, &  
 eius causam docet. **VOS** me coëgistis. ] Hoc est, dum allatis aduersus me  
 calumniis credidistis. Hoc enim significant quæ sequuntur. **EGO** enim à  
 vobis debui commendari. ] Vos enim debebatis me defendere, & de mea  
 vita ferre testimonium. **NIHIL** enim minus feci ab iis qui sunt supra mo-  
 dum Apostoli. ] Laudem rursus moderatus est, & cum plures labores sus-  
 cepisset, ne se quidem simpliciter Apostolis exæquare in animum induxit:  
 sed nihil quidem ab eis se distare dixit: & rursus ad suam reuertitur mode-  
 stiam. **TAMETSI** nihil sum. Signa tamen Apostoli facta sunt super vos in  
 omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. ] Ne ad me respiciatis,  
 sed examine gratiam. Vos enim Apostolicæ dignitatis fuistis testes: & spi-  
 ritualis

Act. 14.  
 σαρξ, carni-  
 meæ non est in  
 Græco.  
 Post colaphizet  
 græce est, ἵνα μὴ  
 ἐκπαρρωμαί, ne  
 supra modum ef-  
 ferar.

ὁ ἴσθ' ὁ δύναμις μου ἐν  
 ἀδυναμία μου τε-  
 λεῖται, potentia  
 enim mea in im-  
 potentia perfici-  
 tur.  
 ἡδιστά, libētissime

ἔδην ἰδοὺ ἵσθησθε  
 τὸν ἴσθ' ἵσθησθε  
 ἵσθησθε, nulla enim  
 in re sui inferior  
 summi aposto-  
 lis.  
 ἐν ὑμῖν, inter vos.  
 ἡσυχία, toleran-  
 tia.

**A** ritalis testimonii fuistis spectatores. Recte autem signis tolerantiam præposuit, mentis enim recte facta sunt multo præstantiora. QUID est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesiis, nisi quòd ego ipse non grauavi vos? ] Quod vos spiritale donum non accepistis? nisi me forte eo solum nomine reprehendatis, quòd corporale adminiculum à vobis nõ acceperim. Deinde ironice. DONATE mihi hanc iniuriam, ] Fateor, in hac re peccavi, & peto veniam: Ne autè rursus existimarent aliqui, quòd hæc tanquam exprobrans dicit, & vt ab eis accipiat hoc agit, hoc institutum se quoque deinceps seruaturum pollicetur. ECCB tertio hoc paratus sum venire ad vos: & non ero vobis grauis. ] Deinde eius quod dixit asperitatem lenit.

**B** NON enim quero quæ vestra sunt, sed vos. ] Vfus etiam quadam naturali sententia. NEC enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. ] Pecuniam non concupisco, sed vestras animas desidero. Scio enim etiam patres filiis diuitias congerere, ego autem iis etiam qui sunt patres me plus facturum profiteor. EGO autem lubentissimè impendam & super impendar ipse pro animabus vestris. ] Pro eo quod est. Etiam me ipsum dono pro vobis. LICET plus vos diligens, minus diligar. ] Hæc est cum moderatione reprehensio, molestus enim eis fuit dum eos parui amoris insinulat: letitia autem affecit, dum vehementissimum suum in eos ostendit. SED esto ego vos non grauavi, sed cum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumueni vos? Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circumuenit? Nonne eodem spiritu ambulauimus? Nonne iisdem vestigiis? ] Sed dixerit fortasse quispiam, quòd calliditate vsus præfens quidem nihil acceperim: sed acceperim per eos quos ad vos misi. Dicite per veritatem ipsam, an quis eorum qui ad vos à nobis missi sunt, siue Titus, siue aliquis alius, vsus est potestate quæ data est prædicatoribus. Donationem autem appellat πλεονεξίαν, hoc est auaritiam seu plura habendi cupiditatem, quoniam hoc natura insitum est ei qui dat præter animi sententiam, vt etiam si debitum exoluat, à se tamen per auaritiam eripi existimet. Postquam hæc ad Pseudapostolos confutandos disseruit, eis Doctoris auctoritatem ostendit. OLIM putatis quòd excusemus nos apud vos. ] Fortasse, inquit, etiam excusationem humilitatis, & abiectiois argumentum esse ducitis. CORAM Deo in Christo loquimur. ] Sed nos hæc sub Deo teste dicimus, à mandatis Domini Christi illuminati. Illud enim, in Christo, pro eo quod est, secundum Christum qui ita dicit. Si munus tuum offeras ad altare, & illic recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque munus tuum ante altare, & abi primum, & reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Et rursus. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videat opera vestra bona, & glorificent Patrè vestrum qui in cælis est. Hoc ipse etiam hic dicit. OMNIA enim charissimi propter ædificationem vestram. ] Siue enim nos abiicimus humilesque reddimus, siue alta & sublimia loquimur: siue reprehédimus, siue laudamus, omnia vestræ salutis causa facimus. TIMEO enim ne forte cum venero, non quales volo inueniam vos, & ego inueniar à vobis, qualem non vultis. ] Dicit autem & quænam apud eos abhorret, & deprecatur. NE FORTE contentiones, amulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, inflationes, seditiones sint inter vos ] Eos etiam horum in priori epistola arguit. NE ITERVM cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis qui antè peccarunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. ] Humilitatem suam vocauit illorum ini-

κατενέγκησα.

hoc, non est in Græco.

ἴδω, enim. ὡς δὲ περὶ τῆς ἐπιθυμίας, expendar.

ἵπλεονέκησα ὑμᾶς per auaritiam aliquid à vobis accepi.

ἵπλεονέκησα.

ἠδὲν, rursus. ἀπολογίμαθα defendimus.

Matth. 5.

ἀί, autem.

Ἐμοί, ἴρα. ἐξείργω, concertationes. super, ἐπί, propter.

quitatem, confirmans ea quæ iam dixerat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Dixit autem non simpliciter se lugere eos qui peccauerunt, sed eos qui post peccatum non vsi sunt pœnitentiæ remediis. Apertè autem reprehendit doctrina Apostolica Nauati arrogantiam.

CAP. XIII.

statue-  
tur.

Deut. 9.

Act. 15.

Act. 13.

ἐπεὶ δοκίμῳ, quan-  
do quidem pro-  
bationem,  
eis ὑμᾶς, in vos.

Ioan. 2.

Ἐχομαι δὲ ὄψος  
δοῦν, opto autem  
apud Deum.

quoniam, ὄψος,  
quando.  
ἐπεὶ ἵδῃ ἔχουσα  
ἐν ὑμῶν κριτέτη  
σιν, hæc autem  
etiam optamus  
vestram perfe-  
ctionem.

**E**CCE TERTIO hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium stabit omne verbum. ] Pro personis res posuit, in eos qui pœnitentiam negligunt testimonium ferens, & eos terrefaciens. **P**RÆDIXI enim & prædico, vt præfens vobis, & nunc absens, iis qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quòd si venero item, non parcam. ] Apostolicam potestatem aperuit, vim peccati metu coërcere tentans, erat. n. eis facile & suos docere, & alie-  
nos punire. Diuinissimus enim Petrus Ananiam & illius coniugem, qui fuerant ex numero eius discipulorum, verbo morti tradidit. Elymā autem qui erat ex infidelibus, & contradicebat, ipse beatus Paulus tenebris multauit, eius videndi sensum extinguens. **A**N EXPERIMENTVM queritis eius qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? ] Experientiam, vt videtur, vultis accipere Christi qui in me loquitur, licet eius potentiam apertè didiceritis. **N**AM etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. ] Etsi enim crucis passionem sustinuit propter mortalem naturā corporis, viuit tamen, & vita est, vt Deus & Dei filius. Huic simile est illud. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum. Si autem alicubi quidem vnigeniti diuinitas dicitur corpus suscitasse, aliquando autem ipse Pater, hoc nullam habet differentiam. Quæ enim fiunt à filio sæpe Patri diuina scriptura attribuit. Ita omnium quidem opifex vnigenitus, rursus autem etiam opifex vocatur eius pater. Sed nos ad interpretationem reuertamur. **N**AM & nos infirmi sumus in illo: sed uiuimus cum eo ex virtute Dei in vobis. ] Et nos etiam similiter & passionū cum eo sumus participes, propter ipsum enim eas sustinemus, participes quoque vitæ vna cum eo erimus. Pollicetur enim resurrectionem Dei potentia. **V**OS METIPROS tentate si estis in fide: ipsi vos probate. ] Non nostra, sed vos ipsos examine ac disquirite, & considerate an verè estis in fide fundati. **A**N NON cognoscitis vosmetipsos, quòd Iesus Christus in vobis est, nisi forte reprobī estis? ] Oportet enim vos scire quòd ipsum Christum Dominum habetis inhabitantem. Qui enim non habet hanc fidei cognitionem, desertus est, hoc enim dixit illud, Reprobī. Quia enim paulo ante dixerat Christum in ipso loqui, eos docuit quòd in ipsis habitet, & ambulet, vt est Propheticum oraculum. **S**PERO autem quòd cognoscetis quod non sumus reprobī. ] Minaciter hoc dixit, tanquam spiritalem eis potentiam ostensurus, sed suam rursus ostendit beneuolentiam. **O**RAMVS autem Deum, vt nihil mali faciatis: non vt nos probati appareamus: sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autem vt reprobī simus. ] Deprecor, inquit, à vobis aliquam occasionem accipere, vt Apostolicæ gratiæ ostendam operationem. Oro potius & opto, vt vos in omnibus bonis resplendeatis, nos autem nostram potentiam occultemus. **N**ON enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. ] Quomodo enim fieri potest, vt vobis ea quæ decet persequentibus, nos punientem operationem ostendamus? **G**AUDEMVVS enim quoniam nos infirmi sumus: vos autem potentes estis. Hoc & oramus, vestram consummationem. ] Eadem diuerso modo dixit, quem in eos habet amorem ostendens. **I**DEO hæc absens scribo: vt non præfens durius agam secundum potestatem, quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. ] Ostendit etiam pœnam esse ædificationem.

**A** nem. Vno enim, vel duobus punitis, vniuersus coetus vtilitatem accipit. Ita etiam mortuo Anania & Saphira factus est timor magnus super omnes qui audierunt. Hic ab acerbiori cessans oratione, vtilem admonitionem attulit. DE cetero fratres gaudete. ] Eorum enim qui se rectè & ex virtute gerunt proprium est, lætitia. PERFECTI estote. ] Pro eo quod est, Ea quæ defunt supplete. EXHORTAMINI. ] In tētationibus vos mutuo consolemini IDIPSVM sapite. ] Concordia colligemini, eadē sit vestra sententia. PACEM habete. ] Et erga vos, & apud vos inuicem & ante omnia apud Deum qui seruaui. ET Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. ] Si vos enim in his rectè gerere viderit, vestri omni ex parte curam geret, quandoquidem ipse has leges tulit. SALVTATE inuicem in osculo sancto. ] Pro eo quod est, Citra dolum ac simulationem, modestè ac pudicè, vt qui sitis alterū alterius membra, & corpus Christi. SALVTANT vos sancti omnes. ] Coniunxit eis illos etiam qui in vniuerso terrarum orbe crediderunt GRATIA Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen. ] Non hæc posuit per diuisionem: nec hæc quidem Christo tribuit: illa verò Patri, alia autem Spiritui. Sæpe. n. charitatem in spiritu statuit, & communicationem in filio, & gratiam in Deo & Patre. Ita etiam in priore epistola cum operationē in Patre posuisset, eam paulo post dixit de spiritu. Aliter autem etiam posuit ordinem personarum, non eum subuertens qui fuit positus à Domino, sed docens quod ordo nominum non significat diuersitatem naturæ vel potentiæ, vel auctoritatis aut dignitatis differentia. Nos quoque oremus vt Apostolica benedictione digni habeamur, & bona promissa consequamur, gratia & benignitate Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, Cùm quo Patri cum sanctissimo spiritu, gloria & magnificentia nunc & semper & in sæcula sæculorum.

καταργήσετε,  
perficite.  
ἑαυτοὺς ἐλπίθε,  
cōsolemini.  
τὸ αὐτὸ φρονίστε,  
idem sentite.

Secunda ad Corinthios epistola scripta est Philippis  
per Titum & Lucam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE  
ad Galatas.

**A** Greste & incultum genus Galatarum beatissimus Paulus excoluit, & in eo semina pietatis deiecit. Cum ij autem crescerent, & densam segetem ostenderent, accedentes quidam ex Iudæis qui crediderant, ea quæ sunt legis superflua ijs præterea adseminare magno studio cōtendebant, diuinitissimos Apostolos, Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & alios omnes se habere magistros ac doctores gloriantes, & se quæ eis uidebantur facere iuueniliter iactantes. Diuinum autem Paulum calumniantes, nec ipsum Domini doctrinam accepisse dicentes, & cum fuisset Apostolorum discipulus, se eius doctrinæ regulam corrumpere, & præter illorum decretum legem transilire. Cùm hæc & his similia dicerent, multis Galatis persuaserunt legalem institutionem amplecti, & circumcisionem suscipere. Cùm hæc ergo rescuisset diuinus Apostolus scripsit hanc epistolam, & calumniarum quæ in ipsum illatæ fuerant falsitatem arguens, & uitæ ex lege institutionem post gratiam superuacaneam ostendens. Primum autem sua exposuit, docens se quoque esse supernam uocationem assecutum, non hominum doctrina, sed à uoce Domini persuasum. Hæc autem dicit, non Apostolis detrahens, sed morbum qui ingruerat aptis curans medicamentis. Quod enim seipsum uocet abortiuum, & se Apostolorum ultimum, & peccatorum primum, & blasphemum.

ἀνίστημι ἐξ  
ἁμαρτίας.



*num nominet, & persecutorem & iniurium, si sciunt qui eius scripta legunt: sed hic dum damnatum quod acceperant amolitur, sua aperire coactus est, & eos qui Evangelium corrumpebant falsi convincens, & eorum qui ab illis induciti erant morbum curans.*

## INTERPRETATIO EPISTOLAE

AD GALATAS.



Christū, non est  
in Græco The.

imp̄, malo.

Philip. 1.

Philip. 2.

ἀνὴρ ὄντος.

**D**VLVS Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem. ] Proximum statim in eum illatam calumniam arguit. Apostolicam enim gratiam se accepisse dicit, non hominibus ei hoc donū dantibus: nullus enim ex diuinis eum cepit Apostolis: sed ipse Dominus eum vocauit cœlitus, homine non vltus administro. Hoc enim dixit, Non per hominem. Deinde eum qui vocauit ostendit. **S**ED per Iesum Christum. ] Et ne quis existimaret filium esse patris administrum, inueniens adiectum illud, **P**ER, subiunxit. **E**T deum **P**ATREM qui se scitauit eum à mortuis. ] In vtraque enim persona posuit illud, **P**ER, docens ab hac præpositione nullam significari naturæ differentiam. Hoc quoque, Qui suscitauit eum à mortuis, non diuinitatis vnigeniti, sed prædicationis concordiam ostendit, quòd diuinæ incarnationis mysterium non solus filius dispensauit, sed ipse etiam Pater eius fuit prouidentia particeps. Quoniam enim qui legem defendebant, se Deum per legis obseruationem colere existimabant, ostendit diuinus Apostolus, non solum filium, sed etiam Patrem nouum testamentum suppeditasse. **E**T qui mecum sunt omnes fratres. ] Ostendit se habere multos adiutores prædicationis. **E**CCLESIIS Galatiæ. ] Non enim vni ciuitati, sed toti genti scribit, vbiq; enim morbus serpsit. **G**RATIA vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo: qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. ] Ostendit eam quæ est ex lege vitæ institutionem non potuisse à peccatis liberare, sed Dominum Christum qui pro nobis mortem subiit, & genus à peccati debitis liberauit. **V**T eriperet nos de præsentis sæculo nequam. ] Malum sæculum non vocauit elementa, vt sensit stupidus Manichæus, sed præsentem vitam, hoc est, quæ hic fit ad tempus hominum vitæ transactionem: in qua locus habet peccatum. Qui enim mortali natura adhuc fumus circumdati, hi quidem maiora, illi verò minora peccata admittimus. Sed postquam ad immortalem illam vitam traducti, & à præsentis corruptione ac interitu liberati, & incorruptione induti fuerimus, erimus peccato potentiores. Hanc autem spem nobis dedit Christus Dominus, qui pro nobis mortem subiit: & primus quidem surrexit à mortuis: nobis autem omnibus est resurrectionem pollicitus, eripuit autem nos à præsentis sæculo malo, hoc est, ab ea quæ fit in præsentis vita traductione, in qua locum habet improbitas. Quòd autem vita non est omnibus damnosa, nec affert omnibus detrimentum, ipse docuit Apostolus. Ita autem dicit. Sin autem viuere in carne hoc etiam est mihi fructus operis, & quid eligam non noui, & præfert viuere quàm cum Christo esse, propter lucrum quod hinc oritur. Dicit etiam de Epaphrodito. Miseratus est eius Dominus vitam ei largiens. Præsens ergo sæculum non est natura malum: sed in ipso nonnulli improbè versantur. Ostendit etiam quàm sit momentaneum. Præsens enim seu instans id vocauit. Porro autem non solum Christus Dominus nostram salutem dispensauit, sed etiam consentiente

**A** tiente & comprobante Patre id fecit. Hoc enim subiungit. **SECUN-**  
**DUM** VOLUNTATEM Dei & Patris nostri, cui gloria in sæcula  
 sæculorum. Amen.] Vbiq̄ue Patrem cum Christo coniungit, docens  
 ei quoque videri, vt nos non ex lege, sed ex Euangelio vitam institua-  
 mus. Hic ergo præfationem impleuit, quam pulchrè & vt decuit fe-  
 cit, & quis sit prædicationis scopus summam docuit, eos autem accu-  
 sare incipit. **MIROR** QVOD SIC cito transferimini ab eo qui vos vo-  
 cavit in gratia Dei, in aliud Euangelium quòd non est aliud: nisi sunt  
 aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi.]  
**B** Accusationem summa impleuit sapientia. Ostendit enim legis obserua-  
 tionem esse legislatoris inficiationem. Non enim dixit, Transferimini ab  
 illa doctrina in hanc: sed ab eo qui vos vocavit. Quisnam sit autem  
 qui vocavit, docent quæ consequuntur. In gratia Dei. Ipse, inquit, pa-  
 ter qui legem dedit, vos vocavit ad hoc Euangelium. Cum hoc ergo  
 reliquistis, & ad legem reuersi estis, ab eo qui vocavit defecistis. Hoc  
 autem relicto Euangelio, aliud non inuenietis. Non enim alia per nos,  
 alia verò per alios Apostolos prædicat Dominus: sed idem prædicamus  
 omnes, qui sumus amatores veritatis. Qui autem contraria sentiunt,  
 nihil vobis diuinum tradunt: sed diuina conantur corrumpere. Deinde  
 contrariorum recordatione incensus, & iusta indignatione percitus, à  
 pietate alienum appellat qui conatur alia prædicare, & clamat. **SED LI-**  
**CET** NOS, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præterquam quod  
 euangelizauimus vobis, anathema sit.] Quoniam illi dicebant diui-  
 nos Apostolos legem seruare, illos quidem diuinus reliquit Apostolus,  
 ne inuidia quadam & malevolentia videretur hoc facere: ad id autem  
 quod maius est processit. Omnia per id quod maius est comprehen-  
 dens, & seipsum ante alios subiecit execrationi. Angelorum autem me-  
 minit, non quòd suspicaretur ne quis sanctorum Angelorum doceret con-  
 traria diuinæ prædicationi: sciebat enim hoc fieri non posse, sed vt per id  
 omnem hominum nouitatem expelleret. **SICUT** prædiximus, & nunc  
 iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, ana-  
 thema sit.] Nemo enim existimet nos priora dixisse per iram, ideo enim  
 eadem iterum diximus. Porro autem prætermisissis hic Angelis, indefi-  
 nitè dixit. **SI** QVIS vobis euangelizat: & docens quod Dei cultum  
 omnibus simul præferens, hæc dicere coactus est, subiunxit. **MO-**  
**DO** ENIM hominibus suadeo, an Deo? An quero hominibus placere? Si  
 adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.] Si vellem homi-  
 nes obseruare & colere, non inter eos annumerarer qui patiuntur perse-  
 cutionem, sed in eorum numerum referer, qui cum veritate bellum ge-  
 runt. Nemo ergo me existimet venari gloriam ab hominibus, & ea de  
 causa hæc quæ dico contexere. Ab hoc loco deinceps narrat quomodo à  
 diuina gratia vocatus sit, & quomodo cum Apostolorum coryphæis de  
 prædicatione pactum contentum fecerit. **NOTVM** enim vobis facio  
 fratres Euangelium, quod Euangelizatum est à me, quod non est secun-  
 dum hominem.] Non est, inquit, ab humanis rationibus compositum.  
 Quid ita? **NEQVE** enim ego ab homine accepi illud, neque didici.] Sed  
 quemnam habuisti doctorem? **SED** per reuelationem Iesu Christi.] Sa-  
 pienter admodum posuit illud, Reuelationem. Assumptus. n. erat Dominus  
 Christus, & non amplius similiter ab omnibus videbatur, ei autem in via  
 reuelatus est, & eum prædicationis ministerio dignatus. Hæc autem rur-  
 sus posuit aduersus illorum calumnias, docens se ne in hoc quidem esse aliis

μαρτυροῦν, in-  
 uertere, & per-  
 uertere.

ἀλλὰ ἢ ἐγὼ, sed  
 etiam si  
 παρ' ὁ, præter id  
 quod.

ἄρα ἢ ἀνθρώπου  
 μετὰ, ἢ τῶν ἀνθρ,  
 nunc enim ho-  
 mines suadeo,  
 an Deum.

γνωσθῆναι, notū  
 autem facio.

ἐπορεύθη, depu-  
labar.  
ζηλωτῆς, studio-  
sus sectator.

οὐκ ἐπιβουλεύων  
καταστῆναι

ὅτι μετῴκησεν, non accessi.  
τὸς ἀπὸ ἐμοῦ, qui  
ante me fuerūt.  
ἐν τῷ ἔργῳ, hoc

ἐν τῷ ἔργῳ, redii.

ἀκούοντες ἡμῶν, au-  
diebant.  
ἐδοξάζοντες, glorifi-  
cabant.

ἀκούοντες ἡμῶν, au-  
diebant.

ἐδοξάζοντες, glorifi-  
cabant.

Act. 17.

Apostolis inferiorem. Sicut enim illi ab ipso doctrinam acceperunt, ita <sup>A</sup> etiam ipse ipsum doctorem habuit. **AVDISTIS ENIM** conuersionem meam aliquando in Iudaismo, quod supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabam illam: & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. ] Nihil vos latet eorum quæ ad me pertinent. Etsi enim magnis locorum interuallis à Iudæis distatis, fama tamen vbique peruasit, & mea omnibus manifesta reddidit, quod olim eram ecclesiæ infestus, & hostis apertus: meumque erat institutum eius fundamenta funditus euertere: & meis æqualibus ardentius incitabar aduersus prædicatores, & hæc faciebam legem defendens, & dum <sup>B</sup> eam defenderem, erat mihi aduersaria Euangelii prædicatio. **CVM AVTEM** placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, vt euangelizarem illum in gentibus. ] Rursus hic Patrem filio coniunxit, & eum dixit cognosce quæ ad ipsum pertinebant etiam ante sæcula, & postea eum vocasse quando sibi visum est. Hanc autem mihi, inquit, gratiam impertit, non vt legem prædicem, sed vt reuellem filium gentibus: **CONTINVO** non acquieui carni & sanguini: neque veni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos. ] Hæc omnia dicit aduersus illorum calumnias. Illi enim dicebant eum accepisse doctrinam ab Apostolis: sed eum quæ conuen- <sup>C</sup> rant transgredi. Cogitur ergo ea quæ ad se pertinent narrare, quod in nulla fecit epistola. Dicit enim. Cum illa vocatione dignus essem habitus, non statim cucurri Hierosolymam: sed mihi suffecit ab illo data gratia, fuisset enim valde absurdum vt qui doctrinam à Deo acceperat, de ea communicaret cum hominibus. **SED ABII** IN Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. ] Statim prædicationem aggressus sum, iis qui Dei cognitionem nondum acceperant Euangelium afferens. **DEINDE** POST annos treis veni Hierosolymam videre Petrum. ] Et hoc rursus ostendit eius animæ virtutem, etenim cum humana doctrina non indigeret, vt qui ab vniuersorum Deo eam accepisset, Apostolorum <sup>D</sup> principi quem par est honorem tribuit. Ea enim de causa ad eum venerat, non vt ab eo aliquid disceret, sed vt solum videret. Porro autem ostendit etiam benevolentiam. **ET MANSI** apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi neminem: nisi Iacobum fratrem Domini. ] Vocatur quidem frater Domini, sed non erat natura, sed nec fuit Ioseph filius, vt quidam existimarunt, ex priori matrimonio natus, sed erat quidem Cleophæ filius: Domini autem consobrinus. Habuit enim matrem matris Domini sororem. **QVAB AVTEM** scribo vobis, ecce coram Deo quod non mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ: quæ erant in Christo, tan- <sup>E</sup> tum autem auditum habebant, quod qui persequebatur nos aliquando, nunc Euangelizat fidem quam aliquando expugnabat, & in me clarificabant Deum. ] Cùm intelligerent repentinam mutationem, & quod lupus facit ea quæ sunt pastorum, ex me capiebant occasionem Dei laudandi.

CAP. II.

**DEINDE** POST ANNOS quatuor iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem. ] Ambo longo tempore Antiochiæ versati, & plurimos ex gentibus piscati sunt, ex lege gratiæ eis viuere præcipientes. Cùm autem venissent ex Iudæa quidam legis defensores, conabantur

**A** tur persuadere gentibus, vt legalem vitæ institutionem amplecterentur. Sed magni veritatis præcones Barnabas & Paulus, quæ ab eis afferebatur doctrinam repulerunt. Cùm autem vellent fidelium cœtui persuadere, id quoque magnis videri Apostolis, cursu quidem in Iudæam contenderunt, quæ ab illis autem facta fuerant Apostolos docuerunt: & literas attulerunt quæ apertè præciperent legis iugum non imponere gentibus, nisi vt abstinerent ab immolatis, & fornicatione, & suffocato, & sanguine. Existimo diuinum Apostolum hæc narrare. **E T CONTULI CVM** illis Euangelium, quod prædico in gentibus: seorsum autem iis qui videbantur aliquid esse: ne forte in vanum currerem aut cucurrissem. ] Iis qui videbantur aliquid esse, pro eo quod est, Insignibus, eis autem priuatim exposuit, quoniam multi erant qui pro lege æmulationem habebant, sicut ait beatus Iacobus. Illud autem, Ne forte in vanum currerem, aut cucurrissem, non posuit de seipso, sed de aliis, hoc est, vt omnes intelligant concordiam & consensionem prædicationis: & quòd aliis etiam placeant quæ à me prædicantur. **SED NEQVE TITVS**, qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circumcidi. ] Hoc est maximum argumentum, quòd non placebat Apostolis vt qui erant ex gentibus legem seruarent. Titum enim qui erat incircuncisus, & vocatus ex gentibus, minimè iusserunt circumcidi, licet plurimi vellent contrarium. Hoc enim dicit. **SED PROPTER** subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. ] Coniunctio Autem est superuacanea adorationis constructionem. Hæc enim est eorum quæ dicuntur sententia. Sed nec Titus, quamuis esset Græcus, coactus est circumcidi propter subintroductos falsos fratres, & quæ sequuntur. Libertatem autem vocat viuendi rationem extra legem. **QVIBVS NEQVE** ad horam cessimus subiectioni: vt veritas Euangelii permaneat apud vos. ] Contentiosam enim eorum mentem ne tantillum quidem sustinuimus: sed veritatem Euangelii omnibus prætulimus. Hæc quidem dixit de iis qui mente legi seruiebant. Sed quoniam verisimile erat etiam Galatas dicere, quòd ipsi etiam primi ex Apostolis legem seruant: sciebat autem diuinus Apostolus, eos ad Iudæorum qui crediderant, infirmi autem adhuc erant, imbecillitatem se demittentes hoc cogi facere; in medio interceptus, & eos quidem accusare absurdissimum arbitratus, eorum autem scopum & institutum nolens aperire, ne eorum consilio aliquid damni afferret, media quadam via ingreditur: & ea quidem quæ fiunt agrè ferre præ se fert, de eis autem aliquid dicere grauatus, Dei sententiæ totum relinquit. **AB IIS** qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint nihil mea interest, **DEUS** enim personam hominis non accipit. ]

*Deest interpretatio mediæ partis capituli.*

**D**E aliis ergo, inquit, qui lege malè vsi sunt hæc dixi, vt qui agrè ferrem meos discipulos hinc lædi. Hoc enim etiam dixit. **QVO MODO GENTES** cogis Iudaizare? ] Tuum est decretum ne ii ex lege viuant, res autem repugnant & contradicunt iis quæ iam scripta sunt. Magnus autem Petrus ea quæ dicuntur silentio confirmat, propemodum dicens iis qui ex Iudæis, crediderant, & præsentibus erant. Nos iuste reprehendit, nec iis quæ dicuntur licet contradicere. Quòd enim iis quæ dicebantur acquieuerit, eorum qui audiebant vtilitatis curam gerens, cuius est manifestum. Quoniam ergo hic quidem reprehendit,

ille verò silentio reprehensionem excepit : & iis qui ex Iudæis credide-  
 rant, & iis qui ex gentibus, medicamentum vtile compositum est. Hæc  
 autem scripsit ad Galatas diuinus Apostolus, docens quòd etiam magni  
 & primi Apostoli, Iudæorum imbecillitatis gratia, legem seruare non-  
 nunquam sustinuerunt : sed non hoc semper fecerunt. Porro autem di-  
 cit etiam alia, quæ dixit beato Petro, præsentium Iudæorum vtilitatis  
 curam gerens. **NOS NATURA** Iudæi, & non ex gentibus peccatores.  
 Sciens autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per  
 fidem Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credidimus, vt iustificemur  
 ex fide Christi, non ex operibus legis. ] **Natura** Iudæi, pro eo quod  
 est, **Qui** hoc sumus à maioribus, qui genus ab Abraham ducimus, &  
 hoc genus iactamus. **Quoniam** vidimus fieri non posse vt vera iusti-  
 tia ex vitæ ex lege institutione percipiatur, **Domino** Christo credidi-  
 mus, iustitiam quæ est ex fide colligentes, & bona promissa expectan-  
 tes. **PROPTER QVOD** ex operibus legis non iustificabitur omnis ca-  
 ro. ] Quæ sunt legis necessaria, ipsa etiam natura docuit, videlicet.  
 Non adulteraberis, Non occides, Non furaberis, Non feres falsam tes-  
 timonium aduersus proximum, honora Patrem & matrem, & quæ sunt  
 eiusmodi, quæ autem constituta fuerant de sabbatismo, de circuncision-  
 ne, leproso, & eo qui feminis profluuium laborat, de sacrificiis, & asper-  
 sionibus, ea erant legis propria. **Natura** enim nihil de iis docuit. Hæc  
 ergo dicit legis opera. Eorum transgressio quidem erat peccatum ob-  
 seruatio autem, non erat rectus ac perfectus perfectæ iustitiæ effectus.  
 Per ea enim alia significabantur, sed Iudæis tamen illo tempore con-  
 ueniebant. De his dixit diuinus Apostolus, quòd non iustificabitur ex  
 operibus legis omnis caro. Deinde quæ dicta sunt syllogismo colligit.  
**QVOD SI QVÆRENTES** iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi  
 peccatores : nunquid Christus peccati minister est ? Absit. ] Si autem  
 quòd lege relicta ad Christum accessimus, per fidem in ipsum iustitiam  
 assequi expectantes, hoc reputatum esse transgressio, in ipsum Chri-  
 stum Dominum culpa conferetur. Ipse enim nobis nouum ostendit te-  
 stamentum. Sed absit vt hanc committamus blasphemiam. **SI ENIM**  
**QVÆ** destruxi iterum ædifico, præuaricatorem me constituo. ] Hæc  
 non de se solum dixit, sed etiam de Apostolis, nam illis etiam visum  
 est, vt qui ex gentibus crediderant, nequaquam legem seruarent. Aper-  
 tæ autem, inquit, transgredimur ea quæ sunt conuenta, ea quæ ædi-  
 ficauimus diruentes, gentes autem ædificauimus, non super legis, sed  
 super Christi fundamentum. Admodum autem sapienter retorfit repre-  
 hensionem. Nam cum illi legem non seruare, vocarent transgressio-  
 nem, ipse transgressionem vocauit legis obseruationem. Deinde hoc  
 docet apertius. **EGO ENIM** per legem legi mortuus sum, vt Deo vi-  
 uam. ] Ego, inquit, ipsi legi credens, me legi mortuum reddidi. Lex  
 enim mihi Christum prædixit, & præsignificauit. Illi credens, ad eum  
 accessi, & illi quidem sum mortuus, ex illa enim vitam non amplius  
 instituo, sed eius decreta sequor. **CHRISTO CONFIXVS SVM**  
**CRUCI.** ] Consepultus enim sum cum eo per baptismum. **VIVO AV-**  
**TEM IAM** non ego, viuit verò in me Christus. ] Priorem vitam de-  
 posui, in aliam vitam transi, à Christo sumitur mea vitæ institu-  
 tio, aliam vitam non habeo. **QVOD AVTEM NVNC VI-**  
**VO** in carne, in fide viuo filii Dei, qui dilexit me, & tradidit se-  
 metipsum pro me. ] Quinetiam in hac mortali vita vitam immor-  
 talem

autem non est  
in Græco.

non, quandoqui-  
dem seu pro-  
pterea quod.

trans-  
gressorem.  
quæritur, in corpore.

non cum Christo  
crucifixus sum.

A talem mihi præfatio ac describo, & per fidem illam aspicio. Ea de causa Christus Dominus pro me mortem subiit, vt mihi vitam immortalẽ procuraret. NON ABIICIO gratiam Dei. ] Qui enim vitam ex lege instituit, gratiam contemnit, vt quæ non sufficiat ad salutem. SI enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est. ] Est enim mors Christi superuacanea, si lex ad acquirendam iustitiam sufficit. Cum hæc ergo differuisset ex ea quæ fuit illi cum beatissimo Petro colloquutione, ad ipsos deinceps sermonem dirigit, & grauitè indignans eos increpat.

ἀδερῶ, nihili duco.

CAPVT III.

**O** INSENSATI Galatæ, quis vos fascino non obedire veritati? ] Coniunctum est cum laude conuictum. Inuidet enim quispiam diuiti non pauperi: iis quorum sunt res secundæ non aduersæ: significat ergo oratio priorem eorum animi promptitudinem & alacritatem ad pietatem. Ostendit autem etiam paternam Apostoli beneuolentiam. Eos enim deflet, vt qui collectas diuitias perdiderint. Quisnam, inquit, inuidus & fascinator Dæmon admirabiles vobis opes eripuit? ANTE quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus? ] Ita enim credidistis, tanquam qui ipsam Christi crucem contemplati essetis. Deinde legem & gratiam inter se comparat, & adducit probationes quibus contradici nequit. HOC solum à vobis volo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? ] In illo tempore, qui spiritalem gratiam acceperant; & variis linguis loquebantur, & prophetabant, & varia miracula faciebant, conformationem prædicationis ex miraculis accipientes. Hoc ergo hic dicit. Lex ne vobis dedit diuini spiritus operationem, an sola fides in Dominum? SIC STULTI estis vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini? ] Spiritum vocauit gratiam: Carnem autem, vitæ ex lege institutionem, quoniam quæ legis sunt superflua, ea sunt corporea. In corpore enim versatur circuncisio, & sabbati obseruatio, & lepra, & aspersiones, & alia eiusmodi. Deinde contexit accusationem ex eorum perpeffionibus. TANTA PASSI estis sine causa. ] Non enim pro lege sed pro Christo passi estis. Qui autem Christum reliquistis, & vitæ ex lege institutionem amplexi estis, nihil ex passionibus deinceps lucri facitis. Sed bonam eis spem ostendens, subiunxit. SI TAMEN sine causa. ] Si enim vultis manere in gratia, pro vestris perpeffionibus mercedem accipietis. Deinde de donis disserit apertius. QUI ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? ] Cum fructum sic ostendisset, ex iis quæ olim facta sunt eis sertum rursus contexit. SICVT scriptum est. Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. ] Hæc fufius scripsit in epistola ad Romanos. Porrò autem in hoc quoque capite docet. Abraham fuisse ex fide iustificatum, & alumnos fidei, qui dicuntur filii Abrahæ. Hoc enim subiunxit. COGNOSCITE ergo quòd qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ. ] Dicit etiam modum. PROVIDENS AVTEM scriptura quòd ex fide iustificat gentes Deus: prænuñtiauit Abrahæ, quòd Benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham. ] Deus hæc ab alto præfinit & prædixit. Abrahæ enim promisit benedictionem gentium. Si quis ergo illius cognatione dignus haberi desiderat, fidem illius imitetur. Cum fidem ita laudasset, & eius fructus ex donis spiritus, & ipsam etiam lege antiquiorem ex ipsius legis testimonio ostendisset: vetus enim testamentum Abrahæ narrat historiam, deinceps legem cum ea confert, ostendens

ἰβλακόμεν ἑμῶς, vobis inuidit. μή ἀπειθεῖτε, vt nō obediretis.

πρὸ τῆς σταυρώσεως ἐν ἑμῶν σταυρωθῆναι, ante fuit depictus inter vos crucifixus.

sic, ἕως, ad eò.

aspersiones, περιεραυρήσει.

ἰδιῶ, frustra, seu temere.

ἰδιῶ, frustra, seu temere.

πινίθ. scriptum est, nō est in Græco. Gen. 15.

ἐπιδοσθῆναι, cum prouidisset autē Gen 12. ἐλογίζηται, benedicuntur.

quæ sit differentia. **QVI** enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. ] **A**  
 Deut. 17. Vndenam hoc cõstabit? **MALEDICTVS** omnis qui non permanferit in  
 omnibus quæ scripta sunt in libro legis vt faciat ea. ] Lex iubet vt omnia  
 impleantur quæ in ea dicta sunt, eos autem qui forte transgrediuntur male  
 dictis subiicit. **QVOD** autem in lege nemo iustificatur apud Deum, mani-  
 festum est. ] Vndenam manifestum? **QVIA** iustus ex fide viuit. ] Pro-  
 phetico testimonio confirmauit quod dixit. **LEX** autem nõ est ex fide, sed  
 qui fecerit ea homo viuet in illis. ] Lex non quærit fidem, sed actionem  
 exigit: & iis qui eam seruant, vitam promittit. **CHRISTVS** nos redemit  
 de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. ] Ostendit legem execra-  
 ri omnes qui non seruant ea quæ, in ipsa dicta fuerint, rursus autem osten- **B**  
 dit neminem posse ex lege iustificari. Cum omnes ergo essent sub maledicto  
 legis, ostendit Christum nos ab eo maledicto liberaffe. Dicit etiam modum.  
**QVIA** scriptum est. Maledictus omnis qui pendet in ligno. ] Cum enim  
 legis execrationibus essent omnes obnoxii, eam quæ est ex lege execranda  
 mortem subiit: vt omnes homines liberaret ab execratione, & promissam  
 omnibus daret benedictionem, hoc enim subiungit. **VT** in gentibus be-  
 nedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationem spiritus accipia-  
 mus per fidem. ] Gentibus enim promissam per Abraham benedictionem  
 donat iis qui credunt gratia spiritus. Cum ita ostendisset fidem esse lege an-  
 tiquiorem, docet rursus legem non posse esse impedimento diuinis promif- **C**  
 sis. **FRA TRES**, secundum hominẽ dico. ] Pro eo quod est. Vt rebus hu-  
 manis. **TAMEN** hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut su-  
 perordinat. ] Testamentum quod ritè & ordine ab aliquo factum est, ab  
 aliquo euerit non potest: sed nec fieri potest vt ei aliquid addatur Deinde  
 transit à figura ad id quod est propositum. **ABRAHAE** dictæ sunt promif-  
 siones & semini eius. Non dixit. Et seminibus quasi in multis, sed quasi in  
 vno, Et semini tuo qui est Christus. Hoc autem dico testamentum confir-  
 matum à Deo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est, non irri-  
 tum facit ad euacuandam promissionem. ] Vetus quoque scriptura vocat **D**  
 Dei testamentum, promissionem, quæ Abrahæ facta est. nihil ergo ei potest  
 addi vel diminui: sed nec solui aut infirmari potest per legem quæ plurimo  
 post tempore facta est. Pollicitus est autem vniuersorum Deus se per semen  
 Abrahæ gentes benedicturum. Hoc autem semen ipse est Christus Domi-  
 nus. Per ipsum enim promissio finem accepit, & gentes benedictione con-  
 secutæ sunt. Alii autem omnes, etsi ad summam virtutem peruenerint, siue  
 Moyfes, siue Samuel, siue Helias, &, vt semel dicã, omnes qui ab Israëlẽ ge-  
 nus deducunt, eius quidem semen dicuntur secundum naturam, sed nõ sunt  
 illud semen quod attulit benedictionem gentibus. Hoc enim dicit diui-  
 nus Apostolus. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno,  
 Et semini tuo qui est Christus. Non ergo quoniam illi quoq. ab Abraham **B**  
 descendunt, Abrahæ semen nominantur: sed hic propriè hanc habet appel-  
 lationem, vt qui solus ex pollicitatione dederit benedictionem gentibus.  
 In semine enim tuo, inquit, benedicentur omnes gentes terræ: per nullum  
 autem alium gentes hanc benedictionem affecutæ sunt. Quamobrem diui-  
 nus Apostolus ostendit pollicitationem esse lege validiorem, & dicit. **NAM**  
 si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromif-  
 sionem donauit Deus. ] Lex enim execrationem attulit iis qui ei suberant,  
 minis terrenis, & ad id quod oportet volens ea ratione adducere. Promissio  
 autem affert benedictionem gentibus. Deinde offert obiectionem quæ oc-  
 currit, hæc autem occurrit obiectio. Superfluè lex data est, si promissio ha-  
 beat

Abac. 2.  
 Ζηουτος, viuet.

ἐν τῷ κριτάπῳ, ab  
 execratione.

καταβεβητος, exe-  
 crandus.

ἀδερσὶν ἐνδιωτά  
 εἶναι, infirmat,  
 aut aliquid præ-  
 terea ordinat.

post Deo, Grece  
 est, ἰς χριστῶν, in  
 Christum.

πρὸς τὸ κενώσθῃ-  
 ον, ad reddendū  
 inane & ineffi-  
 cax promissum.

διεπαγγελίας, per  
 promissionem.

**A** beat benedictionē. Docet ergo quisnam sit vsus legis. **Q**UID igitur lex? ] Per interrogationem legendum est. Hoc, inquit, vis scire qua de causa lex lata est? ego te docebo. **P**ROPTER transgressionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat: ordinata per Angelos in manu mediatoris. ] Lata est ad exercitationem generis, ex quo semen erat secundum carnem germinaturum, lata est autem administrantibus Angelis, & ad eam ferendam Mose deseruente. Ipsum enim mediatorem seu intercessorem appellauit. Angelorum autem meminit etiam in epistola ad Hebræos. Ita autem dixit. Si enim qui per Angelos dictus est sermo. Etenim Michaëlem eis præfecit vniuersorum Deus, & hoc nos docuit beatus Daniel. Porro autem magno quoque Mose pollicitus est se Angelum vnà cum populo missurum. Intercessor autem non est vnus, intercessit enim inter populum & Deum. Deus autem vnus est, qui dedit etiam promissionem, & legem statuit, & promissi nunc finem ostendit. Non enim alius quidem Deus illa dispensauit: hæc verò alius. **L**EX ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare; verè ex lege esset iustitia. ] Hoc etiam dixit per Ezechielem vniuersorum Deus. Et dedi eis præcepta non bona, & iustificationes in quibus non viuent in ipsis. Ea, inquit, quæ lex habebat superabundantia, nequaquam dixit natura, de sacrificiis, de lepra, de profluvio seminis, & quæ sunt his similia. Quòd ea enim quæ sunt legis necessaria, viuificent, rursus dixit per eundem Prophetam. Et dedi ipsis mandata & iustificationes, quæ faciet homo, & viuet in ipsis, sed quoniam ea, inquit, transgressi sunt, dedi eis mandata non bona & iustificationes, in quibus non viuent in ipsis. Et nec ea quidem mala, sed non bona, perfectis omnino non conuenientia: Ita lac mamillæ perfectis quidem est iniucundum: infantibus autem aptum est. Hoc etiam dixit hic diuinus Apostolus. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, verè esset ex lege iustitia. Quæ sunt enim legis superuacanea, adolescentem ad Deum admirandum præparabant. **S**ED conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. ] Arguit enim diuina scriptura tam eos qui ante legem, quàm eos qui in lege fuerunt, illos quidem legem naturæ, hos verò Mosaicam legem esse transgressos. Et his autem & illis remedium attulit, salutē promissam per fidem. Rursus enim illud, Conclusit, posuit pro eo quod est, arguit. **P**RIVS autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. ] Oportebat enim veluti quodam muro custodiri genus Israëliticum, donec germinaret expectatio gentium. **I**TA QVE lex, pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. ] Necessario ergo lex etiam data est, nobis enim pædagogi officio functa est: & nos quidem à priori impietate liberavit. Cùm autem Dei cognitionem docuisset, veluti ad quendam doctum doctorem ac magistrum ducit nos **C**hristum Dominum: vt perfectas disciplinas ab eo discamus, & iustitiam quæ est per fidem acquiramus. **A**T VBI venit fides, iam non sumus sub Pædagogo. ] Qui enim iam sunt habitū consecuti, Pædagogi cura non amplius indigent. **O**MNES enim filii Dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu. ] Ostendit perfectionem eorum qui crediderunt. Quid est enim iis perfectius, qui vocantur filii Dei? Iam verò ostendit etiam modum generationis. **Q**UI CVN QVE enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. ] Postquam enim dixit, Omnes filii Dei estis, docet etiam quo modo hoc assecuti sunt, & dicit. Induistis enim Christum, qui est verè filius Dei. illo autem induti, iure filii Dei vocamini. **N**ON est Iudæus, neque græcus non est seruus, neque liber, non est masculus, nec femina. Omnes enim vos

των παλαιων  
χρονων, propter  
transgressiones.  
επιγγελται, cui  
promissum fue-  
rat.

ad Heb. 2.

Dan. 19.

Ezech. 20.

Ezech. 10.

δικαιοσυν, iustitia  
ita legit Theod.

αυ, enim.



vnum estis in Christo Iesu. ] Illud, vnus, pro eo quod est, vnum corpus. **A**  
 Ipse enim est caput nostrum. Quamobrem nec scire quidem oportet differ-  
 rentiam serui & Domini, masculi & feminae, Iudaei & Graeci. s*i* autem  
 vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes. ]  
 Dixit fideles esse filios Dei. Deinde ostendit etiam modum adoptionis.  
 Christo enim induti qui est verè filius Dei, iure etiam appellamini filii Dei.  
 Ita rursus nos coniungit Abrahæ. Si nos enim corpus Christi, ipse autem est  
 nostrum caput: appellatur autem semen Abrahæ, per ipsum ergo etiam  
 Abrahæ per fidem coniuncti sumus; & promissi benedictionem collegimus  
 fieri autem non potest vt caput quidè illius censeatur: corpus verò, alterius.

ἕν, ἕνα, & secun-  
 dum.

ἐπιτρόπος, curato-  
 ribus, dispensato-  
 ribus.  
 δὲ ἐπιτρόποι, in ser-  
 uitutem redacti.  
 ἕως τῆς ἀπονομῆς,  
 vsque ad præfi-  
 nitionem patris.

CAPVT IIIII.

**D**ICO AVTEM quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à **B**  
 seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est  
 vsque ad præfinitum tempus à patre. Ita & nos cum essemus paruuli, sub  
 elementis mundi huius eramus seruitutes. ] Morientes patres pupillos  
 curatoribus & tutoribus committunt, iubentes illos eorum curam gerere,  
 donec ad virilem ætatem peruenerint. Hoc enim dicit, vsque ad præfinitio-  
 nem patris, hoc est ad terminum à patre præfinitum. Id autem est ætas per-  
 perfecta. Eodem modo nos etiam, inquit, quando pueri quidem eramus & im-  
 perfecti, habuimus veluti quendam tutorem & curatorem legem. Elementa. **C**  
 n. mundi legales obseruationes appellauit, quandoquidem à Sole & Lu-  
 na nox & dies perficitur; à diebus autem septimanæ & menses & anni confi-  
 ciuntur: lex autem & Sabbata, & nouilunia, & festa anniuersaria, & annorū  
 hebdomadas seruare iussit. Ideo dixit, Sub elementis huius mundi eramus  
 in seruitutem redacti, quoniam per hæc tempus consistit. **A**T VBI venit  
 plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub  
 lege vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionē filiorū reciperemus. ]  
 Cōuenienti autē tēpore, quod Deus præfinit, misit filium suū, vt humanę na-  
 turę susceptionis impletet mysteriū. Nostra itaq. suscepta natura, ex virgine  
 natus, & ex lege vitā instituens, eos qui supplicis legis obnoxii erant, effe-  
 cit liberos: & dedit nobis promissam in filios adoptionem. Notandum est **D**  
 autem quodd illud, Misit, coniunxit humanę naturę susceptioni. Non enim  
 dixit, Misit ipsum vt nasceretur de muliere, vt diuinitatis missionem suspi-  
 cemur, sed, Natum ex muliere, hoc autem est œconomiaē seu dispensationis  
 proprium. **Q**UONIAM autem estis filii Dei: misit Deus spiritum filii sui in  
 corda vestra clamantem, Abba Pater. ] Non ausi essemus orantes Deum  
 vocare Patrem, si non in filios adoptionis gratiam assecuti essemus. Est au-  
 tem demonstratio, cui contra dici non potest. Videbant enim miracula quæ  
 fiebant per diuinū spiritum. **I**TA **Q**UÆ iam non est seruus, sed filius. Quod  
 si filius; & hæres per Christum. ] Non enim quicumque filius, iam est hæ-  
 res. Tu autem es & filius & hæres. Hæc autem es consecutus per Christum,  
 non per legē. **S**ED tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt **B**  
 Dii seruibatis. Nunc autem cum cognoueritis Deum, imo cogniti fitis à  
 Deo quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus  
 denuo seruire vultis? ] Et cuiusmodi est ea seruitus? **D**IES obseruatis &  
 menses, & tempora, & annos. ] Idolorum esse cultum conatur ostendere  
 obseruationem dierum quæ fit à lege. Priusquàm enim, inquit, uocatione  
 digni essetis habiti, colebatis Deos qui non sunt natura Dii, elementa in  
 Deos referentes. Sed vos ab hoc errore Dominus Christus liberauit. Nunc  
 autem nescio quo modo ad eundem errorem reuertimini. Dum enim Sab-  
 bata, & nouilunia, & alios dies obseruatis, & eorum transgressionem ti-  
 metis,

οἱ νόμοι

γεννηθέντων, natū.  
 γεννηθέντων ὑπὸ νό-  
 μου, qui fuit sub  
 lege.

ἐστὶν, es, & hæ-  
 res, κληρονόμος δὲ  
 διαθήκης, hæres  
 Dei per Christū.

μᾶλλον δὲ, imò  
 potius.

**A** metis, similes estis eis qui elementa in Deos referunt. **T**IMEO vobis, ne sine causa laborauerim in vobis. ] Hæc est vox paterna, laborum quidem recordantis, fructum autem non videntis. **E**STO TE sicut ego, quia & ego sicut vos. ] Habui olim hoc desiderium. Valde legem cupiebam, sed videtis quomodo sum mutatus. Hanc ergo vos etiam imitemini mutationem. **F**RATRES, obsecro vos nihil me læsistis. ] Doloris affectio eum frequenter cogit mutare formam orationis, & nunc quidem increpare, nunc verò adhortari, & aliquando quidem accusare, aliquando verò lamentari. Hic autem docet quòd quæcunque scribit. Nihil enim, inquit, à vobis læsus sum: sed vestra etiam fuit maxima in me obseruantia. **S**CITIS autè quod per infirmitatem carnis euangelizavi vobis iam pridem, & tentationem vestram in carne mea non spreuistis, neque respuistis, sed sicut Angelum Dei recepistis me. ] Non oblitus sum honoris mihi à vobis habiti, licet magnam ignominiam ferrem in corpore, vt qui iniuriis afficerer, torquerer, & mala innumerabilia sustinerem, vos tamen non respiciebatis ignominiam, sed tanquam Dei angelum honorabatis. Et quid dico, tanquam angelum? **S**ICUT Christum Iesum. ] Etenim existimabatis ipsum Christum per me obseruare. **V**BI est ergo beatitudo vestra? ] Vbi sunt præclara & laudibus prosequenda fidei facinora? Quæ enim posuit pro, vbi. **T**ESTIMONIUM enim perhibeo vobis, quòd si fieri posset oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. ] Nullum ergo in nos proprium habeo animi dolorem qui me cruciet, sed contra vobis etiam me gratias habere confiteor, sed vestra causa doleo. **E**RGO inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis. ] Propter veritatem verbis asperioribus vltus sum. **A**EMVLANTVR vos nõ bene, sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. ] Hæc dixit de illis improbis doctoribus, videntes autem, inquit, vos fide resplendentes, cruciantur animi, & omnia moliuntur vt vos illis bonis priuent, & vos in suam potestatem redigant. Hoc enim dixit illud, vt illos æmulemini. **B**ONVM autem æmulamini in honore semper. ] Ego autem volo vos in omnibus bonis resplendere, vt alii à vobis vtilitatem accipiant. **E**T NON tantum, cum præfens sum apud vos. ] Vt & cum ego sum præfens, & cum sum absens, vos similiter laudem assequamini. Postquam hæc dixit, rursus matrem acerbè deflentem & lamentantem imitatur & clamat. **F**ILIOLI mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. ] Adhuc secundos in partu dolores sentio, quando in primis non rectè cessit, cum vos abortiuu fueritis. Hæc etiam Nauatum amentia arguunt, qui portam claudit poenitentia. **V**ELLEM autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis. ] Ab affectione incensus, inquit, vellem esse alatus, & ad vos aduolare, & videre quæ fiunt: & horum quidem deflere auersionem, illorum verò admirari constantiam. Nunc enim, inquit, absens, nescio quid dicam, quid loquar, quid defleam. Hæc cum apud eos differuisset, conuertit sermonem ad malos legis defensores, & dicit. **D**ICITE mihi, qui sub lege vultis esse, legem nõ legistis? Scriptum est enim, quòd Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta. ] Per allegoriam dicta dixit diuinus Apostolus, pro eo quod est. Et aliter intellecta. Non enim sustulit historiam: sed docet quæ fuerint præfigurata in historia. Subiungit enim. **H**AEC enim sunt duo testamenta, vnum quidem in monte Sina in seruitute generans: quæ est Agar. Sina enim mons est in Arabia: qui coniunctus est ei quæ nunc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ

εἰ μὴ, frustra, in  
castrum.  
his ἑμαρ, erga vos

deest aliquid.

προτίτερον, prius.  
μῦ, meum.

τίς ἔστι quæ est  
ergo.

ἀγαθὸν ἢ τὸ ζῆλον  
ἀγαθῶν. Bonum au-  
tem æmulari.

ἀπορρομαι, dubius  
sum & perple-  
xus.

ἢ ἀκούετε, non au-  
ditis. Gen. 16.

Gen. 21.

ἐκ τῆς ἀγγελλίας, per  
promissionem.  
post Agar Græ-  
ce est τὸ ἄρ ἄραρ  
σινᾶ ὄρος ἔστιν.  
Agar enim Sina  
mons est.  
συνιστά.

ἐστὶν ἡμῶν, ὁ-  
μνιον νοστῆν.

διὰ τὴν ἑστῆν

ἐστὶν ἡμῶν

Esa. 54.

Gen. II.

τῆς ἐλευθερίας ἡ ἑστῆν  
ἐστὶν ἡμῶν ἐν τῆς ἐλευθερίας  
ἐστὶν ἡμῶν ἐν τῆς ἐλευθερίας  
ἐστὶν ἡμῶν ἐν τῆς ἐλευθερίας  
ἐστὶν ἡμῶν ἐν τῆς ἐλευθερίας  
ἐστὶν ἡμῶν ἐν τῆς ἐλευθερίας  
ἐστὶν ἡμῶν ἐν τῆς ἐλευθερίας  
ἐστὶν ἡμῶν ἐν τῆς ἐλευθερίας

καὶ ἐκτεμνομένη,  
quicircūciditur.

καὶ ἐκτεμνομένη ἀπὸ  
τῆς ἐλευθερίας, Chri-  
stus vobis otio-  
sus & inutilis ef-  
fectus est.

est mater nostra. ] Cur, inquit, vos qui legi seruire vultis, legi doctrinæ A  
non creditis? Illa enim nos docet, quòd Abraham duas habuit vxores, duo  
rum autem filiorum pater effectus est, sed hic quidem ex ancilla, ille verò  
ex libera ortus est. Hæc nostris consentiunt. Quemadmodum enim illic qui  
dem vnus est pater, duæ verò matres, & duo filii: ita hic etiam vnus quidem  
Deus, duo autem testamenta, & duo populi, sed primi quidem testamenti fi-  
gura est Agar: Secundæ verò, Sara. Etenim ex monte Sina vetus lex data est,  
iuxta illum autem montem habitauit genus Agar. Ille autem mons consen-  
tit huic terrestri Hierusalem. Sara autem est figura cœlestis ciuitatis, cuius  
nos nominamur filii. Hæc autem est libera, quæ nõ habet iugum legis, illa  
autem serua, tales autem erant, & qui legi seruiebant. Porro autem ostendit B  
etiam Prophetiam conuenire figuræ. **SCRIPTVM** est enim. Latere sterilis  
quæ non parit: erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filii desertæ  
magis quam eius quæ habet virum. ] Quemadmodum enim Sara in fene-  
ctute peperit præter omnem spem humanã; ita gentes in ipso fine vitæ Dei  
cognitionem assecutæ sunt, & vicit sterilis filiorum quos peperit multitu-  
dine eam quæ olim multos filios pepererat. Nos autem fratres secundum  
Isaac promissionis filii sumus. ] Non enim secundum naturam, sed secun-  
dum gratiam nati sumus. Quemadmodum enim Isaac non lex naturæ, sed  
promissionis finxit ratio: ita etiam nos data Abrahæ genuit promissio.  
SED quemadmodum tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequere C  
batur eum qui secundum spiritum: ita & nunc. ] Nec hoc vos cruciet  
quòd qui crediderunt, expellantur ab incredulis. Hoc enim etiam in typo  
inuenimus. SED quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium eius. Non  
enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. ] Sarra verba dixit verba  
scripturæ, scripturæ scopũ ostendens: quòd scilicet hæc ideo scripta sunt,  
vt etiam post veritatem figura ostendatur. **CAP. V.**

**I**TAQVE fratres nõ sumus ancillæ filii, sed liberæ. ] Quid ergo iubet? **QVA**  
libertate Christus nos liberauit. State, & nolite iterũ iugo seruitutis con-  
tineri. ] Libertatẽ appellauit vitæ institutionẽ, quæ est extra legem. Iugũ au-  
tem seruitutis, vitã quæ est ex lege. Ita. n. diuinus etiam dixit Petrus in Acti D  
bus. **QVID** tentatis deũ imponere iugum super ceruices discipulorũ, quod  
neque nos, neque Patres nostri portare potuimus. **ECCĒ** ego Paulus dico  
vobis quòd si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. ] Clarẽ &  
apertẽ dico vobis, & meum nomen propono, quòd nullam vtilitatem capie-  
tis ex fide in Christum, si circumcisionem patiamini. **RVRVS** autem te-  
stificor omni homini circumcidenti se, quòd debitor est vniuersæ legis fa-  
ciendæ. ] Et iure optimo, lex enim execratur eos qui non implent omnia  
quæ dicta sunt. Iam verò qui libertatem sua sponte reliquit, & seruire ma-  
luit, omnibus Domini iussis est obnoxius. **EVACVATI** estis Christo. ]  
Quomodo hoc dicis? **QVI** in lege iustificamini, à gratia excidistis. ] Qui E  
legem dedit, se gratiam daturum est pollicitus. Ea ergo data, effecta est illa  
otiosa & superuacanea. Qui ergo ex lege volunt viuere, donis gratiæ priua-  
ti sunt. Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. ] Suscepta  
enim arra spiritus, promissis credentes vitam futuram expectamus, quæ im-  
mortalitate ornata, non habet peccati obstaculum. **NAM** in Christo Iesu,  
neque circumcisio aliquid valet, neque præputium. sed fides quæ per chari-  
tatem operatur. ] Es amator legis; serua quæ sunt legis necessaria: habe  
charitatem in proximum. Per eam enim vniuersa lex impletur, circumcisio-  
nis autem & præputii discrimen fides sustulit, neque enim in militibus albe-  
dinem aut nigredinem, sed rei militaris perijtiam duces postulant. **CVRRE**  
**BATIS**

**A** B A T I S bene, quis vos impediuit veritati non obedire? ] Laudat cursum; & à cursu deflet cessationem. **PERSVASIO** hæc non est ex eo qui vocat vos. ] Est Dei proprium vocare: obedire autem eorum qui audiunt. **MODICVM** fermentum totam massam corrumpit. ] Vos quidem defleo, metuo autem ne morbus aliis impertiatur. **E** G O confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis. ] Non dixit, Non sentietis, sed, non sentitis, ea enim quæ facta sunt reprehendit. Optat autem videre mutationem in melius. **Q** U I autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille. ] Rursus indefinitè posuit illud, Quicumque sit; vt & si magnas de ipsis opiniones habeant, eos Deo esse poenas luituros intelligant. Quoniam autem improbi hi legis defensores dicebant ipsum Apostolum seruare legem, & non eadem vbique prædicare, de eo etiam necessario respondet. **E** G O autem fratres, si circumcisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis? ] Cur enim me odio habent Iudæi, & mecum apertè belligerantur, si circumcisionem prædico, & legem seruare præcipio? Si enim hoc facio, superuacanea est crucis prædicatio: sublatum est etiam Iudæorum offendiculum. Hoc etiam dixit ad Corinthios. Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus verò stultitiam. **V** T I N A M & abscindantur qui vos conturbant. ] Vtinam seiplos etiam omnino excinderent, qui circumcisionis vobis fraudem prædicant. **V** O S enim in libertatem vocati estis, fratres. ] **E** stis liberati à legis seruitute. **T** A N T V M ne libertatem in occasione detis carni. ] Deinceps ad moralem transit adhortationem: & præcipit vt actiue etiam virtutis curam gerant. Non enim, inquit, ideo à seruitute legis liberati sumus, vt securè peccemus. Et ex hoc etiam loco manifestum est, quòd cum quæ sunt legis superuacanea eiecerit, præcipit seruare quæ sunt necessaria, & primum quidem charitatem. Hoc enim dicit. **S** E D per charitatem spiritus seruite inuicem. ] Qui enim verè amat, nec ei quidem què amat seruire recusat. **O** M N I S enim lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. ] Potestis totam legem per hoc vnum præceptum implere. **Q** U O D si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. ] Hic innuit, quòd alii quidem inducti circumcisi fuerant: alii verò firmi in fide permanferant, inter se tamen depugnabant, illi quidem vitæ ex lege institutionem laudantes: hi verò dona gratiæ admirantes. Quocirca eos etiam primum adhortatur ad charitatem. **D** I C O autem in Christo spiritu ambulate, & desideria carnis nõ perficietis. ] Si vultis vincere carnis affectiones, sequimini admonitiones spiritus. **C** A R O enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem repugnant. ] Carnem dicit, mentis inclinationem ad ea quæ sunt deteriora: spiritum autem, gratiam quæ inhabitat, ea enim deducit animam ad ea quæ sunt præstantiora. Sed quomodo vinci possunt carnis affectiones? **V** T N O N quæcunque vultis illa faciatis. ] Ne sequamini malas cogitationes, pro eo quod est. Eas vincite, adiuti à gratia spiritus. **Q** U O D si spiritu ducimini; non estis sub lege. ] Lex enim eum non præbebat, etsi enim nõnulli qui sub lege viuebant, spiritalem gratiam assequebantur, valde tamen pauci Prophetiam habebant, hic autem omnes eam habet, qui salutarem baptismum consecuti sunt. **M** A N I F E S T A sunt autem opera carnis. ] Rursus appellat carnem, ea quæ caro sentit. **Q** U A E sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia. ] Manifestum est quòd ido-

Hæc, non est in Græco.

φρονεῖτε, sentietis.

ὅστις ἐστὶν, quicumque sit.

ἅρα κερτήρηται τὸ σκάνδαλον τῆς σταυροῦ, ergo otiosum & inefficax redditum est offendiculum crucis. i. Cor. 1.

ἄναστέλλοντες, qui vos labefaciunt. enim, ὃ, autem. detis, non est in Græco.

spiritus, non est in Græco. Leu. 19.

ἑαυτῶν ἀλλήλων, à vobis inuicem.

in Christo non est in Græco. ἐπιθυμίας, desiderium.

enim, ὃ, autem.

ἃ, quæ.

μαρξία, πορνεία, adulterium, fornicatio. ἰδωλολατρεία, idolorum cultus.

βασιλείου θεοῦ ἢ κληρονομήσουσι, regni Dei non erunt hæredes. patientia, nõ est in Græco. castitas, non est in Græco.

ἡ τῶν ποιῶτων ἐν ἐσὶ νόμος, & ἐοικὸς οὗτοι, non est lex. suam, non est in Græco.

ἡ τῶν ποιῶτων ἐν ἐσὶ νόμος, & ἐοικὸς οὗτοι, non est lex. suam, non est in Græco.

ἀναπαύσασθε, implete.

Ioan. 13.

sic, τότε, tunc. καύχημα, gloriatiõnem.

ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, de carne sua.

lorum cultus, veneficium, & quæ sunt his similia, non sunt carnis, sed animæ propria. Non ergo accusat carnem, sed improbam & ignauam cogitationem **Q**UAE prædico vobis sicut prædixi: quod qui talia agunt regnum Dei non consequentur. ] Hæc etiam dixit diuinus Apostolus in epistola ad Corinthios. **F**RUCTVS autem spiritus est, charitas, gaudium, patientia, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. ] Si illa essent solius corporis, oporteret etiam ostendere opera animæ, sed ea non posuit. Clarum est ergo, quod carnem quidem appellauit carnalem cogitationem, hoc est, animæ ad ea quæ sunt deteriora inclinationem. Spiritum autem vocat datam gratiam, & ideo fructum etiam spiritus appellauit charitatem, & gaudium, & cætera, illo enim opem ferente, vnumquodque eorum rectè se gerit. **A**DVERSVS huiusmodi non est lex. ] Lex enim est superuacanea iis qui ex virtute viuunt. Iusto enim lex non est posita. **Q**UI autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. ] Hoc est, Qui vnà cum Christo consepulti sunt, corpus peccato mortuum reddiderunt: si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. ] Non ex lege vitam instituentes, sed gratiam sequentes. **N**ON efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. ] Inanem gloriam & inuidiam illa dissensio peperit. Forte enim qui in fide firmi manserant, eos qui labefactati fuerat assiduè condemnantes, ad litem incitabant. **Q**uos etiam hortatur Apostolus vt manû præbeant iis qui ad legem declinarunt.

CAPVT VI.

**F**RATRES etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis huiusmodi instruite. ] Pro eo quod est, Corrigite, quod deficit confirmate, supplete. Docet autem etiam quomodo fit eorum cura gerenda. **I**N spiritu lenitatis. ] Deinde ei qui medetur metum iniicit. **C**ONSYDERANS teipsum, ne & tu tenteris. ] Homo es, habens naturam mutabilem, dole eius vicem qui malè affectus est. **A**LTER alterius onera portate: & sic implebitis legem Christi. ] Tu habes hoc delictum, illud verò non habes, ille contra quod tu habes non habet, sed aliud, tu feras illius delictum, & ille tuum. Ita enim impletur lex charitatis, legem enim Christi vocauit charitatem. Nam vox est eius, Præceptum nouum do vobis vt diligatis inuicem. **N**AM si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, seipsum decipit. ] Eorum qui propter exigua aliqua rectè facta intumescunt supercilium deprimit. **O**PVS autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. ] Quod si te etiam vis iactare ac gloriari, tuam ipsius vitam considera, & tunc in te ipso gloriare, si quidem hoc oportet facere. **V**NVS QVISQVE enim onus suum portabit. ] Ne sis de alienis nimium curiosus, vnusquisque enim nostrum reddet rationem de suis peccatis. **C**OMMUNICET autem is qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. ] Hic præcipit vt discipuli præceptorum ac doctorum eam quam par est curam gerant. Eam rem autem vocat communicationem, & iubet iis qui fruuntur spiritualibus impertiri carnalia. **N**OLITE errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. ] Vniuersorum Deus omnia intuetur, ne putetis eum ignorare illa quæ fiunt. Scitote autem messem futuram sementi conuenientem, & te quod seminaueris hoc messurum. **Q**VONIAM qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. ] Qui enim carni voluptatem & delicias largitur, hinc corruptionem assequetur. Corpus enim interit, & in corruptionem dissoluitur. **Q**UI autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. ] Qui autem spiritus institutum & eius leges sequitur, vitam

**A** vitam æternam colliget. **BONVM** autem facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. ] Nihil eorum quæ sunt molesta ac difficilia, ad ea quæ bona, & honesta sunt animi promptitudinem & alacritatem abrumpat. Absque labore enim seminata metemus. Hoc enim dixit, illud, Non resoluti. In sensilibus enim feminibus & sementis habet laborem, & messis itidem, metentes autem sæpe resoluit æstus. Sed illa messis nõ est eiusmodi, est enim à labore & sudore libera. **ERGO** dum tempus habemus, operemur bonum, ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. ] Ita etiam Dominus in sacris Euangeliis dixit. Estote misericordes sicut & Pater noster qui in cœlis est misericors, qui faciat Solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Præcipuè autem cura gerenda est eorum qui sunt eiusdem fidei. **VIDETE** qualibus literis scripsi ad vos mea manu. ] Totam, vt videtur, hanc scripsit epistolam, docens non esse respectum personarum quando veritas proponitur. Illud autem, Qualibus, nonnulli quidem magnis, aliqui verò, malis, interpretati sunt. Ego enim, inquit, scripsi hanc epistolam, etsi non pulchre scribens. **QVICVNQVE** enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum vt crucis Christi persecutionem non patiantur. ] Gloriam ab hominibus aucupantes, & suæ securitatis curam gerentes, tradunt doctrinam qua cogamini circumcidi, ne iniuriis & suppliciis afficiantur, & in vincula coniiciantur, sicut nos qui Christum prædicamus. **NEQVE** enim qui circumcidentur legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, vt in carne vestra glorientur. ] Quomodo enim fieri potest vt ipsi legem seruent, qui degunt procul ab Hierosolymis? quomodo dies festos peragunt? Quomodo sacrificia offerunt? Quomodo dum immunda tangunt abluuntur? Clarum est ergo quòd gloriari volentes se id vobis persuasisse hoc agunt vt circumcidamini. **MIHI** autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: Per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. ] Ego autem propter solam salutarem crucem me iacto, & mihi placeo. Propter eam enim & tota vita est mihi superuacanea, & mortuæ similis. Non solum autem ipsa mihi, sed ego quoque ipsi, immortalem enim vitam expecto. Hoc enim subiunxit. **IN CHRISTO** enim Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed noua creatura. ] Hoc etiam dixit scribens ad Corinthios. Quare si qua in Christo noua creatura. Nouam autem creaturam appellat quidem propriè eam, quæ post mortuorum resurrectionem futura est, rerum mutationem. Tunc enim & creatura liberatur ab interitu ac corruptione quæ ei imminet, & hominum natura immortalitatem induit. Salutarem autem baptismum ostendit esse veluti quandam imaginem futurorum. In eo enim veterem hominem exuimus: nouum autem induimus: & onus peccatorum deponentes, gratiam spiritus suscipimus. Nec ergo sanctissimum **baptisma**, nec futura vita, nouit circumcisionis & præputii differentiam. Mundum autem vocauit, res quæ ad vitam pertinent, honorem, gloriam, diuitias, eis se dixit esse mortuum. **ET QVICVNQVE** hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israël Dei. ] Regulam vocauit propositam doctrinam, vt quæ rectitudine exorneretur, & nihil habeat quod vel sit mancum, vel superfluum. Iis autem qui eam amplectuntur precatus est misericordiam & pacem. Israël autem Dei appellauit fideles, vt qui Deum per fidem videant. Hoc enim nomen interpretatur. **DE CAETERO** nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. ] In memoria reuocans labores quos suscepit, dum eis diuinum prædicaret Euangelium, in hanc vocem veluti quoddam testimonium

τὸ ζῆλον μὴ ἴσως  
μὴ ἐκλείψωμεν. Bo-  
num autem fa-  
cietes, ne simus  
puffilli, & abiecti  
animi.  
μὴ ἐκλυθῆμεν, nõ  
resoluti.

πρὸς, erga.  
Matth. 5.

2. Cor. 5.

1. 1. 1.

τὸ κένον τὸ πρὸς τοῖς  
χριστοῖς, hac regu-  
la inceserint.

νόμος μὴ ἐπέχεται,  
molestias exhibeat.

1. 1. 1.

erupit. Non amplius, inquit, ad vos scribere in animum inducam, sed pro literis vibices ostendam, & plagarum signa, ea veritatis prædicationi ferant testimonium. Pro illa enim omnia perpeti in animum induco. GRATIA domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.] Consuetam benedictionem, veluti quoddam signaculum, literis imposuit, donum datum eis in memoriam reuocans, quod non per legem, sed per fidem acceperunt. Hanc nos etiam gratiam custodiamus, & ne spiritui sancto molestiam exhibeamus, In quo signati sumus in diem redemptionis: sed bonam actionem, veluti quoddam oleum, intelligenti huic luci adhibeamus, vt illuminati rectè incedamus, & ad mirabilem & expetendum viæ finem perueniamus. In Christo Iesu Domino nostro, Cui gloria, & potentia, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Epistola ad Galatas scripta est Romæ, cum diuinus  
Apostolus eos iam vidisset, & docuisset.

ARGVMENTVM EPISTOLAE

ad Ephesios.

**Q**uidam ex ijs qui diuinum Apostolum antea interpretati sunt, dixerunt diuinum Ioannem Euangelistam salutarem prædicationem primum tradidisse Ephesius, aliqui uerò aliquos alios hoc fecisse dixerunt: diuinissimum autem Paulum, cum nondum uidisset Ephesios, hanc ad eos scripsisse epistolam. Sed Apostolicorum actuum historia nos neutrum eorum docet. Veritatem autem melius scimus, si illam narrationem in memoriam reuocauerimus. Cum enim Antiochia fuisset de lege questio, ad sanctos Apostolos missi sunt diuinissimi Barnabas & Paulus: & cum dubitationis solutionem acceperunt, & de ea literas attulissent, redierunt rursus Antiochiam. Clarum est autem eos illo etiam tempore cum summis Apostolis pactum conuentum fecisse, de quo dixit diuinus Apostolus in epistola ad Galatas. Et cognoscen-  
Gal. 2. tes gratiam Dei quæ mihi data erat, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur esse columna, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut ipsi quidem ad circumcissionem, nos uerò ad gentes. Ex quibus facile sciri potest diuinum Apostolum Ioannem nondum reliquisse Iudæam. Atque post eorum quidem Hierosolymis reditum, cum in-  
rer sanctos Apostolos Barnabam & Paulum de Marco exorta esset contentio, ille quidem accepto Marco nauigauit in Cyprum, diuinissimus autem Paulus cum unâ cum Sila Syriam & Ciliciam obijisset, uenit in Lycaoniam. Cum illic autem uirum omni ex parte optimum Timotheum circumcidisset, in Phrygiam & Galatiam profectus est, pie-  
A.G. 16. tatis semina deiiciens. Prohibuit enim eos, inquit, Spiritus sanctus loqui sermonem in Asia. Deinde cum Mysiam traiecissent, conati sunt etiam Bithynis salutarem prædicationem tradere, & à diuino spiritu sunt rursus prohibiti. Cum uenissent autem Troadem, in Macedoniam à gratia euocati sunt. Deinde post Macedoniam cum Atheniensibus & Corinthijs Diuinæ cognitionis radium attulissent, uenerunt Ephesum. Erat autem unâ cum Apostolo Aquila & Priscilla. Docet itaque beatus Lucas, quòd ingressus in synagogam, cum Iudæis locutus est, qui cum eum rogassent ut illic unâ cum eis ageret, non cesit, sed in Iudæam enauigauit. Clarum est ergo quòd Ephesiorum ciuitas salutarem prædicationem nondum eo tempore acceperat. Neque enim relicto fide-  
A.G. 18. 19. libus diuinus Apostolus uenisset in synagogam Iudæorum. Quinetiam ea quæ in historia consequuntur hoc docent apertius. Cum enim è Iudæa redijisset, reperit Ephesi aliquos

**A** quos numero duodecim, qui Catechismum quidem audierant, sed diuini spiritus gratiam non acceperant, sed Ioannis baptismum solum sciebant. Cum eos ergo baptizasset, duobus simul annis ibi uersatus est, docens Ephesios decreta salutaria, & primum quidem differuit in synagogis. Sed quandoquidem Iudæi pro more contradicebant, in schola Tyranni doctrinam exercebat. In hac ciuitate etiam uestimentorum eius color ac superficies morbos expulit: & Demon in Scenæ filios insiliens exclamauit. Iesum cognosco, & Paulum scio, uos autem qui estis. In hac etiam combusta sunt scripta maleficarum artium & prestigiæ, quorum pretium computarunt, & inuenerunt argenti quinquaginta millia. Quod ergo non diuinus Ioannes, sed admirabilis Paulus salutarem prædicationem eis primus tradiderit, nos aperte docuit Actuum historia. Quod autem etiam

**B** epistolam postea scripserit, ipsæ nos docent literæ. Dicit enim in fine. Vt autem & uos sciatis quæ circa me sunt, quid agam, omnia uobis nota faciet Tychicus, dilectus frater & fidelis minister in Domino, quem misi ad uos in hoc ipsum ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda uestra. Beatum autem Tychicum Roma misit, idque docet in secunda ad Timotheum. Cum enim dixisset, Festina uenire ad me. Demas enim me reliquit, diligens hoc seculum, & abiit Thessalonicam. Crescens in Galatiam: Titus in Dalmatiam. Lucas est mecum solus: accipe Marcum, & duc tecum: est enim utilis ad ministerium, subiunxit. Tychicum autem misi Ephesum. Quod autem hanc ultimam scripserit epistolam, in ea aperte docet. Ego enim iam delibor, et tempus resolutionis meæ

**C** instat. Qui ergo Ephesus prædicauerat, secundo in Macedoniam & Achaïam profectus est, & illic in Iudæam. Deinde cum Ephesi uersatus esset, uenit Romam. Ostensum est autem Tychicum fuisse tabellarium literarum ad Ephesios. Clarum est ergo eum, cum eis Euangelium antea prædicasset, hanc scripsisse epistolam. Epistola autem prima quidem pars continet doctrinam diuinæ prædicationis, postrema autem pars moralem adhortationem.

καταμαρτυροῦντες, qui  
auditione tantū  
in fide instituti  
erant.  
διαταξίᾳ δὲ ἐμισήτο.

2. Tim. 4.

ὁ ἐνομιμῶς τῆ  
ἐπιστολῆς.

## INTERPRETATIO EPISTOLAE

AD EPHESIOS.

**D** AVLVVS APOSTOLVS Iesu Christi per uoluntatem Dei sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu, Gratia uobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. ] Posuit rursus præpositionem, Per, in Deo & Patre, eorum qui cum diuinitate unigeniti bellum gerunt ora obstruens, & docens eam non significare paruitatem. In salutatione autem laude & bonis uerbis eos profecutus est, eos enim sanctos & fideles appellauit. BENEDICTVS Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi. ] Manifestum est cum quidem esse nostrum Deum, Domini autem nostri patrem. Hoc autem amota uimus etiam interpretantes secundam epistolam ad Corinthios. QUI benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo. ] Dedit enim nobis dona diuini spiritus, dedit spem resurrectionis immortalitatis promissiones; pollicitationem regni cœlorum, & dignitatem adoptionis in filios. Ea uocauit spiritalis benedictiones. Et adiecit, In cœlestibus, sunt enim dona cœlestia. Quia autem nonnulli existimabant esse recentem prædicationem, eamque contemnebant, ut quæ esset legis institutione recentior: de eo quoque docet necessario. SICVT elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. ] Ab initio enim ante constitutionem mundi ea, quæ ad nos pertinebant præsciuit & præfinit. Docet autem etiam quam de causa elegerit. VT ES-

ὁ κύριος  
ὁ θεός.



*ἀπόμυς*, ab omni reprehensione alieni.  
*ἐν ἀγάπῃ κατέχευται ἡμᾶς*, cum in charitate nos prædestinasset, seu præfinitet.  
*καὶ τὸ δόξαν τῆς δωρεᾶς ἀγάπης*, prout eius voluntati visum est. aliter, secundum beneplacitū voluntatis suæ.

Psal. 85.  
 & 146.  
 Abac. 2.

*ἡ χάρις καὶ ἡ εὐλογία τοῦ Θεοῦ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν*, gratos nos fecit. filio suo, non est in Græco.

*ὡς ἡ ἀποστολή*, quæ in nos effudit gratiam, patefacto nobis mysterio, aliter, notū nobis faciēs mysterium.

*ὡς ἡ ἐπιτομή*, ad dispensationē.

Gal. 4.  
*ἀνακατατάξις τοῦ σώματος*, in summam colligere.

Rom. 8.

*ἡ ἀνακατατάξις*.

Heb. 2.

Luc. 15.

*ἐκλεκτοί*, sorte electi.

SEMVS sancti & immaculati in conspectu eius. ] Et quomodo elegit eos A  
 qui nondum nati erant? IN CHARITATE qui prædestinavit in adoptio-  
 nem filiorum per Iesum Christum in ipsum. ] Et præsciuit nos, & dilexit,  
 & nostram vocationem præconstituit, vt nos filiorum adoptionis donum  
 perciperemus, per seruatoris nostri dispensationem. Illud autem. In ipsum,  
 dicit Patrem, pro eo quod est, vt eius filii appellamur. Deinde honoris &  
 liberalitatis magnitudinem admirans, subiunxit. SECUNDVM propo-  
 situm voluntatis suæ. ] Hoc enim, inquit, voluit, hoc ei placuit *ὡς ἡ θέλησις* enim  
 hoc est bene placitum, solet ponere scriptura pro beneficio afficiendi vo-  
 luntate. Bene complacitum est, inquit, Domine in terra tua, &. Complacet  
 Domino in timentibus eum, &. Si subtraxerit se non complacet anima mea B  
 in ipso. IN LAUDEM gloriae gratiæ suæ. ] Insignis. n. beneficii magnitudo  
 vel ingratorū linguas ad gratiarum actionem incitat. IN QVA gratifica-  
 uit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem  
 eius remissionem peccatorum. ] Dignos qui amaremur nos fecit mors  
 Domini. Per illam enim peccatorum depositis maculis, à Tyranni seruitute  
 liberati, diuinæ imaginis characterem recepimus. Docet autem etiam quo-  
 modo ea assecuti sumus. SECUNDVM diuitias gratiæ eius, quæ supera-  
 bundauit in nobis. ] Misericordiæ enim fontes effundit, & iis nos fluen-  
 tis irrigat. IN OMNI sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sa-  
 cramentum voluntatis suæ. ] Mysterium voluntatis suæ occultam volun-  
 tatem vocauit. Cùm hæc enim, inquit, ab initio præconstituisset, postea re-  
 uelauit. Hoc enim subiungit, SECUNDVM beneplacitum eius quod pro-  
 posuit in ipso, in dispensatione plenitudinis temporum. ] Illud, In ipso,  
 dicit in Christo. Plenitudinem autem temporum vocat tempus à Deo defi-  
 nitum. Ita etiam in epistola ad Galatas. Quando autem venit plenitudo  
 temporis. INSTAURARE omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra  
 sunt in ipso. ] Hæc docet apertius in epistola ad Romanos. Scimus enim  
 quòd omnis creatura inquit ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Et rursus.  
 Expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Hoc etiam dicit  
 in epistola ad Hebræos. Vt sine Deo pro omni mortem gustaret. Sola autem D  
 diuina natura est ab egestate aliena. Omnis verò creatura opus habe-  
 bat susceptæ carnis dispensationis medicamento. Elementa enim quæ pro-  
 pter vsum hominū facta fuerant, vt essent corruptioni & interitui obno-  
 xia effecit, quando quidem eum etiam mortalem factura erat transgressio.  
 Quæ sub aspectum autem non cadunt, potestates, egrè ferebant, vt est veri-  
 simile, dum viderent improbitatem quæ versatur in hominibus. Si enim læ-  
 tantur propter vnum peccatorem qui agit pœnitentiam, vt dixit Dominus:  
 clarum est eas egrè ferre, dum vident contraria, sed humanæ naturæ ab vni-  
 genito susceptio, morte soluta, & resurrectione ostensa, & communis resur-  
 rectionis dato pignore, tristem illam nubē discussit. Ita q. ἀνακατατάξις, hoc E  
 est, In summam collectionem, appellat breuem rerum mutationem. Per dis-  
 pensationem enim quæ est in Christo Domino, & hominum natura resur-  
 git, & incorruptionem induit: & creatura quæ videtur, ab interitu & cor-  
 ruptione liberata incorruptionem assequetur: & eorum qui sub aspectum  
 non cadunt populi perpetuo in latitia degent, quoniam effugit dolor, tristi-  
 tia, & gemitus. Hoc per hæc verba docuit diuinus Apostolus. Non enim  
 simpliciter dixit, Cælum & terram, sed, quæ in cælis & quæ in terra sunt,  
 & ostendens dispensationis mysterium, subiunxit, In ipso, hoc est, In Chri-  
 sto. IN QVO etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum pro-  
 positum eius qui operatur omnia secundum consiliū voluntatis suæ. ]  
 Cùm

**A** Cum nos enim ab initio prædestinasset, ad hanc vitam forte elegit, qui quæcunque vult facit. Porro autem apertius quoque docet ad quam forte prædestinati sumus. **VT SIMVS** in laudem gloriæ eius nos, qui antè sperauimus in Christo. ] Omnes .n. ad nos respicientes, qui in Dominum Christum credidimus, laudant eorum bonorum authorem. **IN QVO** & vos, cum audissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestræ, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto. ] Non solum enim audiui-  
**B** stis, sed etiam credidistis qua de causa sanctissimi etiam spiritus gratiam adepti estis. Illud autem, signati estis, simile est dicto Prophetico. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Pro eo quod est, veluti quoddam signaculum spiritus donum accepistis. Ipsam autem vocat promissionem, nempe quod promittat Dominus se missurum gratiam spiritus. **QVI** est pignus hæreditatis nostræ. ] Ostendit magnitudinem eorum quæ expectantur. Si enim data gratia, per quam fiebant miracula, & mortui excitabantur, & leprosi mundabantur, & Demones expellebantur, & alia his fiebant similia, arræ locum obtinet: clarum est fore vt qui credunt, maiorem gloriam assequantur. **IN** redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. ] Hæc, inquit, arræ nobis in præsentia data est, vt nos quidem à tyrannide inimici liberaret, Deo autem familiares redderet, vt ipsum perpetuò laudaremus, gratiæ & accepti beneficii memores. **PROPTEREA** & ego audiens fidem vestram quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, nõ cessò gratias agere pro vobis, memoriã vestri faciens in orationibus meis. ] Hinc nonnulli coniecerunt diuinum Apostolum scripsisse hanc epistolam, cum eos nondum vidisset. Oportebat autè eos animaduertere, quòd etiam scribens ad Corinthios, cum quæ grauius ac molesta erant audiisset, eam misit. Renúciatũ est enim mihi, inquit, Fratres ab iis qui sunt Chloës, quòd contentiones sunt inter vos. Quemadmodum ergo illic cum quæ molesta erant, audiisset, dolens scribit, ita etiam cum de his quæ grata erant audiisset, texit laudationem. Laudat autem eos non solum propter studium pietatis, sed etiam propter liberalitatem in sanctos, & propter hæc laudat Deum omnium bonorum authorem, & dicit. **VT DEVS** Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitione eius, illuminatos oculos cordis vestri. ] Orans autem peto vt vos impleamini spiritali sapientia; vt cognoscatis fruitionem bonorũ quæ sperantur. Hoc appellauit reuelationem. Illud autem, Deus Domini nostri Iesu Christi, posuit per diuisionem. Eundem enim eiusdem Deum & Patrem appellauit. Deum quidem, vt hominis. Patrem verò vt Dei. Gloriam enim diuinam naturam nominauit. Ita etiam in epistola ad Hebræos. Qui est splendor gloriæ, hoc est, diuinæ naturæ. Ita etiam diuinus Ezechiel. Hæc est inquit, similitudo gloriæ Domini. Quoniam enim omnino fieri non potest vt diuina natura dignoscatur, eam gloriam nominant, ab adoratione & glorificatione appellationem imponentes. **VT** sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus. ] Supplico autem vt intelligenti luce vestræ mentis visus illustretur, vt dignoscatis propter quænam vocati sumus, & promissorum bonorum magnitudinem prænoscat. Carnea autè lingua differens diuinus Apostolus, cum non possit vt vult laudare Dominum, & donorum ostendere magnitudinem, multa nomina simul congerit ea pro viribus ostendere contendens. Propterea spem vocationis, & diuitias gloriæ hæreditatis, & exuperantem potentiæ magnitudinem, & beneplacitum voluntatis, & alia quæcunque sunt eiusmodi colli-

πιστεύετε, cum credidissetis.

Psal. 4.

ἀραβῶν, arræ.

ἀκούσας τῆν ἡμετέραν πίστιν ἐστὶν, audita fide vestra. μνήσθη, mentionem.

1. Cor. 1.

τὸ δῶρον ἐπιπέμω, mentis vestræ.

Heb. 1. Ezech. 2.

πιστεύετε, qui credimus.

git. Exuperantem autem potentiae magnitudinem posuit, cum crucis ignominiam animo versasset, & quanta per eam rectè gessisset cogitasset, hoc enim subiunxit. **SECUNDVM** operationem potentiae virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in caelestibus, supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. ] Clarum est eum hæc omnia posuisse, tanquam de homine, ea enim de causa etiam admiratione ductus est. Quòd enim qui Deus est vnà cum Deo sedeat, & qui est filius vnà cum patre regnet, non est admirabile. Cùm enim eadem sit natura, ei quoque potestatis coniuncta est societas. Quòd autem sumpta ex nobis natura eiusdem honoris cum eo qui sumpsit sit particeps, vt nulla videatur adorationis esse differentia, sed per naturam quæ cernitur, quæ non cernitur adoretur diuinitas, hoc verò omne miraculum superat. Et ideo diuinus etiam Apostolus supra modum admirans, primum quidem laudat insignem potentiae magnitudinem: Deinde operationem potentiae virtutis, & quærit vocabula quæ possint significare rem admirabilem, & quæ superat omnem opinionem. Primum enim, inquit, eum suscitauit à mortuis. Clarum est, quòd hominem. Deinde sedere fecit, & ostendens honoris magnitudinem, adiecit, ad dextram eius. Quinetiam ostendit regiam. In caelestibus. Deinde & subiectos. Super omnem principatū, & potestatem. Et cum persecutus esset omnia nomina eorum quæ sub aspectum non cadunt, quæ didicimus, adiecit quòd et si aliquos eorum nescimus, postea tamen cognoscemus in vita futura. Et hi omnes subiecti sunt. Et adduxit Propheticum testimonium. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Iam verò hoc quoque posuit Propheta, tanquam de homine. Quid est enim, inquit, homo, quòd memores eius, aut filius hominis, quòd visitas eum? **ET** ipsum dedit caput supra omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius. ] Christus Dominus obtinet locum capitis. Qui autem in ipsum credunt, capitis. **ET** plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur. ] Ecclesiam vocat cœtum fidelium. Eam appellauit quidem corpus Christi: patris autem plenitudinem. Eam enim impleuit donis omnis generis, & in ea habitat & obambulat, vt est vox Prophetica. Hoc autem in futura vita fiet perfectius. Nam hoc etiam docuit scribens ad Corinthios. Cùm enim dixisset, vltimus inimicus destruitur mors, & Omnia subiecit sub pedibus eius, postremo posuit. Vt sit Deus omnia in omnibus. Et illa quidem pluribus exposuimus. Dicemus autem etiam hic breuiter. In præsentem quidem vitam Deus est in omnibus. Habet enim naturam quæ non potest circumscribi: sed non est omnia in omnibus, quando quidem alii quidem impie, alii verò iniuste se gerunt, habitat autem in iis qui ipsum timent, & in iis qui sperant in eius misericordia. In futura autem vita cessante mortalitate, & peccato non amplius locum habente, erit omnia in omnibus.

## CAP. II.

ἀπειθείαι, inobedientiae.

**ET** vos cū essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis ] Nos enim morte affecit peccati operatio, ea. n. mortem peperit. **SECUNDVM** saeculum mundi huius. ] Mundum vocat creaturas. Saeculum autem, vitam præsentem. **SECUNDVM** principem potestatis aëris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae. ] Apertè nos docuit Diabolo quidem olim fuisse creditam aëris potestatem, cùm ab ea autem excidisset, propter improbitatem, impietatis & improbitatis magister effectus est. Non tamen in omnes imperium obtinet, sed in eos solos qui diuinas prædicationes non admittunt. Eos enim appellauit filios inobedientiae,

**A** tiæ, diuina beneficia Ephesiis in memoriam reuocans, quòd cùm iam essent mortui per peccatum, & essent in potestate Diaboli, eos salute dignatus est. Ne se autem reprehendi existimarèt, quòd eis illorum vitam in memoriam reuocaret, seipsum quoque coniungit, communem morbum indicans. **I** N quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum. **E** T eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. ] Ostendit non solum in carnem cadere reprehensionem, sed etiam in ipsam animam. Mens enim prior recipit inclinationem ad ea quæ sunt deteriora: deinde ita per carnem exequitur ea quæ consultauit. Filios autem iræ dixit, pro eo quod est ira dignos, & ultimo supplicio. Ita Antichristum appellauit filium perditionis, hoc est dignum perditione, seu dignum qui periret. **D** E V S autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatè suam qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati. ] Et tamen cum ita affecti essemus, Dominus Deus qui habet abyssum bonitatis, effecit nos participes immortalis vitæ Domini nostri. Hoc enim dicit, Conuiuificauit Christo. Cùm enim ille resurrexerit, nos quoque speramus fore vt resurgamus. In illo enim ea quæ ad nos pertinent rectè se habuerint. Deinde docet aperitius doni magnitudinem. **C** V I V S gratia estis seruati. ] Non enim propter optimam nostrâ vitam vocati sumus, sed propter eius qui nos seruauit charitatem. **E** T conresuscitauit, & confidere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. ] Cùm is enim surrexisset, nos quoque spe resurreximus, & cùm is vnâ cum Patre sedeat, nos quoque sumus honoris participes. Est enim caput nostrum, qui cum eo sedet, nostræ est primitiæ qui cum eo regnat, nostram enim naturam induit. **V** T O S T E N D E R E T superuenientibus sæculis abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu. ] Nunc enim bonorum quæ speratur magnitudo est quidem omnino ignota fidelibus, fideles autem vident tanquam in speculo & in anigmate. Per fidem enim ambulant, nõ per speciem, tunc autem videbunt facie ad faciem, tunc fideles & infideles videbunt naturâ ex nobis sumptâ ab omni creatura adoratâ, & sanctos vnâ regnantes. Si. n. cõmortui sumus, inquit, & conuiuemus: Si sustinemus, & cõregnabimus. **G** R A T I A. n. estis saluati per fidem. ] **D** E i gratia nos his bonis dignata est. Nos. n. solam fidẽ attulimus. Quin eius etiã diuina fuit gratia adiutrix. Hoc. n. subiunxit. **E** T hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus. Vt ne quis gloriatur. ] Non enim nostra sponte credidimus, sed vocati accessimus, & cum accessissemus, non exegit vitæ puritatem & innocentiam, sed sola fide suscepta condonauit peccata. **I** P S I V S enim sumus factura, creat in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. ] Illud, Creati, hic posuit pro regeneratione. Vocauit nos, inquit, per suam bonitatem ineffabilem. obediuimus: & cum credidissemus, sumus salutem consecuti Sed ante baptismum quidem actiuam à nobis virtutem nõ exegit, post baptismum verò ei etiam iubet hærere, & eam tenere. Hoc enim dicit, in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Priora autè rursus eis in memoriam reuocat; vt diuini beneficii ostendat magnitudinem. **P** R O P T E R quod memores estote quòd aliquando vos eratis gentes. ] Hic est ponèdum in cisum. **I** N C A R N E, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu facta. ] Est circumcisio carnis, & præputium carnis. Hoc autem dicit. Vos qui dicebamini præputium in carne (Hoc autem vos appellabant qui circumcisionem carnis manu factam habebant) nullam habebatis communionem cum benedictionibus Israël. Hoc enim docent ea quæ sequuntur. **Q** V O D eratis

πλούσιος ἔσται, cum sit diues. ἡ γὰρ ὄντως, etiam cum essemus.

cuius, non est in Græco.

ὑπερβαλλόντως, exuperantes, insignes.

I. Tim. 2.

enim, non est in Græco.

ποίημα, opus

χειροποίητα, quæ sit manu facta.

πολιτεία, vitæ in-  
stitutione.  
ἔξω τῶν διαθηκῶν  
alieni à testa-  
mentis.  
ἔξω, Deo caren-  
tes.

ἀλλοις, qui soluit.  
ἐν δόγματι, in de-  
cretis.  
καταργήσαι, otio-  
sam & inutilem  
reddidit.

νὴ σὺ ἄνθρωπε, quia  
non es deus.

δὲ μετὰ, hoc  
est, placita.  
κατὰ θεοῦ.

Matth. 19.  
Matth. 6.

ut, &c.

τοῖς μακρὰν ἔχουσιν  
ἐγγύς, iis qui lon-  
gè erant, & iis  
qui propè.

συμπόλιται, con-  
ciues.

illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israël, & hospites te-  
stamentorum, promissionis ipem non habentes, & sine Deo in hoc mun-  
do. ] Vult ostendere Christum Dominum eis omnia bona conciliaffe.  
Priusquam enim, inquit, ei crederetis, eratis Dei cognitione destituti, nec  
bona Israël promissa percipiebatis. NUNC autem in Christo Iesu, vos  
qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. ] Vos  
n. qui procul debebatis, & ab Israël separati eratis, familiares effecit Chri-  
stus. Hoc dixit. Propè facti estis. IPSE enim est pax nostra, qui fecit vtra-  
que vnum; & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua:  
legem mandatorum decretis euacuans. ] Ipse enim fuit pacis arbiter &  
conciliator. Ipse effecit vt qui ex illis & ex nobis credebant, in vnum cor-  
pus redigerentur: & fecit vt lex cessaret, quæ instar cuiusdam muri nos à  
nobis inuicem arcebat, prius autem inimicitias quæ nobis cum Deo interce-  
debant sustulit, cum suam carnem pro nobis dedisset pretium redemptio-  
nis. Hoc vbi fecit, curauit vt omnia illa cessarent, quæ nos & illos seiunge-  
bant. Hoc enim dixit, legem mandatorum. Non enim sustulit illud, Non  
adulteraberis. Non occides. Non furaberis. Non dices falsum testimonium  
aduersus proximum tuum. Nec illud, Honora patrem & matrem tuam.  
Nec hoc, Non concupisces vxorem proximi tui, & quæcunque sunt eiusmodi.  
Ea enim ostendit Christus Dominus ei qui voluit discere viam vitæ  
æternæ. Decreta autem seu placita appellauit doctrinam Euangelicam: quo  
niam in animi electione sita est perfectionis recta executio. Qui enim po-  
test, inquit, capere, capiat, &. Si vis perfectus esse, vende quæ habes. &c.  
Quando ieiunas. Hæc fiunt non ex lege, sed ex libera animi voluntate. Il-  
la autem lege statuit, quæ ab initio quando est naturam fabricatus, in ea in-  
scripsit. VT DVOS condat in seipso, in vnum nouum hominem faciens  
pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucem interficiens  
inimicitias in semetipso. ] Interfecit inimicitias in cruce, ab omni repre-  
hensione aliena oblata hostia. Reconciliauit autem vtrosque, nempe eos  
qui erant ex gentibus, & eos qui ex Iudæis, in vno corpore, quod pro omni-  
bus oblatum est, vt ipsi essent vnum corpus. Omnes autem credentes voca-  
cauit vnum hominem, quoniam omnium quidem vnum est caput Chri-  
stus Dominus: corporis autem locum obtinent qui salute digni sunt habi-  
ti. ET VENIENS euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis: & pacem  
iis qui propè. ] Longe dicit gentes: prope autem Iudæos. QUONIAM per  
ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrè. ] Hoc est simile iis  
quæ dicta sunt à Domino. Nemo venit ad Patrè, nisi per me. Ipse nos, inquit,  
adduxit ad Patrem. Adduxit autem, spiritali gratia dignatus. ERGO iam  
non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. ]  
Sanctos hic dicit non eos solum qui sunt gratiæ, sed eos qui fuerunt in lege,  
& ante legem. Nam etiam de Abraham dixit idem Apostolus quod suscepit  
ciuitatem quæ habet fundamenta, cuius est Deus opifex & creator. Maxi-  
mam, inquit, dignitatem assecuti estis, Deo quidem familiaritate coniuncti,  
sanctorum autem conciues effecti. SUPER AEDIFICATI super fundamen-  
tum Apostolorum & Prophetarum. ] Prophetas hic dicit non Prophetas  
noui testamenti, sed Prophetas veteris. Præposuit autem Apostolos, quo-  
niam prædicationem per illos accepimus. IPSE summo angulari lapide Ie-  
su Christo. ] Quemadmodum dixit ipsum esse caput corporis, ita eum vo-  
cat ædificii summum angularem lapidem. Duos enim muros coniungit, &  
eos qui ex Iudæis, & gentibus crediderant vnit instar anguli. IN quo  
omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in  
quo

**A** quo & vos coadificamini in habitaculo Dei in spiritu sancto. ] In iis quæ antè interpretati sumus Dei plenitudinem appellavit ecclesiam: & hic etiam templum & habitaculum. Illorum autem & horum coniunctionem facit angulus, ædificationem autem gratia spiritus, diuinas doctrinas afferens per prædicatores veritatis.

sancto nõ est in Græco.

C A P . III.

**H** V I V S rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis gentibus. Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis, quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in breui: prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. ] Vult quidem dicere, quod cum scirem hanc vestram vocationem, & exactè cognoscerè & quinam, & quomodo vocati, & propter quænam vocati estis, oro Deum vniuersorum vt vos fide cõfirmet, & quæ ex ea oritur vobis salutem præbeat. Plurima autem interiecit, significans beneficii magnitudinem. Narrat autem etiam quomodo fuit vocatus, & quomodo diuinam accepit gratiam, & quod gentium prædicationi præfectus est, docens quod sibi vel maximè conuenit prædicare, & quod nõ inuadit in aliena, sed ea quæ sibi iussa sunt exequitur. Illud autem, antè scripsi paucis, non vt nonnulli existimarunt, alteram scripsit epistolam. Neque enim de iis quæ ad seipsum pertinent dixit, illud, Antè scripsi, sed de mysterio. Hoc enim dixit. Per reuelationem notum factum est mihi mysterium, sicut prius scripsi paulo antè, hoc est, de quo nunc scripsi. De eo enim scripsit ab exordio vsque ad hunc locum. De eo autem dicit etiam in his quæ sequuntur.

ἐν ὑμῖν, in vos.

πρὸ τῆς ἀποστολῆς, prius scripsi. ἐν ἀλλήῳ, paulo ante.

**Q** U O D aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in spiritu. ] Antiquis quidem Prophetis notum fuit, sed non sicut nunc. Non enim res videbant, sed de rebus antè scribebāt. Ita etiam dixit Dominus in sacris Euangeliiis. Multi prophetæ, & Reges, & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt. Nunc autem primis reuelauit Apostolis. Deinde Prophetis. Multi enim tempore Apostolorum Propheticam gratiam acceperunt. Quid autem reuelauit? GENTES esse cohæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium. Cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. ] Quoniam fideles vnum corpus esse dixit, dicit fore vt gentes sint eiusdem simul corporis, & quoniam hæreditas existimata fuerat Iudæorum, gentes rursus nominauit cohæredes, & cum Iudæi arbitrarentur suas esse solum promissiones, hoc enim dixit etiam in epistola ad Romanos, Quorum sunt promissiones; rursus vocauit gentes promissionis comparticipes. Hæc autem, inquit, acceperunt per Euangelium, cuius ego prædicator & minister per ineffabilem eius qui me vocauit beneficentiam, & inenarrabilem eius potentiam. Dicit autem etiam quam de causa meminit potentia. MIHI enim sanctorum omnium minimo data est gratia hæc, in gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi. ] In me vim suæ potentia ostendit, qui cum essem indignus me vocauerit, & mihi gentes docendas crediderit. Porro autem Eunomii os impudens apertè obstruxit, dum Christi imperuestigabiles diuitias appellauit. Ille enim dicens Patrem creatorem filii, dixit Patris substantiam eius substantiam comprehendisse. Diuinus autem Apostolus non solum diuinam Christi naturam sed etiam diuitias dicit imperuestigabiles. Et quomodo prædicas, si sunt diuitia imperuestigabiles? Hoc enim ipsum, inquit, prædico, quod sunt imperuestigabiles. Hoc enim subiungit. ET ILLUMINARE omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo qui omnia creauit. ] Non

Luc. 10.

ὁμοῦμα, eiusdè simul corporis.

Rom. 9.

ἀνεξερεύητων, imperuestigabiles.

post creauit, est in Græco, ἡδὲ ἐν ὁῦ ἰησοῦ, per Iesum Christum.

νῦν, nunc inno-  
tescat.  
ἀρχαίς, principa-  
tibus.  
πολυπλοῦτος, mul-  
tum varia, mul-  
tiplex.

fiducia, παρρη-  
σίαν, dicendi li-  
bertatem.  
confidentia, πε-  
ποιθήσει, fiducia.  
μὴ ἐκίσταίν, ne vi-  
li & abiecto sim  
animo.

1. Cor. 4.

ὁ δὲ ἅγιος πνεῦμας  
ἀντὶ ἐὶς τὸ εὐαγγέ-  
λιον καὶ τὸν κτισμὸν  
ἔργισεν, ὡς περὶ τοῦ  
πνεύματος, ὡς περὶ  
τοῦ πνεύματος, ὡς  
περὶ τοῦ πνεύματος.

ἐπεκτείνετε, longe am-  
plius facere.  
νοήσατε, cogita-  
mus,

ὁ δὲ ἅγιος πνεῦμας  
ἀντὶ ἐὶς τὸ εὐαγγέ-  
λιον καὶ τὸν κτισμὸν  
ἔργισεν, ὡς περὶ τοῦ  
πνεύματος, ὡς περὶ  
τοῦ πνεύματος, ὡς  
περὶ τοῦ πνεύματος.

inuestigo ea quæ inuestigari non possunt, sed quod nunc reuelatum est my-  
sterium doceo eos qui nesciunt. Olim enim erat id occultum, & soli Deo  
cognitum, qui omnia fecit vnà secum operante vsus filio. **VT** innotescat  
principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapien-  
tia Dei, secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu  
Domino nostro. ] Nam nec potestates quidem quæ sub aspectum non ca-  
dunt, sciebant mysterium, sed per dispensationem quæ est in ecclesia, ineffa-  
bilem Dei sapientiam didicerunt: Secundum præfinitionem autem sæculo-  
rum dicit, pro eo quod est. Hæc ante sæcula proposuerat, fecit autem per  
dispensationem quæ fuit in Christo Domino. **IN QVO** habemus fiduciam  
& accessum in confidentia per fidem eius. ] Ipsi enim credentes, per ipsum **B**  
ad Deum & Patrem adducti sumus. **PROPTER** quod peto ne deficiatis  
in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. ] Rogo ergo vt di-  
uinum auxilium assequar, vt fortiter feram quæ molesta & difficilia acci-  
dunt propter vestram salutem. Mea enim in his fortitudo & tolerantia ve-  
stra est gloria. Cùm hæc omnia in medio interiecisset, reuertitur ad preca-  
tionem; & dicit. **HVI** vs rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini  
nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nomina-  
tur. ] Propriè pater, & verè pater Deus. Non enim fuit primus filius, De-  
inde pater, sed semper pater est, & natura pater, alii autem Patres, siue sint  
corporales, siue spirituales, è superis traxerunt appellationem. Dicit autem **C**  
in terra Patres eos qui sunt Patres natura, cœlestis autem Patres, vocat spiri-  
tales. Talis erat ipse diuinus Apostolus. Idque nos docuit, scribens ad Co-  
rinthios. Etsi enim decem millia Pædagogorum habetis in Christo, sed nõ  
multos Patres: In Christo enim Iesu per Euangelium ego vos genui. Dicit  
ergo. Rogans & obsecrans flecto genua mea, & supplico Patri Domini no-  
stri Iesu Christi, qui verè est pater, qui non ab alio hoc accepit, sed ipse aliis  
impertiit. Quid autem postulas? **VT** DET vobis secundum diuitias glo-  
riae suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine Chri-  
stum inhabitare. ] Habet diuitias ineffabiles & immensam potentiam. Pe-  
to ergo vt vos hoc consequamini, vt per gratiam spiritus vestrae animæ sint **D**  
habitaculum Christi qui vos seruaui: Deinde eos etiam docet quænam con-  
ferre oporteat ad huius templi constructionem. **PER** fidem in cordibus  
vestris, in charitate radicati & fundati. ] Fide enim & charitate opus est,  
vt vos in his germinetis, firmitatem & constantiam veluti quandam basim  
& radicem habentes. **VT** POSSITIS comprehendere cum omnibus san-  
ctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profunditas, scire etiam  
super eminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem ple-  
nitudinem Dei. ] Fieri potest vt per fidem & charitatem spiritalem gratiam  
assequamur, & per eam ediscamus dispensationis quæ fuit magnitudinem.  
Per longitudinem enim & latitudinem profunditatem & altitudinem de-  
clarauit magnitudinem: quandoquidem ex eis significatur magnitudo. **E**  
Illud autem. **VT** IMPLEAMINI in omnem plenitudinem Dei. Pro eo quod  
est. Vt ipsum perfectò inhabitantem suscipiatis. Deinde eam orationis par-  
tem, in qua de dogmatibus seu decretis agitur absoluit Deum glorifican-  
do. **ET** autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus,  
aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ec-  
clesia & in Christo Iesu in omnes generationes sæculi sæculorum. Amen. ]  
Laudo autem eum quod & vult & potest, & dat plura quàm petimus. Ipsum  
autem etiam ab omnibus laudari cõuenit tam in præsentis vita quàm in futura.  
Postquam diuini beneficii diuitias sic ostendit, hortatur ad species virtutis.  
Caput

## CAPVT

## IIII.

**A** **O**BSEURO itaque vos ego vincitus in Domino. ] Vinculorum mentio sufficit ad incitandum ad virtutem vel eos qui sunt planè stupidi, & nullo sensu præditi. Propter vos, inquit, his sum constrictus. Si nollem. n. prædicare, ab his essem omnino liberatus. Aequū est autem diuinum Apostolum etiam in his admirari, quod de vinculis quæ pro Christo susceperat magis se iactat & gloriatur quàm Rex de diademate. Quid autem obsecras? **V**T dignè ambuletis vocatione qua vocati estis. ] Vitæ institutionem vestræ vocationi conuenientem suscipiatis: Nec diuino beneficio scelerata ac nefaria vita iniuriam faciatis. Et quoniam gratias spirituales habentes, & miracula faciebant, & linguis diuersis loquebantur, & operatione Prophetica fruebantur, ea autem satis erant ad hoc vt intumescerent, & de se nimis elatè sentirent, de eo primum affert adhortationem. **C**V M omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. ] Vnam estis consecuti gratiam, fons vnus diuersos emittit riuulos. Humilitate ergo & mansuetudine vtètes, vos inuicem tolerate, & ex lege dilectionis seruate pacis vinculum. **V**N V M corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. ] Vnum spiritum accepistis, vnum corpus effecti estis. Vna spes vobis data est resurrectionis & regni cœlorum. **V**N V S Dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnes & per omnia, & in omnibus nobis. ] Posuit vbique vnum, & vnus, coniungens ecclesiam. **C**V M vnum, inquit, Dominum habemus, Vnum baptismum accepimus, vnam fidem attulimus. Vnus omnium nostrum Deus est & pater: conuenit ergo vt inter vos, tanquam inter fratres, habeatis concordiam. Atque, super omnes quidem, significat dominium. Per omnes autem providentiam. In omnibus verò inhabitatione. **V**N I C V I Q V E autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. ] Hic eos consolatur, qui quæ videbantur esse minora dona acceperant: & ostendit Dominum Christum ea dispertisse, propemodum dicens. Ne ægrè feratis. Ipsæ enim ita vt nouit, vnicuique gratiam dimensus est. Prophetico quoque testimonio id quod dicit confirmat. **P**R O P T E R quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. ] Psalmus quidem dicit, accepit dona in hominibus. Ipse autem posuit illud, Dedit. Vtraque autem facta sunt. Accipiens enim fidem, reddit gratiam. Pulchrè autem & admodum accurate posuit Propheta illud, Captiuam duxit captiuitatem. Neque enim nos, cum liberi essemus, abduxit in captiuitatem, sed cum ipse nos contrà in captiuitatem redegisset, libertate donauit. Deinde interpretatur ascensum. **Q**V O D autem ascendit, quid est, nisi quòd & descendit primum in inferiores partes terræ? ] Ascensus significat descensum. Cùm enim prius descendisset, & nostram salutem procurasset, deinde rursus ascendit. Inferiores enim terræ partes mortem vocauit. Etenim ita etiam dicit Propheta. Posuerunt me in lacu inferiori. Et rursus. Et substantia mea in inferioribus terræ. **Q**V I descendit ipse est & qui ascendit supra omnes cœlos, vt impleret omnia. ] Non enim alius descendit, & alius ascendit, sed vt paucis dicam, aliter descendit, & aliter ascendit. Cùm enim descendisset incorporeus, ascendit cum corpore. Descensus autem non significat aliquam à loco ad locum transitionem, sed docet dispensationis magnitudinem, quòd cum esset altissimus, se adeò abiecerit, & tantam humilitatem sustinuerit. **E**T I P S E dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem

μενεο θυμωσ.  
ἀνεχόμενοι, feren-  
tes.

αὐτὸ ἀέριτες, stu-  
dium adhibέτες.

ἡ ἑὶς ἡ, sicut  
etiam.

Psal. 67.

ἡ ἑὶς ἡ, & dedit.

τὸ ἡ ἀνέβη, illud  
autem ascendit.

Psal. 67.

& 138.

τὸς μὲν, τὸς ἡ, hos  
quidè, illos vero  
ἡ ἑὶς ἡ, per-  
fectionem.



sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi. ] Erant <sup>A</sup>  
 illo tempore, vt sæpe dixi, qui Propheticam gratiam acceperant. Quinetiam  
 meminit Actuum historia Agabi Prophetæ, & aliorum qui prophetabant  
 Antiochia, in quibus erat etiam ipse diuinus Apostolus, erant & Euangeli-  
 stæ. Ex his erat etiam beatus Philippus vnus ex septem. Pastores autem &  
 doctores eos dicit qui in ciuitate & in pago erant deputati & segregati.  
 Qua de causa posuit eos post Euangelistas, quoniam illi obeuntes prædica-  
 bant. Hæc autem dona dedit ad ædificationem & vtilitatē credentium, eos  
 enim appellauit corpus Christi. **DONEC** occurramus omnes in vnitatem  
 fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis pleni-  
 tudinis Christi. ] Perfectionem autem in vita futura consequemur. In præ-  
 senti ergo Apostolorum, & Prophetarum, & doctorum auxilio opus habe-  
 mus. **VT IAM** non simus amplius paruuli, fluctuantes, & circumferamur  
 omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia, ad circumuentionē  
 erroris. ] Puerorum propria est leuitas & animi subita mutatio. Tales,  
 inquit, eramus ante vocationem, vt qui huc & illuc instar fluctuum impel-  
 leremur, & iis qui nos decipiebant crederemus *κυσέων* autem appellauit ver-  
 futiam seu calliditatem. A verbo autem *κυσέων*, quod significat ludere tess-  
 ris, hoc nomen finxit. Proprium est autem eorum qui ludunt tessaris, vt huc  
 & illuc calculos transferant, & callidè hoc faciant. Insidias autem erroris vo-  
 cauit machinationem. Neque enim Diabolus iubet apertè adulterari: sed <sup>C</sup>  
 vel per oculos inescat, vel per aures demulcet, nec iubet apertè Deum nega-  
 re, sed efficit vt auguriis, aut sortibus, aut amuletis vtamur. **VERITATEM**  
 autem facientes in charitate, crescimus in illo per omnia qui est caput Chri-  
 stus. ] Hoc etiam dixit in epistola ad Corinthios. In charitate non ficta, ita  
 etiam hic iubet veram habere charitatem, & per eam augere diuitias virtu-  
 tis in ipso Domino. Omnis enim inquit, palmes in me non ferens fructum,  
 tollitur, & in ignem mittitur: & quoniam eum rursus caput nominauit,  
 ostendit quot bona à capite suppeditentur. **EX QVO** totum corpus com-  
 pactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum  
 operationem in mensuram vniuscuiusque membri augmentum corporis fa-  
 cit in ædificationē sui in charitate. ] Quemadmodum, inquit, caput omni-  
 bus membris corporis suppeditat operationem sensus: sentiendi enim facul-  
 tatis fons est cerebrum, ita etiam Christus Dominus obtinens locum capi-  
 tis, dispertit dona spiritus, in vnam iuncturam ac compagem coniungens  
 membra corporis. Tactum autem sensum appellauit, quandoquidem ipse  
 quoque vnus est ex quinq. sensibus, & totum ex parte denominauit. **HOC**  
 igitur dico, & testificor in Domino. ] Rursus rediit ad exordium suasionis,  
 & Domini memoriam vocat in testimonium. Teste, inquit, Domino hæc  
 dico. Quid ergo testificatur? **VT IAM** non ambuletis, sicut & gentes am-  
 bulant. ] Reliquas gentes dicit eas quæ nondum crediderunt. Quomodo <sup>B</sup>  
 autem illæ ambulant? **IN** vanitate sensus sui. ] Impiis vtentes cogitatio-  
 nibus, ea quæ non sunt in Deos referentes. **TENEBRIS** obscuratum ha-  
 bentes intellectum. ] Dei ignorance appellauit tenebras. Deinde etiam  
 arguit vitæ iniquitatem. **ALIENATI** à vita Dei. ] Vitam Dei appellauit  
 vitam, quæ est ex virtute. Dicit etiam causam iniquitatis. **PER** ignoran-  
 tiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum. Ita etiam dicit David  
 Prophetæ. Dixit insipiens in corde suo, nō est Deus. Corrupti sunt, & abho-  
 minabiles facti sunt in studiis suis. Cordis autem cæcitatem vocauit extre-  
 mum stuporem. Nam quæ insunt in corpore cæcitates nullum habent sen-  
 sum, quoniam corpus est omnino mortuum. Hoc etiam dixit diuinus Apo-  
 stolus.

*μερόντες*, puto  
 autem legēdum  
*απειρόντες*.

*ἴνα μὴ κεν*, vt non  
 amplius.  
*ἐν τῇ κωβείᾳ*, in im-  
 postura, seu cal-  
 liditate.  
*κυσέων* τῶν μαθητῶν  
 ad insidias.

Veritatem autē  
 facientes, nō est  
 in Græco The.  
 2. Cor. 6.

Ioan. 15.

*ἐπί*, factum, vt  
 exponit Theod.  
 nam & commif-  
 sum, & tactum  
 significat.

*ἄλλοι*, cetera  
 gentes.  
*καὶ λοιπὰ ἔθνη*, cæ-  
 tera gentes.

*νοῦς*, mentis.

*ἀγνωσίᾳ*, cogita-  
 tionem.

Psal. 13.

*ὁπώραν*.  
*ἐπὶ τῶν κειμένων*.

**A** solus. Subiungit enim. **QVI** desperantes. ] Hic est ponendum incisum. **S** **B** **M** **E** **T** ipsos tradiderunt impudicitia, in operationem immunditiae omnis in avaritia. ] Primum iniquitate, deinde satietate laborarunt. Cum in vitam enim improbam & sceleratam impegissent, paulatim stuporis & doloris sensus priuationis morbo laborauerunt: Deinde secure quoduis peccatum perpetrant, flagitiosa vita vel plusquam ad satietatem vtentes *πλεονεξίαν* enim hoc est, plura habendi auiditatem, posuit pro immoderatione. Ex hoc loco intellexerimus & quod dictum est in epistola ad Romanos. Tradidit eos Deus in reprobum sensum. Ita enim appellauit permissionem. Hic enim aperte docuit quod seipsum libidini tradiderant. **V** **O** **S** autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu. ] Talis est disciplina impietatis. Christi verò disciplina est omnino contraria. Docet etiam quanam sit. **D** **E** **P** **O** **N** **E** **R** **E** vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestrae, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. ] Veterem hominem non appellauit naturam, sed peccati operationem. Neque enim qui baptizatur deponit corpus, sed sordidum peccati indumentum. Nouum autem hominem vocauit eum qui ex lege Euangelica vitam instituit. Hominem autem & virtutem & vitium appellauit, quoniam vtrūque fit ab hominibus. Spiritum autem mentis, dixit spiritalem mentis incitationem & motionem. Porro autem dicit etiam quanam sint propria noui hominis. **P** **R** **O** **P** **T** **E** **R** quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. ] Est enim longè absurdissimum vt qui alterum alterius membra sumus, ea quae non sunt inter nos inuicem dicamus, hoc enim non est membrorum proprium. Oculi enim videntes praecipitia fossasque & voragines, ea pedibus significant vt declinent, & non totum corpus detrimento afficiant, & aures sonorum sensum excipientes, eos oculis significant, nec mentiuntur alii sensus inter se inuicem, est enim mendacii damnum commune. **I** **R** **A** **S** **C** **I** **M** **I** **N** **I**. ] Hic ponendum est incisum. **E** **T** **N** **O** **L** **I** **T** **E** peccare. ] Ea statuit, quae sunt naturae commoderata. Sciebat enim non semper rationem forti & generoso animo ferre motuum & perturbationum impetum. Iubet ergo vt iram soluant quam citissimè. Hoc enim subiungit. **S** **O** **L** **N** **O** **N** occidat super iracundiam vestram. ] Iræ mensuram dedit mensuram diei. Veretur enim ne noctu quiescens cogitatio morbum augeat. Porro autem nouit etiam Diaboli machinas. Vnde subiunxit. **N** **O** **L** **I** **T** **E** locum dare Diabolo. ] Postquam huic morbo conueniens medicamentum praebuit, transit ad alterum. **Q** **V** **I** furabatur, iam non furetur: magis autem labore operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. ] Quoniam enim otium hoc vitium praecipue generat, ei merito opposuit bonam operationem. Est enim etiam mala operatio, eius species est furtum. Iubet autem vt non solius ventris gratia operari adgrediantur, sed etiam vt iis qui opus habent succurrant. Postquam affectiones manuum ita medicatus est, linguae etiam morbo medetur. **O** **M** **N** **I** sermo malus ex ore vestro non procedat. ] Sermo putridus seu spurcus, turpis sermo, maledictum, calumnia, blasphemia, mendacium, & quae sunt his similia. **S** **E** **D** si quis bonus. ] Atqui eum etiam opportunè iubet proferre. Hoc enim subiunxit. **A** **D** aedificationem fidei, vt det gratiam audientibus. ] Gratiam autem vocauit iucunditatem, hoc est, vt sit acceptus iis qui audiunt. **E** **T** nolite contristare spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in die redemptionis. ] Contristant

*ἔι ἄνεσ ἀπληροῦ  
τες, qui cū omnē  
sensum doloris  
amiserint.  
πλεονεξία, plura  
habēdi auiditate*

Rom. i.

*ἀποθέτω ἱμαῖα, vt  
vos deponatis.*

*ἀνανεώσω, reno-  
uari, id est, vt re-  
nouemini.  
ἐνδύσασθαι, indui  
id est, vt indua-  
mini.*

*putridus, non am-  
plius.  
ἵνα ἔχη μετὰ δου-  
λεύει τῷ χεῖρῶν ἔργον  
vt possit imperti-  
ri ei qui indiget.*

*σαρπῶς, putridus  
spurcus.*

*ἡ ἀδελφότης  
fidei, χεῖρας, eius  
quod opus est.*

ἡμῶν, exan-  
dentia.

καὶ ἀγαθήματα.

Ἐπιπέλα, vrba  
nitas, seu dicaci-  
tas.  
καὶ μὴ ἀνύκοντα,  
quæ ad rem non  
pertinent.  
ἰδρ, enim.  
ἰστὴ γυνώσκοντες, co-  
gnoscite.  
ὅτι ἰστὴ ἰδωκόλα-  
της, qui est ido-  
lorum cultor.  
Matth. 6.  
ἀπειθεῖς, inobe-  
dientæ.

ἀνεῖς φρούτος, spiri-  
tus.  
καὶ καρπὸς, domino  
μῶν ἰδρ, po-  
tius autè etiam.

ἰπυαὸς ἑ, illu-  
cescet tibi, The.  
videtur legere,  
ἰπυαὸς ἑ, id est,  
te tanget.

autem spiritum sanctum contraria eorum quæ dicta sunt, & vita scelerata. **A**  
Per sanctissimum autem diuinum spiritum Domini grex effecti sumus.  
**OMNIS** amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur  
à vobis cum omni malitia. ] Vniuersum huius affectionis examen radici-  
tus euellere conuenit. **ESTOTE** autem inuicem benigni, misericordes, do-  
nantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit nobis. ] Quæ desunt vo-  
bis, & quæ in vobis desiderantur, inuicem toleranter ferte : & vniuersorū  
Deum imitami, qui per Christum Dominum dedit nobis remissionem  
omnium delictorum. **CAP.**

**ESTOTE** ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi. ] Adoptionem ac-  
cepistis, Deum Patrem nominatis, imitami ergo cognationem. **ET**  
ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit vos, & tradidit semetipsum  
pro vobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. ] Hic quoq.  
ostēdit Patris & Filii æqualitatem. Cū enim Deum imitari iussisset, idem  
etiam præcepit de filio, & quemadmodum de Patre dixit, eum nobis donas-  
se: ita etiam de Christo, eum nos dilexisse, & seipsum pro nobis tradidisse.  
Non enim necessitate adductus obediit vt seruus aliquis, sed seipsum sua  
sponte pro nobis tradidit. Illud autem, Oblationem & hostiam in odorem  
suauitatis, clarum est eum dicere de corpore. Id enim cruci affixum est.

**FORNICATIO** autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur  
in vobis, sicut decet sanctos. ] Quàm sint execranda quæ dicta sunt satis  
ostendit, cum ipsas eorum appellationes è memoria amandare iusserit. **AVT**  
turpitudine, aut stultiloquium : aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet : sed  
magis gratiarum actio. ] A piorum cœtu immoderatum etiam risum ex-  
pellit, eum enim parit stultiloquium & dicacitas. **HOC** autem scitote,  
quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum ser-  
uitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. ] Hoc ipsum dixit in  
epistola ad Corinthios. Idolorum autem cultum appellauit auaritiam con-  
uenienter voci Domini. Nemo enim, inquit, potest duobus Dominis seruire.  
& , Non potestis Deo seruire & mammonæ. **NEMO** vos seducat inani-  
bus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei super filios diffidentia. ] **QUO**

eniam qui Græca dogmata sequebantur, faciebant vnumquodque eo-  
rum, præcipit ne illis animum adhibeant, nempe quòd Dei iustitia impro-  
bitatis operariis imminet. **NOLITE** ergo effici participes eorum. ]  
Nempe eorum qui in impietatis seruitutem redacti sunt. **ERATIS** enim  
aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. ] Estis enim luce diuina  
illuminati. **VT FILII** lucis ambulate. ] Quoniam eos lucem appellauit,  
vera autem lux vocatus est Dominus, appellauit eos filios lucis. **FRUCTVS**  
enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. ] Qui est sancti Spi-  
ritus particeps, ferat fructus spiritus. **PROBANTES** quid sit beneplacitum  
Deo. ] Et rationis estis participes, & sanctissimi Spiritus gratiam accepi-  
stis, facile ergo poteritis diiudicare ac discernere quænam Domino placeat.

**ET** nolite communicare operibus in fructuosis tenebrarum : magis autem  
redarguite. Quæ enim occultò fiunt ab ipsis turpe est & dicere. Omnia au-  
tem quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Omne enim quod manifesta-  
tur lumen est. ] Vocauit eos lucem, & filios lucis, lux autem ea arguit quæ  
celantur in tenebris. Eis itaque præcipit vt non solum fugiant eorum con-  
gressionem, sed eorum etiam improbitatem arguant, **PROPTER** quòd di-  
cit. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. ]  
Nonnulla autè exemplaria habent **ἐπιφανεῖς σοὶ ὁ Χριστός** id est, Illucescet tibi  
Christus, id autè eorū quæ dicta sunt consequentiæ maxime conuenit. Qui  
enim

enim

**A** enim socordiam, tanquam somnum deponit, Domini lucis radium suscipit. Sciendum est autem hoc non esse scripturæ testimonium, in diuina enim scriptura nusquam fitum inuenimus. Nonnulli autem interpretes dixerunt eos qui spiritalem gratiam acceperant, aliquos Psalmos composuisse: & diuinum Apostolum id innuere in epistola ad Corinthios. Vnusquisque vestrum habet psalmum. **VIDETE** itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus quoniam dies mali sunt. ] Malos dies non vocat ipsum tempus: Cuiusmodi enim improbitatem habuerit tempus: sed scelera & flagitia quæ in ipso perpetrantur. Et ideo dixit, redimentes tempus. Hoc est, Tempus non est vestrum. Inquilini enim estis, & viatores transeuntes: Quæ ergo vobis aduersa accidunt, ferte forti & generoso animo: & præsentis tempore rectè & vt oportet vtimini. **PROPTEREA** nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. ] Est enim extremæ dementiæ non obseruare & colere Dominum qui te seruauit. **ET** nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto loquentes vobismetipsis in Psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino. ] Damnoſa ebrietate eiecta, in eius locum spiritalem reposuit. Hoc enim dixit, Implemini spiritu, pro eo quod est, Deum perpetuo laudantes, & apud seipsos verſantes, & cogitationem semper excitantes. Corde enim canit, nõ solum qui **C** mouet linguam, sed etiam qui mentem excitat ad eorum quæ dicuntur intelligentiam. **GRATIAS** agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo & Patri. ] Non enim oportet pro se tantum laudare Deum benefactorem, sed etiam pro omnibus qui beneficium acceperunt. Oportet autem hoc facere semper recordantes Christi qui nos seruauit. **SUBIECTI** inuicem in timore Christi. ] Non oportet enim eis subiecti, qui vt improbè & sceleratè aliquid faciamus præcipiunt: sed iis qui in pietate vitam agunt. Et quoniam de subiectione legem tulit communem, per species deinceps suadet quæ sunt conuenientia. **MULIERES** viris suis subditæ sint sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput **D** est ecclesiæ. Ipse est saluator corporis eius. ] Admodum sapienter posuit exemplum diuinus Apostolus. Sufficit enim ad efficiendum vt vxores maritos reuereantur, & ad maritis inducendam in vxores beneuolentiam. **SED** sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. ] Adiecit illud, In omnibus, vt qui piis legem ferret. Quòd enim piis legem ferat, exemplum indicat. Nullus autem pietatis alumnus ea quæ sunt sibi familiaria & necessitudine coniuncta Deo præfert. **VIRI** diligite vxores vestras: sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua. ] Curam Domini imitamini, & quam ipse ostendit in ecclesiam, eandem vos coniugum gerite. Christus enim Dominus pro sua sponsa ne mori quidem recusauit, vt eam emundaret, & ei lenium abraderet, & splendidam ab omnique labe & macula liberam efficeret. Oportet ergo vos quoq. in eas eandem habere beneuolentiam: & tanquam propriorum corporum curam gerere. Illud autem, Mundans lauacro aquæ in verbo, pro eo quod est, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. **QUI** suam vxorem diligit, seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam. ] Etsi aliquod membrum in aliquem morbū inciderit, non refecamus, sed ei medicinā adhibemus: ita, inquit, vos etiam

2. Cor. 4.  
ἀειψίως, exacte,  
seu perfectè.

καρδία ὑμῶν, COR  
de vestro.

δὲ, Dei.

ὅ, αὐτὸς ἐστὶ σωτὴρ  
τῆς Ἐκκλησίας, &  
ipse est seruator  
corporis.

vitæ non est in  
Græco.

τὰ σώματα ἑαυτῶν  
τῶν ἄνδρων, sua ipsorum  
corpora.

καρδία

oportet vxorum vestrarum curam gerere. sicut Christus ecclesiam. ] <sup>A</sup>  
 Nutriens ipsam, & fouens, & ei suum dans corpus & sanguinem. <sup>Q</sup>VIA  
 membra sumus corporis eius: de carne eius, & de ossibus eius. ] Sicut enim  
 Eua ex Adam facta est, ita nos ex Christo Domino. Cum eo. n. in baptismo  
 consepelitur, & vna cum eo resurgimus, & corpus eius comedimus, & san-  
 guinem bibimus. Porro autem nobis etiam in memoriam reuocat ea quæ de  
 vxore dicta sunt. <sup>P</sup>ROPTER hoc relinquet homo patrem & matrem suã,  
 & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. ] Reuerere primam le-  
 gem, quæ post mulieris creationem lata est, & in hominum natura est coalita.  
 Qui enim matrimonium contrahit, iis qui ipsum genuerunt relictis, vxori  
 coniungitur, & tanta coniunctio efficitur vt duo vna caro existimentur. <sup>B</sup>  
 Huius autem rei testis est fructus matrimonii. Vnus enim puellus ex ambo-  
 bus nascitur. Iam verò diuinus Apostolus cum legisset legem matrimonii,  
 ostendit eam quoque resplendere in spiritalibus nuptiis, & vociferatur. <sup>S</sup>A-  
 CRAMENTVM hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia. ]  
 Ipse enim superno patre relictus, coniunctus est ecclesiæ, relinquere autem  
 visus est ratione susceptæ humanitatis, cum vt Deus à Deo separari non pos-  
 set, vt qui ipse etiam haberet naturam quæ non posset circumscribi. <sup>V</sup>E-  
 RVNTAMEN & vos singuli vnusquisque vxorem suam sicut seipsum dili-  
 gat: Vxor autem timeat virum suum. ] Non omnino, inquit, in Christum  
 & ecclesiam nuptialem legem transtuli. Vos etenim legi subiecti estis, & <sup>C</sup>  
 oportet maritum quidem vxorem tãquam proprium amare, vxorem autem  
 & amare & timere maritum. Hoc enim etiam lex diuina præcepit. Ad vi-  
 rum tuum conuersio tua, & ipse dominabitur tui. <sup>C</sup>AP. VI.

Gen. 2.  
 ἡ ἑσπέρη ἡ ἡμέρα  
 agglutinabitur.

Gen. 3.  
 Ἠπακούσατε τῷ κυρίῳ  
 gratū & iustum  
 est.

vscola, admoni-  
 tione.

ὡς ἀνθρώποις  
 vt qui studet ho-  
 minibus placere.  
 μετ' ἀπολαύσεως  
 οὐκ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ  
 ἀνθρώπου, cum be-  
 neuolentia ser-  
 uientes Deo &  
 non hominibus.  
 ἵνα τὸ ἔργον ὑμῶν  
 ἡσυχῆ ἀγαθῶν, si  
 quod vnusquis-  
 que vestrum bo-  
 num fecerit.

<sup>F</sup>ILII obedite parentibus vestris in Domino. Hoc enim iustum est. ]  
 Hoc est ex lege Dei. Hoc enim subiunxit. <sup>H</sup>ONORA Patrem tuum,  
 & matrem tuam quod est mandatum primum in promissione. ] Sunt alia  
 ante hoc præcepta, sed legislator non adiecit illis promissionem. Hic enim  
 subiunxit, <sup>V</sup>T tibi bene sit, & sis longæuus super terram. ] Ostendit diui-  
 nus Apostolus ea quidem cessasse quæ erant legis superuacanea, postquam  
 adfuit legislator, sed quæ naturaliter præcepta fuerant, etiam post nouum <sup>D</sup>  
 testamentum vim suam obtinere. <sup>E</sup>T vos patres nolite ad iracundiam  
 prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione Do-  
 mini. ] Filiis præcepit vt obediant: Patribus vt educent, & molestia non af-  
 ficiant, & præterea vt piè alant, & diuina edoceant. <sup>S</sup>ERVI obedite do-  
 minis carnalibus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut  
 Christo. ] Seruis etiam leges necessario constituit. Omnia enim habet cor-  
 pus ecclesiæ, & maritos & vxores, & patres, & filios, & seruos & domi-  
 nos, & diuites & pauperes, & principes & subditos. Seruis ergo præcipit, vt  
 cum eo quo par est timore dominis seruiant, & improbitatem animiq. ma-  
 lignitatem relinquunt. Hoc enim dixit, in simplicitate cordis vestri. Adiecit <sup>E</sup>  
 autem, sicut Christo, eos consolans, & docens propositam esse mercedem iis  
 qui liberaliter & ingenuè seruiunt. <sup>N</sup>ON ad oculum seruientes, quasi ho-  
 minibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo,  
 cum bona voluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus. ] Rur-  
 sus dominis seruire cum beneuolentia, Domini seruitutem appellauit, eos  
 consolari moliens. Ad oculum autem seruitutem appellat, quæ non ex sine-  
 ro corde adhibetur, sed in speciem tantum, cum sit ficta & simulata. <sup>O</sup>sten-  
 dit etiam mercedem quæ eis proponitur. <sup>S</sup>CIENTES quòd vnusquisque  
 quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. ]  
 Ostendit dominium & seruitutem esse vita præsentis circumscriptam: sed  
 postquam

**A** postquam ab hac peregrinatione excesserimus, non futuram amplius seruitutis & domini differentiam, sed virtutis & vitii. **ET** vos domini eadē facite illis, remittentes minas. ] Iubet vt benignitate & mansuetudine in eos vtantur, & terrefacit. **SCIENTES** quōd & illorum & vester Dominus est in cœlis, & personarum acceptio non est apud Deum. ] Qualem vis in te esse Dominum, talem te exhibe in seruum. Dominus enim nescit domini & serui differentiam. Omnes enim ex equo formauit. Iure autem est admirandus ordo suasionis. Primis enim maritis & vxoribus leges statuit. Liberos enim procreationem præcedit matrimonium. Deinde filiis & parentibus. Liberos enim susceptio est fructus matrimonii. Post partum. **n.**

**B** ille quidem pater, hic verò filius nominatur. Vltimam autem seruorum & dominorum posuit coniugationem, ea enim ex euentu facta est: Illæ autem sunt naturæ priuilegiis honoratæ. Cùm illa ergo sic statuisset, ex diuisione rursus communem affert suasionem. **DE** cætero fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. ] Omnem timorem expellite. Dei potentia præsidio muniti. **INDVITE** vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli. ] Qui in bellis sensilibus sunt ductores exercitus, nec mulieres, nec pueros, nec eos qui sunt senio confecti armant. Domini autem Christi Imperator omnibus similiter regalem armaturam distribuit, & hostis artes & machinationes ostendit. *μεθοδίασ* enim, hoc est in

**C** sidias, artes vocat seu machinationes. Sæpe enim etiam per virtutis species vitium construit: & nonnunquam & ieiunio, & orationi, & egenorum subuentioni inanem gloriam admiscet. Quinetiam continentia arrogantiæ labem aspergit. Porro autem ostendit etiam hostium multitudinem. **QVONIAM** non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. ] Erant ex bonis ordinibus mali Dæmones: sed propter improbitatem ab illo ordine exciderunt. Habent autem nunc quoque appellationes ad conuincendam eorum execrandam malitiam. Nominauit autem eos *κοσμοκράτορας*, hoc est mundi principes, nō quōd hunc à Deo principatum acceperint, sed quōd qui viuunt in socordia, sua sponte seruitutem amplectantur. Optimū autem Imperatorem imitatus est diuinus Apostolus, qui volens ab exercitu segnitiam & torporem exigere, exponit virtutem hostium. Iam verò ostendit etiam victoriae emolumentum, vt alacriores milites efficiat. Dicit enim, **IN** cœlestibus. ] Hoc est, De cœlestibus ordinibus contenditur. Prælii nobis præmium proponitur regnum cœlorum. **PROPTEREA** accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. ] Diem malum vocat diem pugnae, nomen ei imponens à Diabolo, qui in ea suam exercet operationē. Illo autem tempore apertè oppugnabantur, dum persecutionem paterentur, & torquerentur, & innumerabilia mortis genera subirent. **STATE** ergo succincti lumbos vestros in veritate. ] Castigat primum cupiditatis insatiabilitatem. In lumbis enim siti sunt renes: In illis autem est cupiditatis operatio. Ita etiam dixit beatus Dauid deflens peccatum adulterii. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, pro eo quod est, non rectè vsus sum cupiditate naturæ. Ita etiam de Leui dixit diuinus Apostolus. Erat enim adhuc in lumbis patris quando ei occurrit Melchisedech. Iubet ergo lumbos veritate succingere, vt res veras & stabiles expetamus. **ET** induiti lorica iustitiæ. ] Rationis facultas quæ est in corde, iustitiam conferuat & illustrat, vt nihil præter iustum cogitet. **ET** calceati pedes in præparationem Euangelii pacis. ] Ne ad sceleratas actiones pedes mouete: sed Euangelii cursum implete, vt laudem etiam prophetica susci-

Deum, *αυτῶ*, eū.

*κοσμοκράτορας*,  
eos qui mundi  
principatū ob-  
tinent.  
*Χρόνος*, seculi.

contra spiritua-  
lia nequitia, nō  
est in Theod.  
*ἡ ἀδύναμις καὶ ἡ ἐξουσία  
τοῦ διαβόλου ἐν τῷ αἵματι*, &  
omnibus pera-  
ctis stare.

Psal. 37.

Heb. 7.

*θώρακας*, thora-  
cem.

Pfal. 18. **piatis.** Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, euangelizantium bona. <sup>A</sup> Posuit autem pacem, quoniam belli etiam meminit, ut inter nos quidem inuicem, & cum communi Domino pacem habeamus, cum solo autem Diabolo, & cum illius phalange in acie conflagamus. **IN** omnibus fumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignita extinguere. ] Sit vobis fides loco clypei. Illa enim vobis efficit Deum auxiliatorem. Illa vobis belli præmia aperit, eorum qui vincunt renuntiationes, & coronas eorum qui se fortissimè gesserunt. Hæc autem omnia extinguunt tela maligni. Ea autem ignita appellauit, milites excitans, & iubens ut se rectè muniant. **ET** galeam salutis assumite. ] Ipse, inquit, Dominus Christus reget vestra capita, & salute veluti quadam galea muniet, ut quos infligunt hostes ictus non suscipiatis. **ET** gladium spiritus, quod est verbum Dei. ] Gladium spiritus vocauit operationem spiritus. Operationem autem spiritus appellauit verbum Dei. Hoc autem dicit, quòd tanquam verbo diuinus spiritus nostram salutem procurat. Increpat enim homo spiritalis Diabolum, & aufugit. Hoc enim significant ea quæ consequuntur. **PER** omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione. ] **I** quibus bellum assiduè imminet, non possunt dormire. Propterea diuinus etiam Apostolus iubet vigilare, & assidue orare, & corporis laborem non remittere, sed hoc cum magna tolerantia facere. Præcipit autem ut non orent pro se solis, sed etiam pro omnibus qui sunt eiusdem fidei. Hoc enim subiunxit. **PRO** omnibus sanctis. ] <sup>C</sup> Iam verò ostendit etiam suam humilitatem simul & infatigabilitatè. Simul enim & humilitatem ostendit, & auarè rapit, & dicit. **ET** pro me. ] Sed vbinà tibi opus est precatione? **VT** detur mihi sermo in apertione oris mei. ] Ut quid dicas? **CVM** fiducia notum facere mysterium Euangelii, pro quo legatione fungor in cathena, ita ut in ipso audeā prout oportet me loqui. ] Petite mihi audaciam, dicendi libertatem, & sermonis suppeditationem, ut ex lege diuina cursum impleam. Ostendit autem rursus catenam, eis animū addens, & docens, non esse dolendum vel erubescendum in perpeffionibus quæ suscipiuntur pro Domino, sed exultandum & gloriandum. **VT** autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in Domino: quem misi ad vos in hoc ipsum ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra. ] <sup>D</sup> Tychicus erat Asianus: & hoc nos docuit beatus Lucas in Actis. Cùm enim dixisset eos qui ex Thessalonica & Berrhœa secuti fuerant, subiunxit. **ASIANI** autem Tychicus & Trophimus. **PAX** fratribus & charitas cum fide à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo. ] Primam posuit pacem, adiecit autem charitatem, ostendens quòd ipsa illam efficit. Fidem autem coniunxit cum charitate, ex lege Euangelica præcipiens diligere. Ostendit autem eorum suppeditatorem, non solum Deum & Patrem, sed etiam Dominum Iesum Christum, & præter eos etiam sanctissimū spiritū, subiunxit. **n.** **GRATIA** cum omnibus qui diligunt Dominū nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amē. ] Non. n. simpliciter omnibus suppeditatur gratia, sed iis qui Dominū diligunt, & nec iis quidem simpliciter, sed iis qui præter id quod amant, eius viuificas leges seruāt: Eas nos quoq. seruemus, & charitatem quæ est in ipsum inflāmemus, ut simus Apostolicæ benedictionis participes, Gratia eius qui nos seruauit, Christi. Cum quo Patri gloria cum sanctissimo spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

ἡ ἡμεῖς ἐπὶ τῆς  
 tolerantiæ.

ἐν τῇ προσηύχῃ, ὡς  
 libere.  
 ἡ προσηύχῃ, ὡς  
 libere loquar.

τὰ ἐπὶ τῆς, quæ  
 ad me pertinent.

τὰ ἐπὶ τῆς, quæ  
 ad nos spectant.

Act. 20.

Epistola ad Ephesios scripta est Romæ per Tychicum.

ARGV

ARGVMENTVM EPISTOLAE  
AD PHILIPPENSES.

**D**iuinus Apostolus qui à diuina gratia regebatur, à Troade quidem uenit in Macedoniam: ad primos autem Philippenses diuinum attulit Euangelium: porro autem prædicationem quoque confirmauit miraculis. Illic enim Demonem falsa uaticinantiem à quadam puella exegit. Illic cum in carcere esset, & manibus & pedibus esset uinctus, tota nocte Deum assidue laudauit. Ille uero laudatus, carcerem quidem concussit, omnes autem uinctos uinculis exiit. Per quãdam autem lucem splendidissimam suum aduentum significauit. Hæc carceris custodem incitarunt ut ad salutem accurreret. Tota quoque eius domus unã cum eo accepit lumen diuinæ cognitionis. Ante eos autem Porphyropolis in eius se sagenam induit. Euaserunt ergo Philippenses ardentes pietatis amatores. Magna autem eorum ad res diuinas alacritatis fuit argumentum, quod non solum diuinum Apostolum præsentem obseruarent, sed etiam Thessalonicam & Corinthum pecuniam miserint, ut eius corpori prospicerent. Hoc ipsum autem etiam fecerunt quando Romam peruenit. Beatum enim Epaphroditum, cui eorum animarum erat cura credita, in maximam illam urbem miserunt, Neronis feritatem minime pertimescentes. Per eum hanc scripsit epistolam, & eorum charitatis alacritatem animique promptitudinem gratè excipiens, & ea quæ conuenit suadens. Maxime autem eis præcipit fugere deceptionem eorum, qui ex Iudeis quidem crediderant, legem autem conabantur defendere, & prædicationem salutarem corrumpere.

Act. 16.

INTERPRETATIO EPISTOLAE

AD PHILIPPENSES.

**D**AULVS & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconibus, gratia uobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. ] Mittit simul ad omnes, tam eos qui Sacerdotium acceperant, quàm eos qui ab ipsis pascebantur. Sanctos enim eos uocat qui baptismo dignati fuerant, Episcopos uero appellat Presbyteros. Vtrunque enim nomen habebant illo tempore. Et id nos etiam docet historia Actuum. Cum enim dixisset beatus Lucas diuinum Apostolum Ephesiorum Presbyteros acceperat, fuisse Miletum, ea etiam dicit quæ eis dicta fuerunt. Attendite enim, inquit, uobis ipsis, & uniuerso gregi, in quo uos posuit spiritus sanctus Episcopos pascere ecclesiam Christi. & eosdem nominauit Presbyteros & Episcopos. Ita etiam in epistola ad beatum Titum. Ideo reliqui te Cretæ, ut constituas per ciuitates Presbyteros, ut ego tibi disposui. Et cum dixisset quales esse oportet eos qui ordinantur, subiunxit. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. Quinetiam hic quoque hoc ostendit. Episcopis enim coniunxit Diaconos, cum de Presbyteris nullam fecisset mentionem. Alioqui nec fieri quidem poterat ut multi Episcopi essent vnius ciuitatis pastores. Quo fit ut essent scilicet Presbyteri, quos nominauit Episcopos. Beatum autem Epaphroditum in hac epistola nominauit eorum Apostolum. Vestrum enim inquit, Apostolum, & necessitatis meæ adiutorem. Aperte ergo docuit Episcopalem dispensationem ei fuisse creditam, cū haberet appellationem Apostoli. GRATIAS ago Deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omni-

Daxvois, diaconis.

Act. 10.

Tit. I.

ἐν ἅσιν ἡ δόξα  
μς, in omni oratione mea.



ἐν τῇ ἐπίστασι, etiā  
deprecationem.  
ἐπὶ τῇ κοινῶσι,  
propter commu-  
nicationē vestrā.

πιστῶδες αὐτὸ ἴσ-  
τω, credens hoc  
ipsum.

καὶ διαφέρουσα, ea  
quæ sunt diffe-  
rentia, ita. n. vi-  
detur intelligere  
Theod. cum tam-  
en significet  
etiā ea quæ sunt  
excellētia.

ἡμεῖς ἐμὲ, quæ mi-  
hi euenerunt.  
ἅμα, toto.

πιστῶδες τοῖς δε-  
σμοῖς μου, confisi  
meis vinculis.

bus vobis, cum gaudio deprecationem faciens super communicatione ve-  
stra in Euangelio Christi, à primo die vsque nunc.] Assiduè vestri recor-  
dans, omni lætitia repleor, Vniuersorum autem Deum laudo, quòd &  
Euangelii prædicationem promptè acceperitis, & in hodiernum vsque  
diem firmi & illabefactati permanferitis: Euangelii autem communionem  
fidem vocauit. CONFIDENS hoc ipsum quòd qui cepit in vobis opus bo-  
num, perficiet vsque in diem Christi Iesu.] Credo autem eum qui hanc  
vobis dedit bonam animi promptitudinem, eam integram conseruaturum  
vsque ad aduentum nostri Seruatoris. SICUT est mihi iustum hoc sentire  
pro omnibus vobis: eo quòd habeam vos corde, & in vinculis meis, & in  
defensione, & confirmatione Euangelii, cum socii gaudii mei omnes vos  
fitis.] Hoc autem vobis debeo, quia fui vester plantator, ea de causā vestri  
memorianā quæ extingui non potest circumferò, etiam in carcerem conie-  
ctus, & vinctus, & pro prædicatione defensionem suscipiens. Euangelii au-  
tem confirmationem appellauit perperisiones. Qui enim adgrediuntur deci-  
pere, pro temporibus mutantur: nec falsum defendere ad mortem vsque  
sustinent. Qui autem pro prædicatione vel innumerabilia pericula suscipit,  
& in eisdem persistit, apertè ostendit se vera afferre & doctrinam confir-  
mat perperisionibus. Eos autem valde laudauit, vt qui gratiæ socios & par-  
ticipes appellarit. Gratiam autem vocauit perperisiones. Hoc enim docet  
etiam in iis quæ consequuntur: Quòd vobis largitus est non solum vt  
in eum credatis, sed etiam vt pro eo patiamini. TESTIS enim mihi est  
Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.] Non est hu-  
manus amor, sed spiritalis. Iesu Christi enim viscera, spiritalem appellauit  
benevolentiam. ET hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in  
omni scientia & in omni sensu, vt probetis potiora.] Precor vt vestra cha-  
ritas semper incrementum suscipiat, & impleamini cognitione, & discre-  
tione, & cognoscatis quæ nam sint quidem honesta, quæ nam verò præstan-  
tiora, & quæ nam sint quæ inter se inuicem omnino differant. Et hic illos  
deceptores innuit, & per precatōnem eos docet quid sit agendum, vt cogno-  
scent quæ sit vera quidem doctrina, & quænam autem sit veritate priuata.  
vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per  
Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.] His enim donis fruētes, sin-  
ceram quidem fidem seruastis, Deo fructum iustitiæ offerentes, & efficien-  
tes vt ipsè laudaretur ab omnibus. Hoc enim dixit, In gloriam & laudem  
Dei. Docet autem etiam ad eorum vtilitatem ea quæ Romæ facta sunt. SCI-  
RE autem volo vos fratres, quod quæ circa me sunt, magis ad profectum  
venerūt Euangelii: ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo, in omni  
Prætorio, & cæteris omnibus.] Quoniam beatum Epaphroditum admo-  
dum auxilii & solliciti miserant, eos consolatur, docens quòd sibi iniecta vin-  
cula multis salutem conciliarunt. Profectum enim Euangelii vocauit multi-  
tudinem credentium. Manifestata est autem, inquit, eorum causa omnibus  
qui erant in regia. Regiam enim appellauit Prætorium. Verisimile est autē  
illam eo tempore sic fuisse appellatam, erat enim imperium penes Roma-  
nos. ET plures è fratribus in Domino confidentes in vinculis meis abun-  
dantius auderent sine timore verbum Dei loqui.] Multis etiam ex fratri-  
bus addita est ex meis vinculis audacia. Cùm enim viderent me etiam cum  
lætitia ferre ea quæ sunt molesta & difficilia, intrepidè diuinum prædicant  
Euangelium. QUIDAM quidem & propter inuidiam & contentionem.  
Quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant.] Sed  
non est omnium vnus scopus & institutum. Alii enim hoc faciunt, vt qui  
pietati

**A** pietati vehementer studeant. Alii autem propter suam in me maleuolentiam, ea ratione conantur mihi maiora creare pericula. Hoc enim docet in iis quæ consequuntur. **Q**UIDAM autem ex contentione Christum annunciant nõ sincerè: existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. ] Quia enim videbant eos qui impietati seruiunt, Euangelii cursum valde ægrè ferre, & diuinum Paulum esse eorũ causam existimare, nonnulli vt eos ad iram incitarent, forum impudenter obeuntes Christum prædicabant, non eorum qui audiebant salutis curam gerentes, sed apostolo pericula creantes. **Q**UIDAM ex charitate, scientes quòd in defensionem Euangelii positus sum. ] Alii autem, inquit, sincere prædicant, meis fidentes vinculis, apertè scientes quòd Dominus Deus me Euangelii prædicatorem elegerit.

**B** **Q**UID enim, dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntiat. ] Vel inuiti, inquit, veritatis hostes veritatem adiuuant. Quidam stulti existimarunt hæc esse dicta de hæresibus. Atqui oportebat eos animaduertere Paulum non præcipiendo sed narrando hoc posuisse. Non enim dixit, Annuntientur, sed annuntiat, & illos quidem accusauit, non quòd mala docerent, sed quòd bona quidè, sed nõ bene: nec scopus pietatis sed extremæ maleuolentiæ sibi proposuerint. Quòd autè apertè hæreticos accuset, facile est ei qui velit scire: Aliquando enim in Phygelum & Hermogenem inuehitur, aliquando autem in Hymenæum & Philætum, & hæreticum hominem post primam & secundam admonitionem vitari iubet. Sed nos reuertamur ad interpretationem. **E**T in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quòd hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam quòd in nullo confundar. ] Ego autè, inquit, lætor, dum video veritatem vel aduersariorum testimonio confirmari. Et enim quæ ex iis oriuntur pericula, ea mihi salutem conciliant, vestris scilicet orationibus adiuuantibus, & diuino spiritu mihi gratiam suppeditante. Ea enim fretus, scio me ea quæ sunt molesta & difficilia superaturum. Hoc enim dicit. Pudore non afficiar. Spiritum autem Iesu appellauit gratiam spiritus, quoniam ipse eam illis suppeditauit. Nam vt dixit Diuinus Ioannes. De plenitudine eius nos omnes accepimus. **S**ED in omni fiducia, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. ] Illud enim, Magnificabitur, dixit, pro eo quod est, Ostendatur quisnam sit, aperta euadet eius potentiæ magnitudo. Dicit autè. Et si mortis euasero periculum, & si mortem subiero, Domini Christi potentia similiter ostendetur. Si enim pericula superauero, omnes admirabuntur eũ qui me ex talibus & tantis laqueis eripuerit. Sin autem etiam fuerim interemptus, omnes admirabuntur virtutem prædicationis, quæ efficit vt prædicatores vel mortè ipsam contemnant. **M**IHI enim viuere Christus, & mori lucrum. ] Sunt, inquit, vtraque mihi conducibilia, & vita, & mors. Nam & vitam Christi legibus exorno, & mortem propter ipsum lubenter suscipio. **Q**UOD si viuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro. Coartor autem è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius, permanere autem in carne necessarium propter vos. ] Vitæ me tenet desiderium, vt vobis profim: & mortis, vt vnà cum Christo verfer. Difficilis ergo est optio, quando quidem & vitæ noui lucrum, & ex hoc loco discessus ineffabilem voluptatem. Est autem iure admirandus diuinus Apostolus, quòd vitam cum multis laboribus & periculis, hominum salutis causa prætulit. **E**T hoc confidens, scio quòd manebo & permanebo cum omnibus vobis ad profectum vestrũ & gaudium

2. Tim. 1.  
2. Tim. 2.  
Tit. 3.

ἡ ἐπιθυμία μου  
pudore afficiar.

Ioan. 1.  
παρρησία, dicendi  
libertate.

ἡ ἀναγκασιότερον,  
magis necessarium.

καλοχρημα, glo-  
riatio.  
Cov i moi, mecum.

Act. 28.

2. Tim. 4.

μία ψυχή συνα-  
βλήσασθε τῷ αἵματι τοῦ  
καρπώτου, ὅτι μὴ πῦρ  
ρόβητοι, vnani-  
mes pro fide cō-  
certantes, & in  
nullo territi.

1. Tim. 2.  
2. Tim. 1.  
1. Tim.

καλοχρημα, glo-  
riatio.

1. Tim. 2.  
2. Tim. 1.  
1. Tim.

εἴτε ἀλλόχρημα, ἢ  
δικημοσύνη, si visce-  
ra & miseratio-  
nes.  
ἢ τὰ αὐτὸ φρονή-  
τε, vt idem sen-  
tiantis.  
ἢ φρονήστε, vnū  
sentientes.  
ἢ, vel per inanē.  
ἢ ἕως ἡμετέρας,  
vnusquisq; con-  
siderate.

fidei, vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduen-  
tum iterum ad vos. ] Scio fore vt propositum periculum euadam, ita vt  
vos & vtilitate & gaudio impleamini, vt quibus id quod desiderabatis  
obtigerit, & id quod prædixit euentum sortitum est. Primo enim iram Ne-  
ronis euasit. Et id significauit in literis quas scripsit ad beatum Timotheū.  
Ita autem dicit. In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me  
reliquerunt. Ne eis imputetur. Dominus autem mihi adstitit, & me confir-  
mauit, & liberatus sum ab ore leonis. Actuum etiam nos docuit historia,  
quod duobus annis primum Romæ per se degit per se habitans in suo con-  
ducto. Cùm autem illinc profectus esset in Hispaniam, & illis etiam diui-  
num Euangelium tradidisset, reuersus est, & tunc fuit truncatus capite. **B**  
Cùm hæc de se ita narrasset, conuertit orationem ad exhortandum. **TAN-**  
**TVM** digne Euangelio Christi conuersamini: vt siue dum venero, & vide-  
ro vos, siue absens, audiam de vobis quod statis in vno spiritu, vnanimis  
collaborantes fidei Euangelii, & in nullo terreamini ab aduersariis, quæ  
illis est causa perditionis, vobis autem salutis. ] Hortor ergo vos vt Euan-  
gelio conuenientem vitam amplectamini, vt siue ad vos accessero, siue alibi  
egero, vestris læter laudibus. Me autem lætitia afficit vestra concordia, &  
in diuinis rebus consensio, & communis vestra pro veritate decertatio, &  
quod ab aduersariis nullo modo terreamini. Id enim illis quidem exitium,  
vobis autem salutem conciliat. Sciendum est autem eum hæc non scripsis-  
se temere, sed cum resciuisset virtutis magnitudinem nonnullis magnos spi-  
ritus facere. Qua de causa eis suavit concordiam & consensionem. Præte-  
rea autem illud est etiam animaduertendum quod non indefinitè eis suum  
est aduentum pollicitus, sed definitionem quandam seu distinctionem adiecit  
promissioni. Ita enim dixit, vt siue dum venero & video vos, siue absens,  
audiam de vobis. **ET** hoc à Deo. Quia vobis donatum est pro Christo,  
non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certa-  
men habentes, quale & vidistis in me, & nunc auditis de me. ] Dona Dei  
vocauit, & credidisse, & splendidè decertasse, non liberum & spontaneum  
tollens animi arbitrium, sed docens quod ipsa per se mens aut voluntas gra-  
tia destituta nihil potest rectè & ex virtute facere. Vtrisque enim opus est,  
nempe & nostra animi promptitudine, & diuino auxilio. Neque enim iis  
qui non sunt prompto & alacri animo sufficit gratia spiritus, nec rursus  
animi prompta voluntas, si sit gratia destituta, potest virtutis diuitias colligere.

CAPVT II.

**S**I QVA ergo consolatio in Christo. Si quod solatium charitatis: si qua  
societas spiritus: si qua viscera miserationis, implete gaudium meum. ]  
Sunt verba paternæ benevolentia. Si vultis, inquit, mihi afferre aliquam  
consolationem, si aliquid dilectionis solatium, vos per hoc id præbete. Di-  
cit autem etiam ea quæ petit. **VT** idem sapiatis, eandem charitatem haben-  
tes, vnanimis, id ipsum sentientes. nihil per contentionem, neque per inanem  
gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicem existimantes, non  
quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea quæ aliorum. ] Per hæc omnia  
docuit vt sint modesti, nec de se immodicè sentiant. Qui hoc enim habuerit,  
vanæ gloriæ laqueis non irretitur, non existimat se alio esse superiorè: con-  
tentionis vitium non admittit. Quoniam ergo, vt dixi, nonnulli propter ea  
quæ rectè & ex virtute fecerant, ingentes animos sustulerant, & de se nimis  
elatè sentiebant: eis conducibilem exhibet medicinam. Deinde ostendit etiam  
maximum exemplum humilitatis. **HOC** enim sentite in vobis, quod & in  
Christo Iesu. ] Imitamini eum qui est omnium Dominus. **QVI** cum in  
forma



Non enim negant Deum esse Christum Dominum. Ergo ratiocinemur. Si ergo forma Dei est Dei substantia: Serui ergo substantia est forma Serui, & inuenientur ii qui contraria sentiunt, per ea quæ confitebuntur, ea confirmare quæ nolunt confiteri. Præter hæc autem, hoc quoque ammaduertimus, quòd docens humilitatem diuinus Apostolus, attulit Christi exemplum. In humilitate enim, inquit, sibi inuicem superiores existimantes. Si autem non erat æqualis, sed minor patre filius, non per humilitatem obediit: sed suo officio functus est. Sed de his alibi copiose disseruimus. Ad ea ergo quæ proximè sequuntur interpretanda veniamus. **I T A Q U E** charissimi mei, sicut semper obedistis: non vt in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini. ] Hoc inquit, vobis exēplar proponētes, in mea absentia maius studium pro vestra salute adhibuistis. Hoc enim bonum vestrum scopum & institutum ostendit, quòd nō propter Doctoris gratiam, sed propter vestram ad ea quæ honesta sunt animi alacritatem laude dignos labores suscepistis. **D E V S** est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. ] Non quòd vci inuitos cogat, sed quòd animi promptitudinē & alacritatem inueniens, eam auget gratia. *Ὁ Θεός* autem, hoc est beneplacitum, appellauit bonā Dei voluntatē. Vult autē omnes homines seruari, & ad veritatis venire cognitionē. **O M N I A** autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus. ] Prompto & alacri animo ferte labores qui pro virtute suscipiuntur, quæ pro Euangelio adeuntur pericula, & molestias ac difficultates quæ tolerātur, æquo animo ferentes, nec diuersis quidē cogitationibus & rationibus vtentes. Vobis enim diuitias congregatis. Nemo enim maxima lucra colligens agrè fert, & murmurat. Iam verò ostendit etiam lucrum quod ex labore prouenit. **V T** sitis sine querela & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ. ] Ita etiam iussit Dominus eos esse simplices sicut columbas. **I N T E R** quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentis, ad gloriam meam in diem Christi. ] Non vobis, inquit, exitium afferent qui vobiscum bellum gerunt. In star enim luminarium in mundo lucebitis: & efficietis vt de vobis possim gloriari in aduentu seruatoris. Illud autem, Verbum vitæ continentis, Græcè est *ἐπιτησύτες*, pro eo quod est, Attendentes verbo vitæ. Ita n. dixit etiam scribens ad Timotheum. Attende tibi ipsi & doctrinæ, vbi idem etiam græcum est verbum *ἐπιτησ*. Verbum autem, seu sermonem vitæ, vocauit prædicationem, quando quidem vitam æternam conciliat. **Q U I A** non in vanum cucurri, neque in vacuum laboraui. ] Glorior autem & hoc nomine mihi placeo, quòd non frustra pro vobis laborem & studium susceperim. **S E D** et si immolor supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis. Id ipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi. ] Illud vestræ, posuit pro omnium, qui per ipsum crediderant. Pro vestra enim fide, tanquam hostia Deo oblata, lætor & delector. Conuenit autem vos quoque esse lætitiæ participes. Hæc autem dicit, eos, consolans, & docens magnitudinem martyrii, quòd immolationis & sacrificii cuiusdam locum obtinet. **S P E R O** autem in Domino Iesu Timotheum citò mittere ad vos: vt & ego bono animo sim cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui sincera affectione pro vobis sit sollicitus. Omnes enim quæ sua sunt quarunt, non quæ Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscitis, quia sicut patri filius mecum seruiuit in Euangelio. ] Sunt quidem veræ laudes beati Timothei. Diuinus autem Apostolus nunc eis vsus est, & suam in eum ostendens affectionem, & eos adhortans,

*Ὁ Θεός* autem, hoc est beneplacitum, appellauit bonā Dei voluntatē.

sine querela, ἀμύπητοι, de quibus nemo queri potest. simplices, ἀκλειστοί, integri. λόγον ζωῆς ἐπιτησύτες, verbum vitæ attendentes.

2. Tim. 4.

*ἐμὲ εἰ δὲ σπίνδομαι ἐπὶ τῇ δουλείᾳ καὶ λειτουργίᾳ*, sed et si immolor propter sacrificium & ministerium.

*καὶ ψυχῶν ὑμῶν τὰ ἐπι τῷ ἔμῳ*, læto sim animo cum ea quæ ad vos pertinent cogno uero. vnanimem, ἰσοψυχον, æquali animo præditum. ὅς ἡνωμένος τὰ ἔμῳ με μνησθείς, qui germane vestra sit cogitans.

**A**rans, vt veritatis prædicatorem cum omni obseruantia suscipiant. HUNC igitur spero me mittere ad vos, mox vt video quæ circa me sunt. Confido autem in Domino quòd & ipse veniam ad vos cito.] Ne hic quidem suum aduentum est affirmatiue pollicitus; sed eum diuinæ reliquit prouidentia. Satis autem ostendit se nondum prius periculum euasisse. Hoc innuit, cum dicit. MOX vbi video quæ circa me sunt. EX ipsa.] Hoc est, si difficultates rectè fuerint expeditæ. NECESSARIUM autem existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & cõmilitonem meum, vestrum autè apostolum & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos.] Multa de eo præclara dixit, vt qui non solum fratrem, sed etiam cooperatorem, & cõmilitonem eum appellauerit. Eum autem vocauit Apostolum, vtpote cui esset eorum cura credita. vt clarum sit sub eo fuisse eos qui in principio dicti sunt Episcopi, vtpote qui presbyterorum locum tenerent. Subministratorem verò dixit eorum quibus illi erat opus, vt qui pecunias ab iis missas attulerit: λειτουργὸν vero græcè appellauit, hoc est publici muneris executorè, innuere eos illam ei debere subuentionem, non secus ac qui munera publica obeunt, debent collationes. QUONIAM quidem omnes vos desiderabat, & mœstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est vsque ad mortem: sed Deus misertus est eius, non solum autem eius, verum etiam mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.] Excusat moram quæ fuerat paulo longior, & morbi qui eum inuaserat magnitudinem indicat, & suam in Epaphroditum affectionem significat, dicens ipsum & propter moram fuisse anxium, & propter eorum sollicitudinem quam morbus eis attulerat. Illud autem. Misertus est eius, significat vehemens eius studium in certaminibus: neque enim volebat ab hac tristi & calamitosa vita discedere, propter lucrum quod ex ea sciebat prouenire. Mei autem, inquit, misertus est, qui me cooperatore non destituerit. FERTINANTIVS ergo nisi illum: vt viso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, & eiusmodi cum honore habetote. quoniam propter opus Christi vsque ad mortem accessit, tradens animam suam vt impletet id quod vobis deerat erga meum obsequium.] Maximum significauit periculum, cum dixit. Nullam vitæ rationem ducens. Et si enim resciuisset me esse in vinculis, & seruari a pluribus, ingressus tamen me vidit, contempto periculo. Pro vobis autem omnibus debitum exoluit. Quod omnes enim debetis solus fecit. Deinceps se cõfert ad eos accusandos qui præcipiunt seruare ea quæ sunt legis superuacanea.

## CAP. III.

**D**E CAETERO fratres mei gaudete in Domino.] Omni spiritali letitia impleamini. EADEM vobis scribere mihi quidem non pigrum: vobis autem necessarium.] Non scripsit aliam ad eos epistolam, sed in ea multas eis dedit institutiones. VIDETE canes.] Canum propria est impudentia. Quoniam ergo ii sæpe conuicti quòd prædicationem adulterarent & corrumpèrent, in sua improbitate perseverabant, eos merito canes vocauit. Sed hoc erat olim nomen gentium. Non est enim, inquit, dominus, bonum accipere panem filiorum, & dare canibus, sed cum rebus translata sunt nomina: & gentes quidem, filii: Iudæi autem vocantur canes. VIDETE malos operarios.] Non enim ædificant, sed ædificium diruere conantur. VIDETE concisionem.] Circūcisionem prædicantes, corpus etiam ecclesiæ excindere conantur. NOS enim sumus circūcisio, qui spiritu seruiamus deo: & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes.] Hoc ipsum dixit etiam in epistola ad Romanos. Et circūcisio cordis in spiritu, non li

ὡς ἀνὰ δὲ τὰ παρρησίαις, cum primū video res meæ se habeant. ἔξ αὐτῶν, ex ipsa.

λειτουργὸν τῶν χριστιανῶν subministratorem eorum quibus mihi opus est.

festinātius, ἀποδομοίως, studio suo.

ἀλλὰ ὅτι εἰς ἄλλο μᾶλλον expers tristitia.

τὸς θεοῦ ἀτίμως ἔχει, qui tales sunt in honore habete.

μὴ γινώσκοντες ἡμεῖς ὅτι ἀλλοτρίως ἔχετε τὴν ψυχὴν, ad mortem vsq. approquauit nullā vitæ rationem ducens.

τὸ ἀφ' οὗ με λειτουργίας, in vestro erga me officio. δεικνόντων, molestū graue.

ἀσφαλῆς, tutum.

καὶ τὸ ἀσφαλῆς.

ἔτι, ἔτι.

Rom. 2.

Hier. 4. tera. Hoc ipsum deus etiam præcepit Iudæis per Prophetam. Circuncidamini præputio cordis vestri duro. **Q**UANTUM & ego habeam confidentiam in carne. ] Nemo autem me hæc dicere existimet, vt qui sim incircuncifus, & qui de circuncisione gloriari non possim. **S**I **Q**UIS alius videtur cõfidere in carne: ego magis. ] Recte adiecit illud, videtur. Neque enim carni merito confidisset. Deinde sigillatim persequitur ea quæ sunt inter Iudæos gloriosa & veneranda. **C**IRCUNCISVS octauo die. ] Non enim tanquam profelytus & advena accepi circuncisionem. **E**X **G**EN**E**RE **I**sraël ] Nec verò natus sum ex aduenis, sed me ab Israël parente genus ducere glorior. **D**E **T**RIBU **B**eniamin. ] Neque verò sum ex femiferuis; sed de libertate procreatus sum ex dilecta Rachele, pro qua Patriarcha seruiit. **H**EBRÆVS ex Hebræis. ] Ad ipsam radicem rediit. Deinde quod sequitur est voluntatis & instituti. **S**E**C**U**N**DUM legem Pharisæus. ] Hæc enim erat melior secta. **S**E**C**U**N**DUM æmulationem persequens ecclesiam Dei. ] Non enim propter aliquam ambitionem, neque propter inanem gloriam: neque inuidia motus, vt Iudæorum Principes, sed pro lege æmulatione percitus ecclesiam diripiebam. **S**E**C**U**N**DUM iustitiam quæ in lege est conuersatus sine querela. ] Ostendit iustitiam legalem nõ esse perfectam. Qua de causa non dixit indefinitè, secundum iustitiam factus nulli reprehensionis affinis: sed adiecit, quæ est in lege. Cum hæc sic esset persecutus, nequaquam propterea se iactat aut sibi placet, & dicit. **S**E**D** **Q**U**A**B mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. ] Damnum vocauit ea quæ sunt deteriora si conferantur cum potioribus. Superuacaneus enim est lychnus, si Sol apparuerit. Superuacaneus est Pædagogus iis qui perfectam acceperunt sapientiam. Inutile autem est lac nutricis iis qui solido cibo vescuntur. Dicit autem hoc aperitius. **V**ERVNTAMEN existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrificam. ] Propter maiorem cognitionem, minorem, damnum voco, & minora contemno propter ea quæ sunt præstantiora, Non enim fugio tanquam mala: sed maiora præfero, & accepto frumento paleam superuacaneam existimo. Græce enim *σύνκαλον* crassior & durior palea, seu arista nominatur, ea autem fert frumentum, sed postquam collectum est frumentum, ea eiicitur. Ita lex Christum ostendit: postquam autem is apparuit, ea est deinceps superuacanea. **V**T **E**T inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iustitia. ] Quamquam autem ea est? **I**N **F**I**D**E ad cognoscendum illum & virtutem resurrectionis eius. ] Vt cognoscam per fidem esse vniuersorum Deum & effectorem, & nostram suscepisse naturam, vt nostram salute procuraret, & corpus quod accepit resurrexisset, dum hoc agit vt sit communis omnium hominum resurrectio. Virtutem enim seu potentiam resurrectionis, scopum ac institutum resurrectionis appellauit. **E**T **S**O**C**I**E**T**A**T**E**M passionum illius configuratus morti eius, si quo modo occurrat ad resurrectionem quæ est ex mortuis. ] Studium autem adhibeo vt sim eius perpeffionum socius, & salutarem eius mortem imiter: vt sim etiam resurrectionis particeps. **N**O**N** quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam: in quo & comprehẽsus sum à Christo Iesu. ] Ipse me prior apprehensum irretiuit, eum enim fugiebam, & valde auersabar. Ipse autem apprehendit fugientem. Itaque ego quoque eum persequor, eum cupiens apprehendere, ne à salute excidam.

ἡρώδης ἀμύμων, factus nulli reprehensionis affinis.

ζημιώ, damnū.

τὸ ἀσπίζον τὸ γινώσκω, excellentiã cognitionis. τὸ ἀδόντες ἰσχυρώδη, in omnibus damnū accepi. ἀγνώμαι συνίστα, & arbitror reiectamenta.

διὰ πίστις, per fidem.

συμμορφώσιμος, cõformis effectus.

διώκω, persequor.

F R A T R E S

**A** FRATRES ego me non arbitror comprehendisse. ] Hæc dicit eis qui de suis rectè factis gloriabantur & de se magnificè sentiebant, eorum fastum & arrogantiam deprimens. **VNUM** autem quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum: ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. ] Nonnulli illud quæ sunt retro obliuiscens, dixerunt dictum esse de vitæ ex lege institutione: Ego autem existimo cum hæc dixisse de laboribus prædicationis. Solet enim in digressiones excurrere, & suasoriis dogmatica admiscere. Dicit ergo: Priorum quidem laborum obliuiscor, ad ea autem quæ sunt interiora contendo. **Vnus** autem mihi scopus est & institutum præmia proposita consequi, ea autem sunt regnū cælorum. Brauiū autem appellauit præmium. **QVI** **CVNQVE** ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, hoc quoque Deus vobis reuelabit. ] Hæc de propositis præmiis nos sentire oportet. Quòd si non perfectè scimus cuiusmodi ea sint, scire tamen conuenit Deum Agonothetam ea nobis esse ostensurum. **VERVNTAMEN** ad quod peruenimus, vt idem sapiamus, in eadem permaneamus regula. ] Rursus cum eis agit de concordia. Regulam autem appellauit prædicationem Euangelicam. Regula autem rectitudinis terminus nullo indigens. Eis ergo præcipit ne eos tolerant qui legalia Euangelio admiscunt. Deinde seipsum tanquam quoddam exemplar proponit. **IMITATORES** mei estote fratres. ] Et ostendens se habere multos huius instituti socios, subiunxit. **ET OBSERVATE** eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nos. ] Eos sequimini, si eandem quam nos tradunt doctrinam. **MULTI** enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est: & gloria in confusione ipsorum. ] Eos crucis inimicos vocauit, vt qui docerent quòd sine legali vitæ institutione non posset quisquam salutem consequi. Ventrem autem Deum ipsorum vocauit, eorum taxans ingluuiem. Iudæi enim præcipuè delicati & lauti apparatus curam gerunt: & finem iustitiæ existimant profulum in Sabbato luxum: Qui ea gloriam existimant, propter quæ magis oporteret pudore affici. **QVI TERRENA** sapiunt, nostra autem conuersatio in cælis est, vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit subiicere sibi omnia. ] Illi ergo terræ quidem affixi sunt, nos autem cælum animo versamus, & illinc aduentum Domini expectamus. Ipse enim corpus nostrum à corruptione & interitu liberatū, immortalitate exornabit. Dedit autem nobis huius spei pignus, proprio corpore suscitato, eoque gloria repleto. Illud autem, Transfigurabit, posuit non pro mutatione figuræ, sed pro liberatione ab interitu & corruptione. Conforme autem corpori gloriæ eius nostrum corpus effectum esse dicit, non quo ad gloriæ quantitatem, sed quo ad qualitatem. Erit enim ipsum quoque luminosum. Hæc autem faciet, vt qui potentiam habeat ineffabilem, & mortem & interitum facile de medio tollat, & nostra corpora ad immortalitatem transmutet, & efficiat vt omnes ad ipsum respiciant.

CAPVT IIII.

**ITAQVE FRATRES** mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea, sic state in Domino charissimi. ] Cum magna laude coniuncta est adhortatio. Propter vos enim, inquit, mihi placeo, propter vos clarus & illustris euado. **EVODIAM** rogo & Syntychem deprecor,

ἔτι, nondum.

ταῖς ἑμπεροῦν, anteriora. ἠρεσθὲν ἐν ἑσθῆτι, contendens. Ἐπορεύομαι εἰς, scopum persequor.

ἡσθησῶτε, sentitis.

τὸ αὐτὸ κοινῶν ἔσθῃ, τὸ αὐτὸ ἡσθησῶτε, eadem ingredi regula: idem sentire.

συνμιμηταί, coimitatores.

Ἐπιθεωρεῖτε, considerate. τύπον, typum, exemplar.

ὡς τῆς αἰσχρῆς, ignominia, dedecore

μεταμορφωσῶσθε, transfigurabit. ἵνα τὸ φανερωθῆναι αὐτοῦ τὸ ἑμπεροῦν τῆς ἑσθῆτος, ἵνα ἡμεῖς ὡς αὐτὸν, vt sit ipsum conforme corpori gloriæ eius



ἡλικίας, ἑβδόμη, ἢ ὀγδοή, ἢ ἑννέα, ἢ δέκα, ἢ ἑκατόν, ἢ ἑκατόν τε καὶ ἑξήκοντα, ἢ ἑκατόν τε καὶ ἑβδομήκοντα, ἢ ἑκατόν τε καὶ ὀγδοήκοντα, ἢ ἑκατόν τε καὶ ἑννέακοντα, ἢ ἑκατόν τε καὶ ἑκατόν.

I. Cor. I.

Διὰ, Deum.

ἡ, intelligentiā

καὶ, honesta. ἑβδόμη, casta, seu pura.

ἡλικία καὶ ἀνεσώτατος τὸ ἕνα ἢ ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα ἢ ὀγδοήκοντα ἢ ἑννέακοντα ἢ ἑκατόν. quod iam tandem produxistis pro me sollicitudinem, de quo cura gerebatis, sed deerat oportunitas. ἄνταρξιος, contentus. ἀλλὰ καὶ ἀταραχίας sed etiam excellere. ἢ ἢ ἐν δυνάμει μου χριστοῦ. In Christo qui mihi vires tribuit. ἢ ἢ ἢ, afflictioni

idipsum sapere in Domino ] Mulieres quidem admiratur, sed innuit esse ali- quid inter eos exortum contentionis. ETIAM rogo & te germane com- par, adiuuas illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.] Maxima laus mulierum. Vocat enim eas socias laborum, quos pro Euangelio susce- perat. Comparem autem seu coniugem nonnulli stultè existimarunt esse vxorem Apostoli, non attendentes ea quæ scripta erant in epistola ad Co- rinthios, quod scilicet se retulerit in numerum cœlibum. DICO enim iis qui matrimonio iuncti non sunt, & viduis. Bonum est eis si maneant sicut ego. Et clarum quidem est quod siue esset cœlebs, hoc est qui nunquam du- xisset vxorem, siue viduus, vxorem non habebat, vxorem autem nunquam cum duxisse est verius. Adolescens enim vocatus est. Comparem ergo seu coniugem ipsum vocat, vt qui iugum pietatis secum trahat, & hortatur vt opt, marum sit mulierum adiutor, & vt concordiam inter se ineant procu- ret. GAUDETE in Domino semper: iterum dico gaudete. ] Apertè osten- dit se vehementi esse in eos affectione. Qua de causa eos frequenter ani- mum addit, & laudat. MODESTIA vestra nota sit omnibus hominibus. ] Forti & generoso animo ferte insultus aduersariorum. Malum pro malo non reddite. DOMINVS prope est nihil solliciti sitis. ] Iudex appropin- quat, qui deinceps vos pro susceptis laboribus remunerabitur. SED IN omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud Dominum. ] Oportet enim prius quidem benefacto- rem Deum laudare pro omnibus tam secundis quàm aduersis, deinde ita ei offerre supplicationes. ET PAX Dei quæ exuperat omnem sensum, cu- stodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. ] Quoniam se ipsos inuicem persequebantur, necessario pacem eis precatus est. Cuius autem pax omnem mentem superat, quomodo potest comprehendi sub- stantia? DE CAETERO fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bo- næ famæ, si qua virtus, si quala laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didici- stis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hæc agite & Deus pacis erit vobiscum. ] In summa autem vos omnes rogo, vt verba quidem vestra ve- ritate: honestate autem & iustitia vitam vestram ornetis, illa faciatis quæ Deo grata sunt: & hinc vobis laudem parietis. Hæc enim vos & oratione docui: & factis ostendi. Hæc autem si faciatis, adiutorem habebitis vniuerso- rum Deum. Deinde scribit etiam de pecuniis ab eis missis. GAUISVS sum autem in Domino vehementer, quod tandem aliquando resloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: Occupati autem eratis. ] Noui vestrum sco- pum ac institutum, & valde lætor cum ipsum in vobis aspicio. Iamdiu enim ab hinc volebatis meæ subuentionis curam gerere: sed non habuistis oppor- tunitatem. NON quasi propter penuriam dico, ego enim didici in qui- bus sum sufficiens esse. Scio & humiliari: scio & abundare, vbique & in omnibus institutus sum, & satiari & esurire, & abundare, & penuriam pa- ri. Omnia possum in eo qui me confortat. ] Hæc autem dico non quòd egeam. Ego enim per diuinam gratiam semper per aduersa ingrediens, am- borum satis magnum feci periculum, & satietatis & famis, egestatis & abundantia. Ne hæc autem scribens eos molestia afficeret, quasi res fuisset superflua, subiunxit. VERUNTAMEN bene fecistis, communican- tes tribulationi meæ. ] Hoc enim est lucrum vestrum, fuistis enim so- cii mearum perpeffionum. Deinde sequitur etiam laus alia. SCRITIS autem & vos Philippenses, quòd in principio Euangelii, quando profe- ctus

**A**ctus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli, quòd & Thessalonicam semel & bis in vsum mihi misistis. ] Digna viris laus, quoniam non solum presentem reuerentur, sed etiam absentis curam gerebant: & cum & in Metropoli ageret, & ad aliam gentem proficisceretur, quæ ei opus erant liberaliter mittebant. Et ne quis existimaret eum illos laudare propter corporalem illorum subuentionem, subiunxit. **NON** quòd quæro datum: sed requiro fructum abundantem in rationem vestram. ] Non enim his egeo, sed vestrum lucrû magnifacio. Deinde amplificans eorum subuentionem, dicit. **HABEO** autem omnia, & abundo. Repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placetem Deo. ] vos enim Epaphrodito quidem dedistis: Epaphroditus autem mihi. Deus autem per me suscepit sacrificium. Auget autem eorum laudem & qua laborabant inopia, non enim quòd rerum eis copia suppeteret mittebant, sed vel extrema paupertate oppressi. Et id docuit in secunda epistola ad Corinthios. Ita autem dicit. Et quæ est in profundo eorum paupertas abundauit ad diuitias simplicitatis eorum. **DEVS** autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. ] Eos cœlestibus opibus remuneratus est. Valde autem appositè & conuenienter subiunxit benedictionem. Cum enim quæ missa erant dixisset odorem fragrantia, hostiam acceptam Deo placentem, petit eis ab eo qui illa dedit ea etiam quibus est opus in presenti vita. Implebit autem, inquit, id omne quod vobis opus est. Nihil autem fecit alienum qui hanc eis benedictionem petiuerit. Etenim Dominus quoque iussit in sacris Euangeliis dicere. Panem nostrum super substantialem da nobis hodie. Porro autem eis quoque petiuit futuram gloriam quæ est in Christo Iesu. Et hæc autem & illa potest præbere. Habet. n. immensas diuitias. **DEO** autem & patri nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen. ] Hic quidem laudauit solum patrem, alibi autem laudat solum filium. Ex quibus enim, inquit, Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum Amen. Sed nec illic patrem separat à filio: nec hic filium a patre, sed diuinæ naturæ communem præbet laudem. **SALVATE** omnem sanctum in Christo Iesu. ] Non quicumque se sanctum nominat, sanctus est, sed qui credit Domino Iesu: & qui vitam ex eius legibus instituit. **SALVTANT** vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. ] Satis magnam eis consolationem attulit, cum docuit quòd etiam in regia natum obtinet diuinum Euangelium, & impii Imperatoris domesticos viuos cepit ad vitam. **GRATIA** Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen. ] Consuetam benedictionem fini adiecit. Eam nos quoque cõsequamur, intercessione quidem eius qui hæc scripsit, auxilio autem Christi Domini. Cum quo Patri gloria cum sanctissimo spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

πλεονάζοντα, redundantem.

ὁσμίας, fragrantia.

2. Cor. 8.

ἀνακληροί, implebit.

πᾶσαν τὴν χρείαν ὑμῶν, omne quod vobis opus est.

Rom. 9.

μετὰ πάντων ὑμῶν  
Cum omnibus vobis.

Epistolæ ad Ephesios per Tychicum, ad Philippen  
ses Romæ scripta est per Epaphroditum.

## ARGVMENTVM EPISTOLAE

AD COLASSENSIS.

**E**ODEM tempore ad Ephesios et Colassenses scripsit diuinus Apostolus, admirabili Tychico usus tabellario. Romæ autem scripsit, cum iam prius euasisset periculum. Idque ostendit epistolæ proœmium. Beatissimum enim Timotheum earum sibi adiunxit socium. Quando autem tempore Neronis in primum uocatus est periculum, nullus ex notis cum eo uersatus est. Id autem ipse declarauit in literis ad Timotheum.

2. Tim. 4. In prima mea defensione nemo mihi adfuit. Porro autem quando erat deinceps in ipso fine uitæ, non agebat Romæ diuinus Timotheus, sed potius in Asia. Et id docet apertius secunda ad eum scripta epistola. Cum enim dixisset. Ego enim iam labor, & tempus meæ resolutionis instat: paulo post dicit. Festina ad me uenire cito. Deinde subiungit. Penulam, quam reliqui apud Carpum, affer tecum, & libros, maximè autem membranas. Atqui nonnulli quidem dicunt diuinum Apostolum, cum nondum uidisset Colassenses scripsisse ad eos epistolam, idque conantur confirmare ex illis uerbis. Volo enim uos scire qualem sollicitudinem habeam pro uobis, & pro ijs qui sunt Laodicea, & quicumque non uiderunt faciem meam in carne. Oportebat autem eos considerare uerborum sententiam. Vult enim dicere. Non solum uestrum, sed eorum etiam qui me non uiderunt maximam curam gero. Si enim de ijs solum, qui eum non uiderant curam gerebat, eorum qui illum uiderant, & ab eo doctrinam acceperant, nullam omnino curam gerit. In illo enim sensu hoc est intelligendum. Qualem, inquit, habeo sollicitudinem pro uobis & pro ijs qui sunt in Laodicea, & quicumque non uiderunt faciem meam in carne. Clarum est ergo eum non hæc dixisse de ipsis, sed ab eos uolente confirmare hoc adiectum esse. Non solum uestrum, sed eorum etiam qui me nondum uiderunt, curam gero maximam. Iam uero nos etiam docuit beatissimus Lucas in Actis, quòd eodem tempore peruasit Phrygiam, & Galatiam. Colassæ autem sunt Phrygiæ, eius autem metropolis et uicinia est Laodicea. Quomodo ergo fieri potuit, ut qui in Phrygiam uenerit, non eis diuinum tradiderit Euangelium? Nec uerò dixerit quispiam eum fuisse a diuina prohibitum gratia hoc facere. De Asia enim & Bithynia dixit beatus Lucas, eos prohibuisse sanctum spiritum. De Phrygia autem nihil dixit tale. Sed de hac re quidem sentiat quis quod uelit. Neque enim ullam dogmatum inducit differentiam, an hoc uel illo modo dicatur. Argumentum autem epistolæ est hoc. Nonnulli ex Iudæis qui crediderant eos deceperant, & effecerant ut ea seruarent quæ sunt in lege superuacanea. Scripsit ergo diuinus Apostolus, docens Christum Dominum fuisse suppetatorem salutis. Docet etiam humanæ susceptæ naturæ dispensationis mysterium omnem rationem humanam superare: nosque futuros regni Christi participes: & legales obseruationes non esse perfectis conducibiles.

## INTERPRETATIO EPISTOLAE

AD COLASSENSIS.



**D**AVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, iis qui sunt Colassis sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax a deo patre nostro.] Quoniam ab iis qui eos deceperant inducti, vitæ ex lege institutionem amplexi fuerant: hoc autem fuisse ad salutem imperfectum Seruatoris aduentum ostendit:

**N**ecessario seipso Christi appellavit Apostolos. Adiecit autem, per voluntatem, docens hoc quoque placere Deo & Patri. Rursus autem præpositionem. **PER**, posuit loquens de patre. **GRATIAS** agimus deo & Patri domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes, audientes fidem vestrâ in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes.] Eis perfectionem suo testimonio tribuit, cum eos dixit fide esse claros & charitate. Charitas enim vniuersum mandatum quod in actione consistit complectitur. Solet autem Apostolus laudibus primum aures præparare, & faciles reddere: deinde ita doctrinam conuenientem tradere. Hic itaque dicit etiam se deum in suis orationibus laudare, propter fidem ipsorum in Christum Dominum, & charitatem, quam in omnes qui cum eis eadem fidem habebant, perpetuo ostendebant. **PROPTER** spem quæ reposita est vobis in cœlis.] Hæc autem, inquit, prompto & alacri animo facitis, paratum vobis regnû cœlorum per fidei oculos contemplantes. **Q**UAM audistis in verbo veritatis Euangelii præsentis, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est.] Eam autem vobis diuinum pollicetur Euangelium, non vobis autem solis, sed etiam omnibus hominibus. Deinde ostendit etiam vim prædicationis. **ET** fructificat, & crescit, sicut & in vobis ex ea die qua audistis, & cognouistis gratiam dei in veritate.] Euangelii fructum vocauit, eorû qui audierunt fidem & laudabilem vitæ institutionem. Incrementum autem, credentium multitudinem. **S**ICUT didicistis ab Epaphra charissimo conseruo, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu. Qui etiam manifestauit nobis vestram dilectionem in spiritu.] Cuius eorum erat hic vir in primis laude dignus, Epaphras inquam. Qui cum Romam venisset, docuit diuinum Apostolum & ardentem eorum fidem in Dominum, & fraudem quæ ab aliquo eis facta fuerat. Multis autem eum laudibus extulit, dilectû, & conseruum, & fidelem Christi ministrum vocans, vt maiorem in eum reuerentiam haberent. Dixit autem se ab eo audiuisse cursum Euangelii, quod ubique diffunditur, & multitudinem eorum qui in singulis gentibus crediderunt. **I**DEO & nos ex qua die audiimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius.] Hæc autem ex quo à vestro doctore de vobis audiimus, deum assiduè suppliciter oramus, vt suæ voluntatis vobis perfectam præbeat cognitionem. Hic autem innuit eos habere imperfectam, vt qui obseruationes legales sequerentur. **I**N OMNI sapientia & intellectu spirituali, vt ambuletis digne deo per omnia placentes.] Petimus autem vt vos spirituali gratia impleamini, vt faciatis omnia quæ Deo placent. **I**N OMNI opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate, cum gaudio.] Vt Deo fructus bonorum operum offeratis, & eius cognitionis incrementum ostendatis, & diuino auxilio confirmati, firmi ac stabiles maneatis, vehementes

Iesu, non est in Græco Theod: ἐκ μέρους ἡμῶν ἐν τῷ Χριστῷ. & Domino nostro Iesu Christo.

ἐν τῷ λόγῳ τῆ ἀληθείας. in sermone veritatis. Phr. heb. pro. In vero sermone.

Iesu, non est in Græco.

ὁ πένοντα ὑπὲρ ὑμῶν ἐργασυόμενοι, non cessamus pro vobis orare.

σωσίῳ, prudentia. ἵς πᾶσαν ἀρεσκίαν vt per omnia placeatis. ἐν πάσῃ δυνάμει δυνάμει, in omni robore eō firmati. ἐν δόξῃ, gloriæ.

fili dilectionis  
sue, id est, filii  
dilecti sui Hebr.

Gen. 22.

2. Tim. 2.  
ἀπολύτρωσιν διὰ  
τῆς αἱμάτων, re-  
demptionē per  
sanguinem.

Ioan. 14.

non est

non est

non est

Ezech. 10.

aduersariōrum fluctus forti & alacri animo ferentes. Patientiam enim po-  
sui contra aduersarios, ea enim opus habemus, dum bello ab impiis appet-  
timur. **GRATIAS** agentes Deo Patri, qui dignos fecit in partem sortis  
sanctorum in lumine. ] Benignum autem Deum laudamus, qui nos, cum  
indigni essemus, effecit lucis sanctorum participes. Rursus autem sub spe-  
cie gratiarum actionis, benignitatis arcanum, & diuinæ in nos dispensatio-  
nis magnitudinem ostendit. **QUI** eripuit nos de potestate tenebrarum,  
& transtulit in regnum filii dilectionis suæ. ] Potestatem tenebrarum ap-  
pellauit dominatum Diaboli. Filium autem dilectionis Christum Domi-  
num vocauit, docens eum amari, non ut creaturam & seruum, sed ut fi-  
lium. Non est enim filius dilectionis, sed dilectus filius, hoc est, verus &  
proprius. Ita etiam Isaac nominatus est. Accipe enim, inquit, filium tuum  
dilectum, pro eo quod est, verum ac proprium, & qui est tibi aliis pretio-  
sior. Nos ergo, inquit, à tenebris liberatos, filii regno dignatus est. Hoc  
etiam dixit in epistola ad Timotheum. Si sustinemus, & conregnabimus.  
IN quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. ] Non enim  
lex, sed Dominus Christus, qui legem tulit, eam nobis dedit per salutarem  
baptismum. Hæc ubi dixit, attingit etiam Theologiam, seu eius diuini-  
tatis rationem, & ostendit eum esse vniuersorum opificem & effectorem.  
**QUI** est imago Dei inuisibilis. ] Fert enim expressos & euidentes eius qui  
genuit characteres. Id autem est quod Philippo à Domino dictum est. **QUI**  
vidit me, vidit patrem. Porro autem Adam quoque genuit ad suam simi-  
litudinem, hoc est, ad omnia quæ erant ei similia. Est ergo imago quæ si-  
gnificat vnā & eandem substantiam. Inanimatæ enim imagines non ha-  
bent substantiam eorum quorum sunt imagines. Si autem est viua imago,  
& quæ nullam habet differentiam, eandem habet cum exemplari naturam.  
**PRIMOGENITVS** omnis creaturæ. ] Si vnigenitus, quo modo primo-  
genitus. Si primogenitus, quomodo vnigenitus? Atqui in diuinis Euan-  
geliis nominatus est vnigenitus. Est ergo primogenitus creaturæ: nõ quod  
sororem habeat creaturam, sed quod ante omnem creaturam fit genitus.  
Quomodo enim fieri posset, ut idem esset frater creaturæ & opifex? Si  
ut dicunt Hæretici, est creatura, habet creaturam sororem. Fieri autem  
non potest ut idem simul eiusdem sit frater & opifex. Eum autem opificem  
vocat sacra scriptura. Quod si opifex, non ergo frater. Quod si non fra-  
ter: non creatura, maximè cum nec ipsum diuinus appellarit Apostolus;  
*πρωτόκτιστον* hoc est, primo creatū, sed *πρωτότοκον* hoc est, primogenitum, hoc  
est, primus. Ita etiam dictus est Primogenitus ex mortuis, primus enim  
resurrexit. Ita etiam ecclesiam Primogenitorum, sanctorum cœtum ap-  
pellauit diuinus Apostolus, non quod omnes primi natura soluerint ma-  
trum uteros: sed quia maior honor primogenitis lege tribuebatur: eorum  
præstantiam & honorem significauit per hanc appellationem. Quod autem  
vnigenitus non est frater creaturæ, sed creaturæ effector & opifex, docent  
etiam ea quæ consequuntur. **QUONIAM** in ipso condita sunt vniuersa in  
cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia. ] Et quoniam sunt etiam in cœlis  
ea quæ sunt visibilia, ut Sol, & Luna, & astra: docet apertius quænam vo-  
cet cœlestia, seu visibilia, seu inuisibilia. Deinde quandoquidem visibilia  
sunt omnibus manifesta, & à diuinissimo Mose omnes ea didicerunt: iis  
relictis enumerat ea quæ sunt inuisibilia. **SIVE** throni, siue dominatio-  
nes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata  
sunt. ] Existimo eum dicere thronos Cherubim. Diuinum enim thronum  
super eos vidit positum Propheta Ezechiel. Dominationes autem, princi-  
patus,

**A** patus, & potestates, eos quibus fuerat credita cura gentium. Michaël enim præerat Iudæis, & beatus Daniel dicit principem Persarum, & principem Græcorum. Illud autem, Omnia per ipsum creata sunt, significat priorem creationem. Hoc vero, in ipso, operationem quæ facta est per ipsius humanæ naturæ susceptionem. **SI** qua enim, inquit, in Christo noua creatura. Et rursus. Instaurare omnia in Christo. Et Propheta. Erit cœlum nouum, & terra noua. Et. Vetera transferunt, ecce noua facta sunt omnia. In spe autem habemus horum mutationem. Etenim ipsa creatura liberabitur à seruitute interitus & corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quod autem hoc nomen Primogenitus, hic primum significet, nos docent ea quæ consequuntur. **ET** ipse est ante omnes. ] Non dixit, Ipse factus est ante omnes: sed ipse est ante omnes. **ET** omnia in eo constant. ] Non solum enim est omnium opifex, sed etiam curam gerit eorum quæ fecit: & gubernat creaturam, quæ stat per eius sapientiam & potentiam. **ET** ipse est caput corporis ecclesie. ] A sermone de diuinitate transiit ad dispensationem. Est enim caput nostrum, quod attinet ad humanitatem. Caput autem est eiusdem substantiæ cum corpore, ita etiam ipse, quatenus homo est, est eiusdem nobiscum substantiæ. **QUI** est principium. ] Pro eo quod est. Qui primus surrexit à mortuis. Hoc enim subiungit. **PRIMOGENITVS** ex mortuis. ] Primus enim soluit dolores mortis. Omnium autem nostrum resurrectio per id quod dicitur tacite significatur. **VT** fit in omnibus ipse primatum tenens. ] Etenim vt Deus est ante omnes, & est cum Patre, & vt homo, primogenitus ex mortuis, & caput corporis. **QUIA** in ipso complacuit omnem plenitudinem habitare. ] Plenitudinem appellauit ecclesiam in epistola ad Ephesios, vtpote diuinis donis impletis. Visum est inquit Deo, eam in Christo inhabitare, hoc est, ei coniunctam esse, esse sub eius tegmine, eius leges sequi. **ET** per eum reconciliare omnia in ipsum. ] Porro autem dicit etiam modum reconciliationis. **PACIFICANS** per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. ] Ipse nostram procurauit reconciliationem, cum passionem sustinuit, & sanguinem effudit, & pro nobis sacrificium obtulit, & terrenis cœlestia coniunxit. Nos enim auersabantur etiam populi angelorum propter summam improbitatem. Ea de causa etiam cum natus esset, chorum ducentes, Deo hymnum obtulerunt, dicentes. Gloria in excelsis, & in terra pax, & in hominibus bona voluntas. Cum ita recensuisset bona omnibus communiter præbita, ad ipsos conuertit orationem, & dicit. **ET** **VOS** cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu, in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem, vt exhiberet vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso. ] Ex iis quæ ad vos attinent considerate ea quæ sunt communia. Vos enim qui sceleratam & impiam vitam agebatis, & luce cognitionis eratis omnino priuati, Deo effecti estis familiares, non hoc vobis dono à lege donato, sed vestro debito à Christo exoluto, & corpore morti tradito: vt vos vocatione digni habiti, sancti, & reprehensionis non obnoxii, & omnino liberi redderemini. Deinde eos etiam fuisse auersos innuit, & eos terret. **SI** tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Euangelii quod audistis. ] Eritis autem sancti, & reprehensionis minimè obnoxii, & crimini non affines; si in iis permanetis quæ ab initio didicistis, & traditam vobis doctrinam firmam & stabilem conseruetis. Spem autem Euangelii appellat resurrectionem, & vitam immortalem, & regnum cœlorum. Deinde eos docet non sibi solis sed omnibus hominibus traditam fuisse prædicationem. **QUOD** prædi-

Dan. 10.

1. Cor. 15.

Eph. 1.

ἀνακαταστάσει  
in summā quan-  
dam redigere.

Esa. 65. &amp; 66.

2. Cor. 8.

Rom. 8.

τὴν στυγὴν αὐτῆς ἢ  
αὐτῆς, crucis eius  
per ipsum.

Luc. 2.

ἰσχυρῶς τὴν  
ἐκείνηνἀμώμους ἔχει ἀνε-  
κλήτους, reprehensionis non obnoxios, & crimini non affines.ἵνα ἡμεῖς ἡμεῖς  
ἵνα ἡμεῖς ἡμεῖς

ἀμώμους ἡμεῖς

catum est in vniuersa creatura quæ sub cœlo est, cuius factus sum ego Pau-  
 lus minister. ] Ei enim creditæ sunt gentes vt excolerentur. Hoc autem  
 non dixisset, si eos re vera nunquam vidisset. Si enim, dicerent, gentium  
 prædicator electus es, quam de causa nos contempsisti, & non tradidisti  
 nobis doctrinam Euangelicam? Quinetiam ea quæ consequuntur eandem  
 habent sententiam. **QVI** nunc gaudeo in passionibus pro vobis. ] Quo-  
 modo enim esset rationi consentaneum, cum qui illos non vidisset, nec eis  
 salutarem præbuisset prædicationem, apertè dicere se pro eis varia sustine-  
 re pericula? **ET** adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea,  
 pro corpore eius quod est ecclesia. ] Et Christus Dominus subiit mortem  
 pro ecclesia, & crucis ignominiam, & incussas in faciem alapas, & inflicta  
 tergo verbera, & quæcunque etiam alia sustinuit. Diuinus quoque Apo-  
 stolus varias perpassiones pro ipsa tolerauit, & lubenter sustinuit. Gaudeo  
 enim inquit, in passionibus pro vobis. Sciebat enim vitam ex iis procura-  
 ri. Dixit autem se adimplere ea quæ desunt afflictionum Christi, vt qui  
 quod restat impleat, & pro iis perpassiones sustineat. Restabat autem vt  
 prædicaret gentibus, & munificum salutis suppeditorem ostenderet. **CV-**  
**IVS** factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, datam mihi  
 in vobis vt impleam verbum Dei. ] Credita mihi fuit salus ecclesie: & mi-  
 hi commissum est munus prædicationis, vt diuina vos omnes doctrina im-  
 plem. Illud enim, vos, non ipsos solos dicit, sed fideles qui sunt in orbe  
 terrarum. Hinc itaque etiam manifestum est, quòd eos viderat quando  
 hanc scripsit epistolam. Si ei enim fuerunt commissi, non eos præteriisset,  
 cum venit in Phrygiam, & postea ad Laodicenses gentis principes. Docet  
 etiam quisnam sit modus dispensationis. **MYS T E R I V M** quod fuit abscon-  
 ditum à sæculis & generationibus: nunc autem manifestatum est sanctis  
 eius, quibus Deus voluit notum facere. ] Appellauit mysterium prædica-  
 tionem dispensationis, vt quæ olim omnibus esset ignota: à solo autem Deo  
 cognosceretur. Id, inquit, fuit absconsum prioribus generationibus. Nunc  
 manifestauit quibus voluit sanctis, hoc est Apostolis, & iis qui per ipsos  
 crediderunt. Per hæc autem ostendit antiquitatem Euangelii, & quòd  
 ante legem, & ante mundi constitutionem, Deus vniuersorum hanc di-  
 spensationem præfinit. Notum autem fecit, inquit, sanctis, **QVAENA M**  
 sint diuitiæ gloriæ sacramenti huius in gentibus. ] Quòd gentes quæ fede-  
 rant in tenebris, acceperunt lucem diuinæ cognitionis, & erunt Christi  
 gloriæ participes. Diuitias enim gloriæ vocauit honoris magnificentiam.  
 Id autem significant etiam ea quæ subiunguntur. **QVOD** est Christus in  
 vobis, spes gloriæ, quem nos annuntiamus. ] Non enim dierum & ciborum  
 obseruationes, sed Christus Dominus vos illa gloria dignabitur. Spem. n.  
 gloriæ vocat gloriam quæ speratur. **CORRIPIENTES** omnem hominem,  
 & docentes omnem hominem in omni sapientia: vt exhibeamus omnem  
 hominem perfectum in Christo Iesu. In quo & laboro certando secundum  
 operationem eius quam operatur in me in virtute. ] Omnem autem labo-  
 rem lubenter suscipio, adiutus à diuina gratia, vt omnes homines perfectos  
 reddam per doctrinam prædicationis. Perfectionem autem non lex, sed præ-  
 dicationis doctrina largitur. Deinde suam quoque in eos benevolentiam  
 aperit. **CAP. II.**  
**V**olo enim scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & iis qui  
 sunt Laodiceæ, & quicumque non viderunt faciem meam in carne. ]  
 Volo enim vobis esse persuasum me maximam curam gerere & vestrum, &  
 Laodicenorum, sed etiam omnium qui me nondum viderunt. Quòd au-  
 tem

1. Cor. 15.  
 2. Cor. 12.  
 3. Cor. 13.  
 4. Cor. 14.  
 5. Cor. 15.  
 6. Cor. 16.  
 7. Cor. 17.  
 8. Cor. 18.  
 9. Cor. 19.  
 10. Cor. 20.  
 11. Cor. 21.  
 12. Cor. 22.  
 13. Cor. 23.  
 14. Cor. 24.  
 15. Cor. 25.  
 16. Cor. 26.  
 17. Cor. 27.  
 18. Cor. 28.  
 19. Cor. 29.  
 20. Cor. 30.  
 21. Cor. 31.  
 22. Cor. 32.  
 23. Cor. 33.  
 24. Cor. 34.  
 25. Cor. 35.  
 26. Cor. 36.  
 27. Cor. 37.  
 28. Cor. 38.  
 29. Cor. 39.  
 30. Cor. 40.  
 31. Cor. 41.  
 32. Cor. 42.  
 33. Cor. 43.  
 34. Cor. 44.  
 35. Cor. 45.  
 36. Cor. 46.  
 37. Cor. 47.  
 38. Cor. 48.  
 39. Cor. 49.  
 40. Cor. 50.  
 41. Cor. 51.  
 42. Cor. 52.  
 43. Cor. 53.  
 44. Cor. 54.  
 45. Cor. 55.  
 46. Cor. 56.  
 47. Cor. 57.  
 48. Cor. 58.  
 49. Cor. 59.  
 50. Cor. 60.  
 51. Cor. 61.  
 52. Cor. 62.  
 53. Cor. 63.  
 54. Cor. 64.  
 55. Cor. 65.  
 56. Cor. 66.  
 57. Cor. 67.  
 58. Cor. 68.  
 59. Cor. 69.  
 60. Cor. 70.  
 61. Cor. 71.  
 62. Cor. 72.  
 63. Cor. 73.  
 64. Cor. 74.  
 65. Cor. 75.  
 66. Cor. 76.  
 67. Cor. 77.  
 68. Cor. 78.  
 69. Cor. 79.  
 70. Cor. 80.  
 71. Cor. 81.  
 72. Cor. 82.  
 73. Cor. 83.  
 74. Cor. 84.  
 75. Cor. 85.  
 76. Cor. 86.  
 77. Cor. 87.  
 78. Cor. 88.  
 79. Cor. 89.  
 80. Cor. 90.  
 81. Cor. 91.  
 82. Cor. 92.  
 83. Cor. 93.  
 84. Cor. 94.  
 85. Cor. 95.  
 86. Cor. 96.  
 87. Cor. 97.  
 88. Cor. 98.  
 89. Cor. 99.  
 90. Cor. 100.

1. Cor. 15.  
 2. Cor. 12.  
 3. Cor. 13.  
 4. Cor. 14.  
 5. Cor. 15.  
 6. Cor. 16.  
 7. Cor. 17.  
 8. Cor. 18.  
 9. Cor. 19.  
 10. Cor. 20.  
 11. Cor. 21.  
 12. Cor. 22.  
 13. Cor. 23.  
 14. Cor. 24.  
 15. Cor. 25.  
 16. Cor. 26.  
 17. Cor. 27.  
 18. Cor. 28.  
 19. Cor. 29.  
 20. Cor. 30.  
 21. Cor. 31.  
 22. Cor. 32.  
 23. Cor. 33.  
 24. Cor. 34.  
 25. Cor. 35.  
 26. Cor. 36.  
 27. Cor. 37.  
 28. Cor. 38.  
 29. Cor. 39.  
 30. Cor. 40.  
 31. Cor. 41.  
 32. Cor. 42.  
 33. Cor. 43.  
 34. Cor. 44.  
 35. Cor. 45.  
 36. Cor. 46.  
 37. Cor. 47.  
 38. Cor. 48.  
 39. Cor. 49.  
 40. Cor. 50.  
 41. Cor. 51.  
 42. Cor. 52.  
 43. Cor. 53.  
 44. Cor. 54.  
 45. Cor. 55.  
 46. Cor. 56.  
 47. Cor. 57.  
 48. Cor. 58.  
 49. Cor. 59.  
 50. Cor. 60.  
 51. Cor. 61.  
 52. Cor. 62.  
 53. Cor. 63.  
 54. Cor. 64.  
 55. Cor. 65.  
 56. Cor. 66.  
 57. Cor. 67.  
 58. Cor. 68.  
 59. Cor. 69.  
 60. Cor. 70.  
 61. Cor. 71.  
 62. Cor. 72.  
 63. Cor. 73.  
 64. Cor. 74.  
 65. Cor. 75.  
 66. Cor. 76.  
 67. Cor. 77.  
 68. Cor. 78.  
 69. Cor. 79.  
 70. Cor. 80.  
 71. Cor. 81.  
 72. Cor. 82.  
 73. Cor. 83.  
 74. Cor. 84.  
 75. Cor. 85.  
 76. Cor. 86.  
 77. Cor. 87.  
 78. Cor. 88.  
 79. Cor. 89.  
 80. Cor. 90.  
 81. Cor. 91.  
 82. Cor. 92.  
 83. Cor. 93.  
 84. Cor. 94.  
 85. Cor. 95.  
 86. Cor. 96.  
 87. Cor. 97.  
 88. Cor. 98.  
 89. Cor. 99.  
 90. Cor. 100.

1. Cor. 15.  
 2. Cor. 12.  
 3. Cor. 13.  
 4. Cor. 14.  
 5. Cor. 15.  
 6. Cor. 16.  
 7. Cor. 17.  
 8. Cor. 18.  
 9. Cor. 19.  
 10. Cor. 20.  
 11. Cor. 21.  
 12. Cor. 22.  
 13. Cor. 23.  
 14. Cor. 24.  
 15. Cor. 25.  
 16. Cor. 26.  
 17. Cor. 27.  
 18. Cor. 28.  
 19. Cor. 29.  
 20. Cor. 30.  
 21. Cor. 31.  
 22. Cor. 32.  
 23. Cor. 33.  
 24. Cor. 34.  
 25. Cor. 35.  
 26. Cor. 36.  
 27. Cor. 37.  
 28. Cor. 38.  
 29. Cor. 39.  
 30. Cor. 40.  
 31. Cor. 41.  
 32. Cor. 42.  
 33. Cor. 43.  
 34. Cor. 44.  
 35. Cor. 45.  
 36. Cor. 46.  
 37. Cor. 47.  
 38. Cor. 48.  
 39. Cor. 49.  
 40. Cor. 50.  
 41. Cor. 51.  
 42. Cor. 52.  
 43. Cor. 53.  
 44. Cor. 54.  
 45. Cor. 55.  
 46. Cor. 56.  
 47. Cor. 57.  
 48. Cor. 58.  
 49. Cor. 59.  
 50. Cor. 60.  
 51. Cor. 61.  
 52. Cor. 62.  
 53. Cor. 63.  
 54. Cor. 64.  
 55. Cor. 65.  
 56. Cor. 66.  
 57. Cor. 67.  
 58. Cor. 68.  
 59. Cor. 69.  
 60. Cor. 70.  
 61. Cor. 71.  
 62. Cor. 72.  
 63. Cor. 73.  
 64. Cor. 74.  
 65. Cor. 75.  
 66. Cor. 76.  
 67. Cor. 77.  
 68. Cor. 78.  
 69. Cor. 79.  
 70. Cor. 80.  
 71. Cor. 81.  
 72. Cor. 82.  
 73. Cor. 83.  
 74. Cor. 84.  
 75. Cor. 85.  
 76. Cor. 86.  
 77. Cor. 87.  
 78. Cor. 88.  
 79. Cor. 89.  
 80. Cor. 90.  
 81. Cor. 91.  
 82. Cor. 92.  
 83. Cor. 93.  
 84. Cor. 94.  
 85. Cor. 95.  
 86. Cor. 96.  
 87. Cor. 97.  
 88. Cor. 98.  
 89. Cor. 99.  
 90. Cor. 100.

1. Cor. 15.  
 2. Cor. 12.  
 3. Cor. 13.  
 4. Cor. 14.  
 5. Cor. 15.  
 6. Cor. 16.  
 7. Cor. 17.  
 8. Cor. 18.  
 9. Cor. 19.  
 10. Cor. 20.  
 11. Cor. 21.  
 12. Cor. 22.  
 13. Cor. 23.  
 14. Cor. 24.  
 15. Cor. 25.  
 16. Cor. 26.  
 17. Cor. 27.  
 18. Cor. 28.  
 19. Cor. 29.  
 20. Cor. 30.  
 21. Cor. 31.  
 22. Cor. 32.  
 23. Cor. 33.  
 24. Cor. 34.  
 25. Cor. 35.  
 26. Cor. 36.  
 27. Cor. 37.  
 28. Cor. 38.  
 29. Cor. 39.  
 30. Cor. 40.  
 31. Cor. 41.  
 32. Cor. 42.  
 33. Cor. 43.  
 34. Cor. 44.  
 35. Cor. 45.  
 36. Cor. 46.  
 37. Cor. 47.  
 38. Cor. 48.  
 39. Cor. 49.  
 40. Cor. 50.  
 41. Cor. 51.  
 42. Cor. 52.  
 43. Cor. 53.  
 44. Cor. 54.  
 45. Cor. 55.  
 46. Cor. 56.  
 47. Cor. 57.  
 48. Cor. 58.  
 49. Cor. 59.  
 50. Cor. 60.  
 51. Cor. 61.  
 52. Cor. 62.  
 53. Cor. 63.  
 54. Cor. 64.  
 55. Cor. 65.  
 56. Cor. 66.  
 57. Cor. 67.  
 58. Cor. 68.  
 59. Cor. 69.  
 60. Cor. 70.  
 61. Cor. 71.  
 62. Cor. 72.  
 63. Cor. 73.  
 64. Cor. 74.  
 65. Cor. 75.  
 66. Cor. 76.  
 67. Cor. 77.  
 68. Cor. 78.  
 69. Cor. 79.  
 70. Cor. 80.  
 71. Cor. 81.  
 72. Cor. 82.  
 73. Cor. 83.  
 74. Cor. 84.  
 75. Cor. 85.  
 76. Cor. 86.  
 77. Cor. 87.  
 78. Cor. 88.  
 79. Cor. 89.  
 80. Cor. 90.  
 81. Cor. 91.  
 82. Cor. 92.  
 83. Cor. 93.  
 84. Cor. 94.  
 85. Cor. 95.  
 86. Cor. 96.  
 87. Cor. 97.  
 88. Cor. 98.  
 89. Cor. 99.  
 90. Cor. 100.

1. Cor. 15.  
 2. Cor. 12.  
 3. Cor. 13.  
 4. Cor. 14.  
 5. Cor. 15.  
 6. Cor. 16.  
 7. Cor. 17.  
 8. Cor. 18.  
 9. Cor. 19.  
 10. Cor. 20.  
 11. Cor. 21.  
 12. Cor. 22.  
 13. Cor. 23.  
 14. Cor. 24.  
 15. Cor. 25.  
 16. Cor. 26.  
 17. Cor. 27.  
 18. Cor. 28.  
 19. Cor. 29.  
 20. Cor. 30.  
 21. Cor. 31.  
 22. Cor. 32.  
 23. Cor. 33.  
 24. Cor. 34.  
 25. Cor. 35.  
 26. Cor. 36.  
 27. Cor. 37.  
 28. Cor. 38.  
 29. Cor. 39.  
 30. Cor. 40.  
 31. Cor. 41.  
 32. Cor. 42.  
 33. Cor. 43.  
 34. Cor. 44.  
 35. Cor. 45.  
 36. Cor. 46.  
 37. Cor. 47.  
 38. Cor. 48.  
 39. Cor. 49.  
 40. Cor. 50.  
 41. Cor. 51.  
 42. Cor. 52.  
 43. Cor. 53.  
 44. Cor. 54.  
 45. Cor. 55.  
 46. Cor. 56.  
 47. Cor. 57.  
 48. Cor. 58.  
 49. Cor. 59.  
 50. Cor. 60.  
 51. Cor. 61.  
 52. Cor. 62.  
 53. Cor. 63.  
 54. Cor. 64.  
 55. Cor. 65.  
 56. Cor. 66.  
 57. Cor. 67.  
 58. Cor. 68.  
 59. Cor. 69.  
 60. Cor. 70.  
 61. Cor. 71.  
 62. Cor. 72.  
 63. Cor. 73.  
 64. Cor. 74.  
 65. Cor. 75.  
 66. Cor. 76.  
 67. Cor. 77.  
 68. Cor. 78.  
 69. Cor. 79.  
 70. Cor. 80.  
 71. Cor. 81.  
 72. Cor. 82.  
 73. Cor. 83.  
 74. Cor. 84.  
 75. Cor. 85.  
 76. Cor. 86.  
 77. Cor. 87.  
 78. Cor. 88.  
 79. Cor. 89.  
 80. Cor. 90.  
 81. Cor. 91.  
 82. Cor. 92.  
 83. Cor. 93.  
 84. Cor. 94.  
 85. Cor. 95.  
 86. Cor. 96.  
 87. Cor. 97.  
 88. Cor. 98.  
 89. Cor. 99.  
 90. Cor. 100.

**A**tem hæc in eo sensu ab eo dicta sunt, significant etiam quæ subiunguntur. **VT** consolentur corda ipsorum. ] Non dixit, vestra, sed, ipsorum, hoc est, eorum qui me nondum viderunt. Sed quisnam est modus consolationis? **INSTRVCTI** in charitate. ] Ut seruent concordiam quæ est in Christo. **ET** in omnes diuitias plenitudinis intellectus. ] Et cum omni certitudine prædicationis diuitias suscipiant. **IN** agnitionem mysterii Dei, & patris, & Christi Iesu; In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. ] Ostendit dispensationis mysterium esse Patris & Filii commune. In Christo autem dixit esse absconditos omnes sapientiæ & scientiæ thesauros: quoniam per ipsum reuelatur in futura vita omnibus hominibus dispensationis scopus. Dixit autem hæc omnia, curans morbum qui eos inuaserat, & docens, non legis traditiones, sed fidem in Dominum conciliare salutem. Hoc enim subiunxit. **HOC** autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. ] His autem verbis vsus sum, vos adhortans ne fallacibus verbis seduceremini. **NAM** etsi corpore absens sum: sed spiritu vobiscum sum, gaudens & videns ordinem vestrum, & firmitermentum eius quæ in Christo est fidei vestræ. ] Doctrinæ rursus laudes admiscet, aures demulcens, & ad suasionem viam muniens. Porro autem rursus quoque per hæc ostendit, eos fuisse à se visos, quando hanc scripsit epistolam. Quemadmodum enim hic dixit. Nam etsi carne absens sum: sed spiritu vobiscum sum: ita etiam scripsit ad Corinthios. Vt absens corpore, præsens autem spiritu. **SICVT** ergo accepistis Christum Iesum Dominum: in ipso ambulate radicati, & superædificati in ipso, & confirmati in fide sicut & didicistis, abundantes in ipso, in gratiarum actione. ] Seruate integram & incorruptam doctrinam quam accepistis, & sequimini leges Evangelicas, firmam fidem ostendentes, hoc enim dicit, Radicati. Et possessionem virtutis adicientes. Hoc enim significat illud, superædificati. Hoc verò, Redundantes in fide, pro eo quod est. Habete eam perfectam nihil ei deficit: sed etiam redundet & superfluat in vobis: vt vos per omnia laudetis benefactorem. Hoc enim dicit, in gratiarum actione. **VIDETE** ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. ] Quam superius dixit probabilem & ad persuadendum aptam orationem, hic appellauit philosophiam. Inanem autem deceptionem, superuacaneam & noxiam hominum traditionem: non ipsam legem, sed intempestiuam eius obseruationem. Elementa autem mundi, obseruationem dierum. Ex Sole enim & Luna procedunt dies & noctes. Præcipit ergo eis vt vigilant, & sint sobrii & circumspecti: & eos qui ab eis fidem conantur eripere omnino auersentur, vt qui à Christo quidem omnino separent, inutilibus autem legis obseruationibus alligent. **QVIA** in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. ] Nonnulli doctores dixerunt ecclesiam esse hic Christum nominatam: & in ea inhabitare omnem plenitudinem diuinitatis. Nescio autem, an etiam corporaliter, eiusmodi sententiæ contemplationi conueniat. Existimo ergo, quoniam Christum nominauit caput ecclesiæ, clarum est autem quòd quatenus homo est, est nostrum caput, hæc quoque tanquam de homine dicta esse, qui omnem in se continet diuinitatem. Etenim diuinus Apostolus volens significare differentiam legis & gratiæ, elementorum egestati Christum opposuit: & per amborum inuicè collationem volens ostendere quàm sit longe superior, adiecit, quòd in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, hoc est, tanquam in proprio corpore. Non enim singularem, inquit, aliquam gratiam accepit, quemadmodum Moses: Deus

ἵνα ἡθρηνηθῶσιν, vt consolationē accipiant.

συμβιβάζοντες, coniuncti.

ἡ ἀληθοφάνεια συνείσεως, certitudinis intelligentiæ. Iesu, non est in Græco.

ἐν πιθανολογίᾳ, in probabili & ad persuadendum apta oratione.

σαρκί, carne.

I. Cor. 5.

περατορεύοντες, redundantantes. οὐ αὐτῆ, in ipsa.

ἡ πάλαι, deceptionem.



ἐν τῇ ἀποστολῇ, ἢ  
 ἡμετέρας τῶν ἐ-  
 μαρτύρων ἢ ἐμῶν  
 ἐν τῇ περὶ τοῦ ἡ-  
 γιστοῦ, in exuen-  
 do corpus pecca-  
 torum carnis in  
 circumcissione  
 Christi,

παύσησθε, con-  
 surrexistis.

τοῖς νόμοις, δε-  
 cretis,  
 Exo. 24.

ἀποκαταστάσει,  
 Cum expoliat-  
 set.  
 ἡδύμωτον ἢ παρ-  
 φροῖα, liberè ostē-  
 tauit.

enim est, & homo, & id quod videtur, habet unitam vnigeniti diuinitatem. **A**  
 Huic intelligentiæ conueniunt etiam quæ sequuntur. **ET** estis in illo reple-  
 ti.] Ab eo enim gratiam accepistis, & radios qui ab illa producuntur. **Q**U-  
 T est caput omnis principatus & potestatis.] Hinc etiam manifestum est, cum  
 illa non dixisse de ecclesia, sed de ipso Christo Domino, qui est nostrum qui-  
 dem caput, quod attinet ad humanitatem: Angelis autem & Archangelis  
 præest ac imperat, quod attinet ad diuinam naturam. Hic enim posuit caput  
 pro eo quod est, Imperium, aut magistratus. Etiam quæ deinceps sequitur,  
 ostendunt, eum superius ecclesiam non appellasse Christum. **I**N quo & cir-  
 cuncisi estis circumcissione non manu facta in expoliatione corporis carnis,  
 sed in circumcissione Christi.] Quoniam enim seducti vitæ ex lege institu- **B**  
 tionem erant amplexi, docet rursus differentiam circumcissionis. Non est n-  
 inquit, carnalis, sed spiritalis. Neque manu facta, sed diuina, nec exiguæ cor-  
 poris particulæ ablatio, sed ab omni corruptione & interitu liberatio. Ho-  
 rum autem author est & causa, non lex, sed Christus Dominus, qui fuit le-  
 gis ipsius legislator. Hoc enim dixit, in quo & circuncisi estis, & rursus, in  
 circumcissione Christi. Exuuias autem corporis peccatorum carnis, salutarè  
 baptismum appellauit. In illo enim exuimus sordidam peccati tunicam. Fu-  
 turorum autem typus est sanctissimus baptismus. In futura autem vita, à cor-  
 ruptione & interitu alienum ac immortale corpus effectum, nõ potest ampli-  
 us sordes peccati suscipere. Quod autem illa dixit de baptismo, testantur **C**  
 etiam ea quæ consequuntur. **C**ONSEPVLT I ei in baptismo.] Quoniam  
 autem vocauit mortis typum salutare baptismum, hoc enim dixit, Conse-  
 pulsi, resurrectionem etiam annunciat. **I**N quo & resurrexistis.] Et quo-  
 niam mortalem adhuc habemus naturam, subiunxit. **P**ER fidem operatio-  
 nis Dei: qui suscitauit illum à mortuis.] Credentes enim Dei potentiæ, ex-  
 pectamus resurrectionem, pignus habentes Domini Christi resurrectione.  
**ET** vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuifi-  
 cauit cum illo, donans vobis omnia delicta.] Peccatum nos omnes intere-  
 mit. Ipsum enim mortis in nos tulit sententiam. Sed vniuersorum Deus red-  
 didit nos participes vitæ Christi Domini: & nobis peccatorum dedit remis- **D**  
 sionem. Carnis autem præputium appellauit vitium, docens corporis quidè  
 præputium nihil damni asferre iis qui id habent: sed animæ præputium af-  
 ferre exitium, & animæ & corpori. Ex eo autem ostendit, circumcissionem  
 corporis nihil iuuare eos qui circunciduntur, vitii autem & improbitatis  
 ablationem veram salutem procurare. **D**ELENS quod aduersum nos erat  
 chirographum decreti: & ipsum tulit de medio affigens illud cruci.] Chiro-  
 graphum quidam dixerunt esse legem. Post eius enim execrationem, dixit,  
 inquit, populus. Quæcunque dixit Dominus Deus noster, faciemus, & au-  
 diemus. Sed id erat Iudæorum chirographum, non omnium hominum. Exi-  
 flimo ergo etiam corpus nostrum appellari chirographum. Per id. n. omnes **E**  
 sceleratas & nefarias actiones suscipimus: per oculos quidem, lasciuè & im-  
 pudicè aspicientes: per linguam autem, ea quæ non decet loquentes: per au-  
 res, perniciosam doctrinam suscipientes: manibus autè, furtū, vim & in alic-  
 na inuasionem, & eadem admittentes. Deus ergo sermo, nostra suscepta na-  
 tura, eam ab omni peccato liberam custodit: & deleuit quæ male à nobis fa-  
 cta sunt scripta debitorum. Cum autem concessisset vt ea cruci affigeretur,  
 exoluit omnium nostrum debitum, & cum legem quidem impleffet, effecit  
 vt ea cessaret, vt quæ olim solis Iudæis fuisset utilis, nobis autem nullo mo-  
 do conueniret: dedit autem decreta Evangelica, in eorum obseruatione no-  
 bis salutem pollicitus. **ET** expolians principatus & potestates, traduxit cõ-  
 fidenter

**A** fidēter palā, triūphans illos in semetipso.] Quia.n. per affectiones & perturbationes corporis habebant in nos potestātē Dæmones: ipse autem corpore circumdatus fuit peccato potentior: aduersariorū potentiā euertit: & effecit vt omnibus hominibus nota esset eorū imbecillitas, per suū corpus nobis omnibus aduersus eos victoriā largitus. NEMO ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniā, aut sabbatorū, quæ sunt vmbra futurorū.] Cū ergo legē cessasse didiceritis, nequaquā seducamini ab iis qui legales traditiones conantur in vobis seminare. Rectē quoq. adiecit illud, in parte festi. Neque.n. poterant ea implere. Quomodo .n. fieri poterat, vt ter in anno in Iudæam ē Phrygia excurrerent, vt Hierosolymis festa ex more peragerent, & maximē cum Pentecoste sit vicina Paschati. Est enim iter plus quā quinquaginta dierum. Vmbra autem futurorum vocauit legem, docens ab illa esse præfiguratam noui testamenti gratiam. Hoc autem etiam subiunxit. CORPVS autem Christi.] Hoc est, Euangelica vitæ institutio, obtinet locum corporis. Lex vero vmbra. Vmbra autem præcedit corpus oriente luce, vt sit vmbra quidem lex: corpus verò gratia: lux autē Christus Dominus. NEMO vos seducat.] Græce est καταβραβεύτω, Græci autem appellant βραβεύτας, iudices eorum qui decertant in certaminibus. Ii enim iis qui vincunt faciunt sententia victoriam. καταβραβεύειν autem est βραβεύτου, hoc est iudicis certatorum malè fungi officio, & quæ victoribus debentur præmia iniuste tribuere. Quoniam ergo qui legis obseruationes admiscebant Euangelio, ab iis quæ sunt præstantiora eos traducebant ad deteriora, iure dixit, Nemo vos fraudet præmio. Deinde docet apertius damnum quod allatum est. VOLENS IN humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ.] Qui legem defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes fuisse legem per eos datam. Mansit autem diu hoc vitium in Phrygia & Pisidia. Quocirca synodus quoque quæ conuenit Laodiceæ, quæ est Phrygiæ metropolis, lege prohibuit ne precarentur Angelos. Et in hodiernum vsque diem, licet videre apud illos & eorum finitimos oratoria sancti Michaëlis. Illi ergo hoc consulebant vtique humilitate vtentes, dicentes vniuersorum Deum neccerni, nec comprehendere, nec ad eum posse perueniri: & oportere per Angelos diuinam sibi beneuolentiam conciliare. Hoc autem dixit, in humilitate & cultu Angelorum. Illud autem, Inflatu, non est contrarium humilitati. Eam enim præ se ferebant: sed re vera insolentiæ vitio laborabant. Hoc autem, In iis quæ non vidit incedens, pro eo quod est, propriis rationibus & cogitatis vtens. Hoc enim subiunxit. Temere inflatus à mente carnis suæ. ET non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei.] Rursus caput Christum Dominum nominauit: Corpus autem cœtum ecclesiæ. Posuit autem totum hunc locum metaphoricè. Quemadmodum enim in corpore cerebrum est radix neruorum: per neruos autem sensus habet corpus: ita etiam à Christo Domino, & doctrinæ fontes, & salutis materiam accipit corpus ecclesiæ. Quod autem sunt in corpore ligamenta; hoc sunt Apostoli, Prophetæ, & Doctores in conuentu ecclesiæ: Porro autem alia etiam probat ratione obseruationem legis eis non conuenire. SI MORTVI estis Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeris: neque gustaueris: neque contrectaueris, quæ sunt omnia in interitu ipso vsu, secundum præcepta & traditiones hominum.] In baptismo Christo consepulti estis: Legi mortui effecti estis.

βραβεύτας αὐ-  
τός, de illis trium-  
phum agens.

καταβραβεύτω,  
præmio fraudet

θρησκεία, cultu.  
& μὴ εἰσέλθων ἐν  
ταύταις, in iis quæ  
non vidit in ce-  
dens.  
ὄρα τὸ νοῦς, à men-  
te.

οἱ ἀφ' ὧν ἡ συνδή-  
σιμος, per com-  
missuras & li-  
gamenta.  
ὡς ἄρτα, ὡς ἄρτα

εἰ δὲ, Si ergo.  
adhuc, non est  
in Græco.

εἰς φθαρτὴν, ad cor-  
ruptionem & in-  
teritum.

Quomodo ergo eos toleratis qui hæc docent, & existimatis hos. quidem ci-  
bos esse legitimos: illos verò lege prohiberi? & non consideratis nihil eorū  
esse firmum ac stabile. Omnia enim mutantur in finem. Præcepta autem &  
doctrinas hominum vocat non legem, sed eorum doctrinam intempestiua.

ἔδαοθησια.  
ἢ ἀφ' ἑσθίας. Ἐσθίας  
ἔσθίας, & in eo quod  
non parcatur  
corpori.

Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ, in superstitione & humi-  
litate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem  
carnis.] Eos ostendit in se continere speciem non veritatem, hoc enim in-  
nuit ἐβελθησια id est voluntarius cultus ac superstitio. Pro eo quod est, pro-  
prium decretum introducunt, non legis scopum ac institutum sequuntur,  
& verbis speciosis decipiunt, dum humilitate vocant legis obseruatione, di-  
centes nõ oportere transgredi quod à Deo datū est, & non parci corpori di-  
cunt, quod nõ audacter & liberè vtantur omnibus. Hoc autē est aperta fer-  
uitus, & dati honoris ablatio. Oportet. n. sua sponte abstinere, non tan-  
quam ab abominandis, sed tanquam à suauissimis. CAP. III.

θεοῦ ἔσθίας,

**I**GITUR si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite: vbi  
Christus est in dextera Dei sedens. Quæ sursum sunt sapite, non quæ super  
terram.] Fuistis resurrectionis cum Christo participes. Is est autē omnium  
supremus in cœlestibus sedens cum Patre. Supernam ergo vitæ institutio-  
nem ac formam imitami. **M**ORTVI enim estis: & vita vestra est abscon-  
dita cum Christo in Deo. Cùm autem Christus apparuerit vita vestra, tunc  
& vos apparebitis cum ipso in gloria.] Præsenti vitæ mortui effecti estis.  
Cum Christo enim consepulti estis in baptismate, accepistis autem spem re-  
surrectionis. Hoc enim dicit, vita vestra abscofa est cum Christo Deo. Cùm  
enim ille resurrexerit, omnes resurreximus: sed nondum videmus rerum  
euentum. In ipso autem absconsum est nostræ resurrectionis mysterium.  
Quando ergo ille secundo apparuerit, tunc assequemur resurrectionem, &  
vita immortalifruemur. Admodum autem appositè dictum est de Christo  
illud, Manifestatus fuerit. Neque enim à vobis cernitur: & ab infidelibus  
omnino ignoratur. Hoc etiam in nobis posuit, Manifestabimini, inquit, in  
gloria. In spe enim habemus bonorum promissiones, tunc autem manifesta  
erunt ea quæ nunc ignorantur. Quoniam autem legis obseruationes eiecit,  
ne existimarent sibi datam esse liberam peccadi potestatem, de eo etiam ne-  
cessario sapienter ea quæ par est præcipit. **M**ORTIFICATE ergo membra

φανερῶς ἢ manifeste  
status fuerit.  
φανερῶς ἢ manifeste,  
manifestabi-  
mini.

libidinē, πᾶθος.  
ἢ ἐπιθυμίας, ἢ  
simulachrorum  
cultum.  
δοξασμῶ,

vestra quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, con-  
cupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus.] Ap-  
pellauit ea membra corporis, quoniam ea per id fiunt, & ideo distinctione  
vsus, & non dixit solum membra vestra, sed adiecit, Quæ sunt super ter-  
ram, hoc est, mentis inclinationem ad ea quæ sunt deteriora. Pro eo quod  
est, corpus amplius peccatum non exercent. Auaritiam autem vocauit cul-  
tum simulachrorum, quoniam seruator Mammonam Dominum appellauit,  
docens quod qui seruit vitio auaritiæ, tamquam Deū colit diuitias. **P**RO-

ἀπειθείας, ἢ nobe-  
dientiæ.

2. Cor. 6.

βλασφημίας, ma-  
ledictum, conui-  
tium.  
ἢ  
παλαιὸν ἄνθρωπον.  
Cùm exuistis ve-  
terem hominem

**P**TER quæ venit ira Dei super filios incredulitatis.] Supplicii quoque mi-  
nas adiecit necessario. **I**N quibus ambulastis aliquando, cum viueretis in  
illis.] Ita etiam dixit scribens ad Corinthios. Et hæc quidem eratis, sed  
abluti estis: sed sanctificati estis: sed iustificati estis, & quæ sequuntur. **N**UNC  
autem deponite & vos omnia.] Deinde ostendit quæ nam ea sint. **I**RAM  
indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro,  
nolite mentiri inuicem.] Cùm sic docuit quænam vocauerit membra  
corporis, ipsum quoque corpus ostendit, non ipsa membra. **E**XPOLI-  
**A**NTEs vos veterem hominem cum actibus suis.] Veterem hominem  
appellauit priorem vitæ institutionem. In quibus, inquit, & vos ambulastis  
aliquan



illas.] Mulieribus submissionem, viris charitatem constituit, vt se in eas tanquam in propria membra placidè & mansuetè se gerant præcipiens. **FILII** obedite parentibus per omnia, hoc enim beneplacitum est in Domino.] Hoc enim etiam legem ferens præcepit Dominus. **PATRES** nolite ad indignationem prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant.] Vos etiam conuenit filios nequaquam tristitia afficere, sed in eos id quod par est officium præstare. **SERVI** obedite per omnia dominis carnalibus.] Ostendit animam esse liberam: solum autem corpus seruire. **NON** ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis timentes Deum.] Cum ea qua par est benevolentia dominos obseruate, ab omni improbitate & malignitate liberi. Et interpretans illud, Non ad oculum seruientes, subiunxit. **QVODCVNQVE** facitis ex animo operamini.] Et volens eos promptiores & alacriores reddere, adiecit. **SICVT** Domino, & non hominibus.] Pro eo enim merces est vobis reposita. Idque declarant ea quæ consequuntur. **SCIENTES** quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis vestre, Domino Christo seruite.] Magna est consolatio, quòd qui seruiunt, sciunt se non hominibus seruire sed Domino. Et quoniam accidit iniustos esse dominos, necessario adiecit. **QVI** enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit, & non est personarum acceptio apud Deum.] Quocirca, inquit, etiam si à dominis non assequamini iustas retributiones: est iustus Iudex, qui non nouit differentiam serui & Domini, sed iustam fert sententiam.

ἵνα μὴ ἀδυναστεύωσιν, vt non sint igna uo & languente animo.

ἀ, πᾶν, & quodcunque, ἐν κυρίῳ, In Domino.

τὸ δὲ ἀπὸ κυρίου χριστοῦ δουλεύετε, Domino enim Christo seruitis.

ὁ δὲ ἀδικῶν, Qui autem iniuriam facit.

CAPVT IIII.

**DOMINI** quod iustum est & æquum seruis præstare, scientes quòd & vos Dominum habetis in cælo.] **ÆQUALITATEM**, non appellauit honoris æqualitatem, sed curam convenientem, quam oportet dominos gere re seruorù. **ORATIONI** instate, vigilantes in ea gratiarù actione.] Oportet. n. pro iis quæ data sunt prius gratias agere, & tunc supplicationem offerre. **ORANTES** simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi.] Ostendit solitam humilitatè. Nos etiã docet, ne nobis ipsis fidamus: sed à nobis inuicem auxilium petamus. **PROPTER** quod etiam vincetus sum: vt manifestè illud, ita vt oportet me loqui.] Ostendit causam suorum vinculorum. Hæc enim, inquit, faciunt prædicationem manifestiorem. Ita etiam dicit ad Philipenses. Vt vincula mea fierent manifesta etiam in prætorio, & reliquis omnibus. **IN** sapientia ambulate ad eos qui foris sunt.] Hoc est, eos qui nondum crediderunt nullam, inquit, damni occasionem eis date. Pro ipsorum salute omnia molimini. **TEMPVS** redimentes.] Non est vestrum præsens seculum, eo ergo vtimini vt oportet, & ipsum vestrum facite per bonas actiones id ementes. **SERMO** vester semper in gratia sale sit conditus.] Ornemini spiritali prudentia. Ita etiam Dominus Apostolis iussit habere sales: & ipsos vocauit salem. Docet etiam quomodo. **VT** sciatis quomodo oporteat vos vnique respondere.] Aliter enim infideli, aliter fideli: & aliter perfecto, & aliter imperfecto: & aliter infirmo, aliter sano ac valenti doctrina tradenda est. **QVAE** circa me sunt omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater, & fidelis minister, & conseruus in Domino: quem misi ad vos ad hoc ipsum, vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex vobis est, qui omnia quæ hic aguntur nota facient vobis.] Onesimus erat famulus Philemonis. Eum cum in carcere instituisset diuinus Apostolus, misi ad Dominum. Scribens enim ad eum dixit, se voluisse quidem eum retinere: sed

ἰσότητα, æqualitatem. ἐν οὐρανῷ, in cælis.

τὴν ἀρετὴν ἣν ἀκούετε, ἐν αὐτῇ ὡς ἀγαπᾶτε τὸν κύριον, In oratione perseuerantes: in ea vigilantes in gratiarum actione.

Philip. 1. In sapientia ambulate. Pro eo quod est. Sapienter vos gerite. Heb. κερπὶν, occasionem.

Matth. 9. Mar. 9. Luc. 14.

τὰ ἑγὼ ἐπέμει, ea quæ ad me spectant. ἵνα γινώσκῃτε τὰ περὶ ἑμοῦ, vt cognoscatis quo modo se habeat res mea.

κατηχίστας,

**A** sed præter illius sententiam hoc noluisse facere. Eum misit Philemon, vt est verisimile: sed diuinus Apostolus eum remisit cum Tychico, vt qui deinceps fuerit administer prædicationis. Hinc etiam potest eius cognosci sapientia. Eos enim de rebus quæ ad ipsum pertinebant certiores facere, fecit vtriusque commune. Omnia, inquit, vobis nota facient quæ hic aguntur. Consolari autem tribuit soli Tychico. Vt cognoscat, inquit, quæ de nobis sunt, & consoletur corda vestra. Quia enim sciebant seruum fuisse Onesimum, & verisimile erat esse agrè laturos aliquos, quòd qui nuper fuerat seruus, repente factus esset idoneus ad consolandam & docendam ecclesiam, dixit se solum Tychicum ad hoc misisse. De rebus autem suis eos certiores facere, vtrisque simul coniunxit, ea ratione & hunc honorans, & illis molestiam non afferens. **SALVAT VOS** Aristarchus concaptiuus meus. ] Erat Thessalonicensis, vt docet beatus Lucas, vnà autem cum eo profectus est in Iudæam. Illinc autem eum Romam secutus est. Concaptiuum autem vocauit, vt qui fuerit perperfectionum socius. **ET** Marcus consobrinus Barnabæ. De quo accepistis mandata. Si venerit ad vos, suscipite illum. ] Hoc quoque arguit eum scripsisse epistolam, postquam illos vidisset. Postquam enim sibi cum beato Barnaba de Marco fuisset contentio, Phrygiæ & Galatiæ doctrinam tradidit. Est ergo verisimile tunc de eis data fuisse mandata. Iubet ergo vt si accesserit, ei eum honorem habeant qui Doctori debetur. **ET** Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei: qui mihi fuerunt solatio. ] Maximum encomium, Apostolo id quod ei fuit gratum conciliaffe. **SALVAT VOS** Epaphras, qui ex vobis est, seruus Iesu Christi. ] Cuius eorum erat Epaphras, vt iam antè diximus. **SEMPER** sollicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei. ] Necessario ostendit eius in ipsos benevolentiam: vt eius doctrinæ mentem lubentius adhibeant. **TESTIMONIUM** enim illi perhibeo, quòd habet multum laborem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. ] Hæ ciuitates sunt sibi inuicem propinquæ, & sunt omnes Phrygiæ. **SALVAT VOS** Lucas medicus charissimus, & Demas. ] Hic etiam diuinum scripsit Euangelium, & historiam Actuum. Et hinc manifestum est quod omnium epistolarum vltima scripta est quæ est ad Timotheum secunda. Dicit enim de Dema. Demas me reliquit diligens hoc sæculum. **SALVATE** fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo est eius ecclesiam. ] Is, vt est verisimile, fuit ex fidelibus qui erant Laodiceæ, qui etiam domum suam fecit ecclesiam, eam pietate ac religione exornans. **ET** cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur, & ea quæ Laodicensium est, vt vobis legatur. ] Quidam existimarunt ipsum etiam scripsisse ad Laodicenses. Itaque fictam etiam epistolam proferunt. Diuinus autem Apostolus non dixit eam quæ est ad Laodicenses: sed eam quæ est ex Laodicea. Illi enim de aliquibus rebus ad eum scripserant. Verisimile est autem eos vel ea accusasse quæ fiebant Colossis, vel eodem morbo cum eis laborasse. Et ideo dixit hanc quoque epistolam eis esse legendam. **ET DICITE** Archippo. Vide ministerium quod accepisti in Domino, vt illud impleas. ] Nonnulli dicunt eum fuisse doctorem Laodiceæ. Sed epistola ad Philemonem docet eum habitasse Colossis: eum. n. coniungit cum Philemone. **SALVATIO** mea manu Pauli. ] Eam adiecit, docens se liberè & audacter iubere ne legem feruent. **MEMORES** estote vinculorum meorum. ] Pro eo quod est,

Act. 19.

2. Tim. 4.

ἐν λαοδικείᾳ, ἐκ  
Laodicea.

Domini nostri  
Iesu Christi, nō  
est in Græco  
Theod.

me imitemini, & quæ molesta euenierint forte fortiter. GRATIA Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.] Eorum quoque vinculorum nos semper meminisse oportet, & quæ ex memoria prouenit vtilitatem percipere: & orare vt non intremus in tentationem. Sin autem hoc acciderit; amare diuinam œconomiam, & suam animi magnitudinem ostendere, & diuinæ gratiæ auxilium inuocare. Ita enim fieri poterit vt & concertemus, & vincamus, & quæ à Christo promissa & renuntiata sunt assequamur. Cum quo Patri cum sanctissimo spiritu conuenit gloria & magnificentia, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Epistola ad Colassenses Romæ scripta est per  
Tychicum & Onesimum.

### ARGVMENTVM EPISTOLAE PRIMAE AD THESSALONICENSES.

**T**hessalonica in Macedonia quidem primas obtinet: salutarem autem prædicationem lubenter & alacriter suscepit. Diuinus autem Apostolus hic quoque iecit fundamenta pietatis, Iudæis quidem contradicentibus & aperte repugnantibus, sed frustra laborantibus, fluctus enim ac tempestates superabat Euangelium. Cum eorum insidias declinasset beatus Paulus, à Thessalonica uenit Berrhœam, à Berrhœa nauigauit Athenas. Cum autem eorum qui crediderant perpetuo curam gereret, beatissimum Timotheum Athenis misit Thessalonicam, ut eos fulciret & confirmaret, & omnibus aduersariorum machinationibus eos potentiores efficeret. Is reuersus laudauit quidem eorum fidem inexpugnabilem: dixit autem eos opus habere aliqua exhortationis doctrina de quibusdam questionibus quæ apud eos mouebantur. Scripsit ergo epistolam, primum quidem laudans eorum fidei firmitatem: deinde adhortans ut mortuorum resurrectionem expectarent: de Domini autem aduentu ne nimis curiose inquirerent. Porro autem eis quoque exhibuit moralis doctrinæ adhortationem. Accuratius autem & perfectius hæc docebit singulorum interpretatio.

### INTERPRETATIO EPISTOLAE PRIMAE AD THESSALONICENSES.

Nostro, non est  
in Græco.  
post pax, sequitur  
in Græco.  
ἀπὸ τοῦ πατρὸς,  
καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ  
καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.  
A Deo Patre & Domino  
nostro Iesu  
Christo.



τὸ ἔργον τὸ αἰσῶν.  
καὶ τὸ ἀγάπης.  
τὸ ἔργομαρτυρίας,  
ἔργου  
fidei, & laboris  
charitatis, &  
tolerantiæ.

**P**AULVS ET Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo, gratia vobis & pax.] Existimo Siluanum vocari Silam. Is enim & Philippis & Thessalonica & Berrhœæ cum eo erat versatus, eoque relicto cum beatissimo Timotheo, profectus erat Athenas. Eos, dum Athenis ageret, expectabat. Ii quoque vnà cum eo erant cum prædicaret Corinthiis. GRATIAS AGIMVS Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris.] Docemur primum gratias agere pro bonis quæ nobis obtigerunt: deinde ita petere ea quæ desunt. Inueniri enim potest diuinus Apostolus hæc semper facere. Porro autem docet etiam quibusnam de rebus laudat Deum vniuersorum. SINE INTERMISSIONE memores operis fidei vestræ & laboris & charitatis & sustinētiæ spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & Patrē nostrum.] Opus fidei firmitas & constantia in periculis. Non solū. n. in pace & tranquillitate pacē oportet

**A** oportet ostendere, sed ea etiam retinenda est in fluctu & tempestate. Ita etiam charitas non solum habet in fruendo voluptatem, sed etiam maximū laborem. Sunt enim ferenda fratris delicta, siue inuideat, siue irascatur, siue insoleat & efferatur, & ingrati animi vitio laboret. ea de causā coniunxit labori charitatem. Spei autem coniunxit tolerātiā. Spem autem nobis dedit Christus Dominus resurrectionis mortuorum, vitæ immortalis, regni cœlorum. Toleranter autem sustinere conuenit eum qui hanc pacem accepit, & forti ac generoso animo ferre molestias & difficultates quæ accidūt. Horum autem est inspector Deus vniuersorum. Hoc enim significat illud. Ante Deum & Patrem nostrum. **SCIENTES** fratres dilecti, à Deo electionem vestram: quòd Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed etiam in virtute, & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. ] Vos estis testes potentia Euangelii. Non solum enim orationem ad docendum aptam ad vos attulimus, sed eorum etiam quæ diximus veritatem per miracula ostēdimus. Vos etiam impertimus gratia cuius eramus participes. Hoc enim dixit, in spiritu sancto, vobis autem persuasit etiam periculorum magnitudo: quibus nō cessimus, vtpote quod diuina essent quæ à nobis afferebantur. Illud enim, quales fuerimus in vobis propter vos, significat pericula quæ pro eis adierunt, dum eis prædicationem salutarem afferrent. **ET VOS** imitatores nostri facti estis & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio spiritu sancti. ] Magnum quidem encomium Thessalonicensium, & quod imitati sint Apostolos: longè autem omnium maximū quòd ipsius etiam Domini sint perpeffiones imitati, & in periculis, nec mœrore conficiantur, nec animū abiiciant, sed spiritali voluptate impleantur. **ITA** vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & Achaia. ] Eorum laudem amplificauit, dicēs eos fuisse exemplaria pietatis, gentibus maximis & quæ propter sapientiam habentur in admiratione. **A VOBIS** enim diffamatus est sermo, non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra quæ est ad Deum, profecta est. ] Et quid, inquit, dico Macedoniam & Achaia: Vbique enim decantatur feruor vestræ fidei. Illud autem. **A vobis** resonuit sermo Domini, dixit, non quòd prædicatio illinc cœperit, sed quòd eorum ad res diuinas quæ vulgo iactabatur alacritas, multos ad pietatem magno studio sequendam commouerit. **ITA VT** non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi. n. de nobis annuntiant, ] qualem introitū habuerimus ad vos. ] Præuenit nos fama, & ab aliis audimus quæ volumus dicere, omnibus. n. euasit manifestus, nostræ doctrinæ qui in vobis fuit fructus. **ET QVOMODO** conuersi estis ad Deū à simulacris seruire Deo viuo & vero. ] Nos apertè docuit diuinus Apostolus, quomodo sit intelligendum illud. Vt cognoscant te solum verum Deum. Non enim cum filio comparans, sed cum iis qui Dii non sunt, eum qui est, viuum & verum appellauit. Et eum quidem nominauit viuentem, vtpote quòd illi non viuant. Verum autem, vtpote quòd illi Dii falso vocentur. **ET** expectare filium eius de cœlis, quem suscitauit ex mortuis, Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura. ] Nos, inquit, ab idolorū errore liberatos, & ad suum dominiū tractos, iussit expectare aduentū vnigeniti, qui nos intentatis supplicii minis efficiet superiores. Sciendum autē est nec diuinam vnigeniti naturā esse à mortuis excitatā. Est. n. impatibilis, neq. & alius filius Iesus ab vnigenito, sed idem quidē est, passus est autē vt homo, resurrexit vt homo. **CAP. II.**

**N**AM & ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quòd non inanis fuit: sed ante passi multa, & contumeliis affecti, sicut scitis in Phi-

*... in fluctu & tempestate. Ita etiam charitas non solum habet in fruendo voluptatem, sed etiam maximū laborem.*

*αληγορία, certitudine.*

*δυσία, afflictione.*

*εστ' ἡμετέρας ἱματίων, adeo vt fueritis exemplaria.*

*ἠχουσαν, resonuit*

*ἠχουσαν, egressa est, emanauit.*

*δουλεύειν, ad seruicium.*

*Ioan. 17.*

*ἀπελευθερώσειν, & ad expectandum. ῥυόμενος, qui liberat. ἤρχομαι, quæ venit.*



ἐπαρρησιασμένοι  
ἐσμὲν ἐν τῷ θεῷ ἡμῶν  
καλῶς, liberè se  
cimus in Deo  
nostro vt loque  
remur.  
ἀγῶνι, certami-  
ne, contentione

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

προεργασίας  
ἐπίου, prætectu  
auaritiæ.

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

ἡμεῖς, ἀποστόλοι  
καὶ ἐπίσκοποι

lippis, fiduciam habuimus in Deo nostro liberè loqui ad vos Euangelium A  
Dei in multa sollicitudine.] Sufficit vel perpeffionum testimonium ad ostē  
dendam veritatem prædicationis. Qui enim conantur decipere, ad pericula  
vsque personam sustinent, sed vbi ea viderint, seipsos aperiunt, & menda-  
cium arguunt. Ea de causa diuinus Apostolus vincula & verbera quæ susce-  
pit Philippis, & dicendi libertatem qua postea vsus est in memoriam reuo-  
cauit, docens se post ea quæ sibi molesta euenerant, fuisse maiori alacritate  
& promptitudine repletum, quoniam laborum præuidebat emolumentum.  
EXHORTATIO enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo.]  
Exhortationē appellauit doctrinam. Quæ, inquit, afferimus, non sunt similia  
Poëtarum fabulis, quæ plurimis quidem mendaciis, plurima autem lasciuia &  
impudicitia plenè sunt, sed neque doli auxilio adiuti, vos captamus in perniciem.  
SED sicut probati sumus à Deo, vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur,  
non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra.] Non ipsi à  
nobis electi doctores sumus constituti: sed à Deo creditum est nobis Euangelium.  
Quamobrem tanquam Deo teste omnia dicimus & facimus. Scimus enim nullum  
nostri animi motum eum latere. Illud autem, sicut probati sumus à Deo, pro  
eo quod est. Quoniam ei visum est & probauit vt nobis crederet. NEQVE enim  
aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione  
auaritiæ Deus testis est.] De adulatione quidem vocauit ipsos in testimo-  
nium. Verba enim Adulatorum aperta sunt iis qui audiunt: Auaritiæ au-  
tem, non ipsos vtique, sed eum qui est inspector vniuersorum. Sæpe enim  
latet homines eius quod sit scopus & institutum. Auaritiam autem vocauit,  
prædicare pro pecuniis parandis, aut re facienda. NEQVE quærentes ab  
hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, cum possemus vobis  
oneri esse vt Christi Apostoli.] Neque verò sumus gloriæ humanæ amantes.  
Id interiecit. quæ autem subiunguntur, referuntur ad id quod ante dictum  
est. Neque sub prætextu auaritiæ. hoc enim conuenit. Cum possemus vobis  
oneri esse, vt Christi Apostoli. Præceptum quidem, inquit, nobis fuerat  
vt de Euangelio viueremus, sed potestate vsi non sumus. Illud autem,  
oneri esse, dixit, referens ad eos qui non lubenter præbent. SED facti  
sumus paruuli in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos ita deside-  
rantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei,  
sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis.] Per similitudinem  
ostendit & mansuetudinem, & curam quam eorum gerebat. Assimilat enim  
seipsum matri quæ suorum filiorum curam gerit. Eandem enim vocat & nutricem  
& matrem. Quemadmodum, inquit, nutrix fouet suos filios, ei cõsimiliter nos  
quoque desideramus vestras animas tradere doctrinæ spiritali, adeo nobis  
fuiſtis desiderabiles. MEMORES enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis.]  
Docet enim quænam ea sit. NOCTE & die operantes, ne quem vestrum  
grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei.] Ostendit ingentem  
fuisse laborem, cum non solum dixerit laborem, & fatigationem: sed etiam  
diebus tempus nocturnum coniunxerit. vos testes estis & Deus, quàm  
sanctè & iustè & sine querela, vobis qui credidistis affuimus.]  
distinctio addita nobis ostendit quàm accuratus fuerit in scribenda  
epistola. Non enim dixit. A reprehensione alieni sumus omnibus, sed  
vobis credentibus. dei autem adiecit testimonium, quoniam ea sola quæ  
videntur sunt manifesta hominibus. Deo autem ea etiam quæ latent  
hominibus. SICVT scitis qualiter vnumquemque vestrum, sicut pater  
filios suos, deprecantes vos & consolantes testificati sumus vt ambu-  
laretis

**A** laretis dignè deo, qui vocauit vos in regnum suum & gloriam. ] Rursus aliam proposuit similitudinem & Patri seipsum comparauit, pluribus ostèdèns quam in eos habet beneuolentiam. Valde autem appositè tria posuit, deprecantes, consolantes, & testificantes. Non solum enim adhibenda est consolatio iis qui sunt animo tristi & anxio: sed sunt etiam terrendi socordes, admonendo eos malorum quorum minæ intentantur. Hæc autem, inquit, faciebam, vos adhortans vt vitam institueretis pro dignitate Dei qui vos vocauit, & cœlorum regnum est pollicitus. **I D E O** & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quòd cum accepissetis à nobis verbum auctus Dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed sicut est, verè verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. ] Quoniam testificatione metum incussit, laudibus consolatus est. Non est enim vt sermones, inquit, humanos, sed vt diuinos, eos qui à nobis traditi sunt, suscepistis. Tales autem eos esse docuit ipsa quoque rerum experientia. Ipsi enim propheticam quoque gratiam assecuti, & prophetabant, & linguis loquebantur, & admirabilia miracula faciebant. Nò hæc autem solum significauit id quod ab eo dictum est, sed etiam pericula quæ illis ab aduersariis creata sunt, Hoc. n. significant ea quæ consequuntur. **V O S** enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu, quia eadem passi estis à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & Dominum occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur. ] Deinde ostendit quomodo aduersantur. **P R O H I B E N T E S** nos gentibus loqui vt salui fiant, vt impleant peccata sua semper. Peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem. ] sufficit exemplum ad consolationem. Afferit enim sufficiens solatium, perpeffionis similitudo. Docet autem nos quod hic dicitur, quod in eorum facultates qui Thessalonicæ crediderunt, inuasert in fideles, eosque spoliarunt. Id ipsum etiam vsuuenit iis qui salutarem prædicationem in Iudæa acceperunt. Prædixit etiam futurum Iudæorum exitium. Peruenit enim ira Dei in illos vsque in finem. Reuocationem enim non amplius consequentur. Ita etiam, inquit, **D** beatus David. Vt quid Deus repulisti in finem? Illud autem: Omnibus hominibus aduersantur, ita est intelligendum. Orbi quidem, inquit, terrarum iussus sum afferre salutarem prædicationem. Hi autem nobis repugnant, sunt ergo hostes omnium hominum. **N O S** autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ aspectu, non corde, abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio. ] Assimilauit seipsum matri nutriendi & fouenti infantes, deinde Patri, qui suis filiis ex animo bene vult: nunc autem dicit se eos desiderare non secus ac pupillus qui deflet immaturam orbitatem, & parentes requirit. Se autem dicit eos desiderare licet paruo tempore fuerit ab eis separatus. Pulchra est autem adiectio. Facie, & non corde. Pro eo quod est, sum sensili priuatus aspectu: sed eo qui cadit in intelligentiam fruor assiduè. **Q V O N I A M** voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus semel & iterum: sed impediuit nos satanas. ] Nostram animi promptitudinem retardarunt mutuæ tentationes, eas autem solet mouere communis hostis. Qua de causa dixit eum prohibuisse, ne veniret ad eos. **Q V A E** est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ. Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium. ] Quoniam seipsum matri assimilauit quæ nutrit suos filios, eius quoque verba imitatur. Ex enim infantulos & spem & gaudium, & quæ sunt eiusmodi, appellare consueuerunt.

τοῖς πιστεύουσιν, qui creditis.

ἰδὲν συμμυλιτῶν, propriis contribulibus. ἡ τὸ ἰδὲν πορροῦται, & proprios Prophetas. ἰερατοῦ, peruenit autem.

Psal. 73.

ὁρροῦν διήτες ἀφ' ἐμῶν, orbati vobis. ἰαροῦ δὲ ἀπορροῦ, studuimus.

Ἄ, quapropter

ἡ γαυχίαι, gloria tionis. ἢ ἕξι ἡ ἐμῶν, an non & vos.

ἀὸν μὲν εἰς ἄνθρωπον  
καὶ ἀδελφὸν  
Qua de causa,  
cum nō sustine-  
remus amplius,  
visum est.  
καὶ ἀδελφὸν ἡμῶν,  
& adiutorē no-  
strum.

Matth. 10.  
Matth. 5.

ἐπεὶ δὲ ἐβόησε πρὸς  
ἡμᾶς ὁ ἁγίος πνεῦμα,  
καὶ ἡμεῖς, καὶ ἀδελφὸς  
καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν,  
cum  
autem nuper ve-  
nisset Timo-  
theus ad nos à  
vobis, & annun-  
tiasset.  
καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν, cō-  
solationem ac-  
cepimus.

καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν, ἀβῦ-  
δαντίσσιμῳ.

καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν.

καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν.

**P**ROPTER quod non sustinētes amplius, placuit nobis remanere A the-  
nis solis, & misimus Timotheū fratrem nostrū, & ministrū dei in Euā-  
gelio Christi, ad cōfirmandos vos & exhortandos pro fide vestra, vt nemo  
moueat in tribulationibus istis.] Quoniā prohibiti sumus ad vos venire,  
misimus Timotheū, qui est noster frater, diuinū autem ei creditū est Euan-  
geliū. Misimus autē ipsum, non vt aliam vobis afferret doctrinā, sed vt vos  
in priori confirmaret, & hortaretur ad forti animo ferendas aduersariorū  
invidias, & ne labefactaremini, nec à priore sententia dimoueremini. No-  
tandum est autem eum ministrum Dei illum vocasse, cui creditum est Chri-  
sti Euangelium, docens se non cognoscere Filium minorem Patre. **IPSI**  
enim scitis quòd in hoc positi sumus.] Nobis hęc Dominus prędixit ab ini-  
tio, nihil ergo noui patimur, sed ea quę ipse prędixit. **ECCĒ** mitto vos,  
tanquam oues, in medio luporum. & beati, qui persecutionem patiuntur  
propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum, & plurima his  
similia. **NAM** & cum apud vos essemus, prędicabamus vobis passuros nos  
tribulationes, sicut & factum est, & vos scitis.] Iis quę prędicta sunt ea  
quę nobis euenerunt tulere testimonium. **PROPTEREA** & ego amplius  
non sustinens misi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentauerit vos  
is qui tentat, & inanis fuerit labor vester.] Ea de causā cum maximam so-  
licitudinem amplius ferre nō possem, misisci desiderans, num ex tentatio-  
nibus aliquid damni vobis accesserit, & frustrati sumus labore quem pro  
vobis suscepimus. Postquam priorem curam sic ostendit, dicit etiam lætitiā  
quā cepit ex iis quę à beato Timotheo illi nunciata sunt. **NUNC** autem  
veniente Timotheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidem & charita-  
tem vestram, & quòd memoriam nostri habetis bonam semper, desideran-  
tes nos videre, sicut & nos quoque vos, ideo consolati sumus fratres in vo-  
bis in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram.] Tria  
quę sunt amore prosequenda & magnificienda posuit, fidem, & charita-  
tem, & doctoris memoriam. Significat autem fides quidem, pietatis & reli-  
gionis constantiam. Charitas verò, quę in actione consistit virtutem. **DO-**  
ctoris autem recordatio, & eius desiderium, fert testimonium de amore do-  
ctrinę. Hęc, inquit, effecerunt, vt bono animo essemus: & quę nobis affe-  
runtur afflictionum obliti simus: quas quidem propter fidem vestram su-  
stinuimus, pro eo quod est. Quoniam vobis prędicamus. **QUONIAM** nūc  
viuimus, si vos statis in Domino.] Vestram enim confirmationem vitā no-  
stram ducimus. **QUAM** enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere  
re pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum no-  
strum, nocte & die abundantius orantes, vt videamus faciem vestram, & cō-  
pleamus ea quę desunt fidei vestrę.] Vincit laudem quę à lingua decanta-  
tur lætitię magnitudo, non possumus enim laudem afferre, quę lætitię no-  
bis à vobis allatę respondeat. Deum diu noctuque oramus, vt dominus no-  
bis pręstet vt vos rursus videamus, & confirmemus, & quę vobis conuenit  
doctrinam afferamus. Hoc enim dicit. Et compleamus ea quę desunt fidei  
vestrę, id est, vt impleamus ea quę deficiunt. Hanc ipsam autem vtilitatem  
affert eis, etiam per literas. Incipit autem à prece. **IPSE** autem deus  
& pater noster & dominus Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos.]  
Pro eo quod est, impleat nostrum desiderium, & tollat difficultates quę in  
medio sitę sunt. Iam verò hęc docent æqualitatem Patris & Filii. Non.n.  
posuit prępositionem Per, sed cōiunctionem Et. docens Patrem & Filium  
eadem administrare, quemadmodum etiam eadem fabricantur. Quòd au-  
tem

**A**tem vna sit administratio, testantur etiam ea quæ subiunguntur. Dei enim & Patris relicta persona, meminit solius filii, & dicit. vos autem dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem & in omnes, quemadmodum & nos in vobis ad confirmanda corda vestra sine querela, in sanctitate ante Deum & Patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius. ] Rectam charitatis operationem, legis totius implementum appellauit diuinus Apostolus. Eos ergo orat vt & numero crescant, & charitate augeantur, hoc est, vt eam perfectam possideant, vt nihil ei desit: & non solum ea inter se inuicem vtantur, sed etiam in omnes fideles, qui sunt vbique terrarum. Ita enim, inquit, nos quoque qui procul absumus, de vobis affecti sumus, volentes confirmare corda vestra, vt vos & ab omni reprehensione liberi & nunc videamini ab vniuersorū Deo, & cum sanctis omnibus obuiam eamus domino.

περισσεύσει ὑμᾶς ἢ ἀγάπῃ, abundare vos faciat charitate. ἀμύπητος, à reprehensione remota.

## CAPVT IIII.

**D**E CAETERO ergo fratres, rogamus vos, & obsecramus in domino Iesu. ] Hoc scopo & instituto vtentes, afferimus vobis exhortationem. Illud autem. De cætero, pro eo quod est, reliquum est, vt vobis nostrā adhortationem afferamus. Quænam autem ea est. vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare & Deo placere, vt magis abundetis. ] Ostendimus vobis quænam vita vniuersorum deo grata sit, studium adhibete vt quæ sunt vobis decreta custodiatis. SCITIS enim quæ præcepta dederim vobis per dominum Iesum. ] Et superius dixit. In domino Iesu: & hic dicit. Per dominum Iesum, hoc agens vt per recordationem domini, fide dignam reddat adhortationem, Hæc autem sufficiūt ad conuincendam Arrii & Eunomii blasphemiam. Si enim præpositio, Per, significat administrum, est ergo administer Pauli dominus Iesus. Per dominum enim Iesum præcepta tradidit: & in domino Iesu adhibuit exhortationem. Sin autem ipsi quoque fugiunt hanc blasphemiam, & fatentur Paulum esse seruum: dominum autem esse dominum, clarum est ergo diuinum Apostolum absque discrimine esse vsum præpositionibus. Sed pergamus in iis exponendis quæ sequuntur. HÆC est enim voluntas Dei sanctificationis vestra. ] Deinde docet quam virtutem appellarit sanctificationem. vt abstineatis vos à fornicatione. ] Multæ sunt species libidinis & intemperantiæ. Quamobrem non dixit: A fornicatione, sed, ab omni fornicatione. vt sciatur vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione. ] Nonnulli interpretati sunt vas suum pro coniuge. Ego autem existimo eum sic vocasse suum vniuscuiusque corpus. Non fert. n. tantum legem iis qui matrimonio iuncti sunt. NON IN passione desiderii, sicut gentes quæ ignorant deum. Liberamini, inquit, ab errore agnoscite deum qui est, ne ergo imitemini eos qui degunt in tenebris inscitiae, nec seruite vitio cupiditatis. Deinde legem reddit apertiore. ET NE quis supergrediatur, neque circūueniat in negotio fratrem suum. ] Quod est hic, Circūueniat, Græcè est, *πλεονεκτεῖν*, id est per auaritiam in aliena inuadere. Auaritiam autem & plura habendi cupiditatem hic vocauit adulteriū. Quod enim ad se non pertinet attingit, qui alienum violat matrimonium, & quod ad alium pertinet cubili vim affert. Auxit autem criminationem, ostendens esse fratrem qui iniuria afficitur. Supplicium autem ostendit, aduersus iniquitatem terrorem in aciem producens. QVONIAM vindex est dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. ] Etenim iam docuimus iustum esse iudicē dominum vniuersorum, & de iis qui iniuste se gerunt sumere supplicium. Porro autem ostendit etiam iustū

ἑδωκα ὑμῖν, dedimus. κύριον ἡμῶν, Dominum nostrū.

πᾶσις πορνεία, ab omni fornicatione.

& honore, non est in Græco Theod.

τὴ μὴ ἐπιβάνῃ, & πλεονεκτεῖν ἐν τῷ ἀδελφῷ μου. in non transgrediendo & per plura habendi cupiditatem fraudando in re fratris sui.

esse vt pœnas luant. **NON ENIM** vocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctificationem. ] Diabolus, eorum qui non sunt dii decreta ac dogmata impleuit impudicitia, ac intemperantia, hortans homines vt ea via ingrederentur. Qui est autem verè deus, illam quidem nos iubet declinare, temperantiæ autem viam persequi. **ITA QVÆ** qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum qui etiam dedit spiritum sanctum suum in nobis. ] Ad ipsum itaque vniuersorum Dominum redit improbitas. Ipse enim dedit nobis gratiam sanctissimi Spiritus. Postquam de continentia & moderatione doctrinam sic perfecit, transit ad aliud genus exhortationis. **DE** charitate autem fraterna non habemus necesse scribere vobis. Ipsi enim vos à Deo didicistis, vt diligatis inuicem, et enim illud facitis in omnes fratres in Macedonia. ] Fraternali charitatem hic vocauit liberalem pecuniæ erogationem, de qua dicit eos non habere opus exhortatione, à diuina enim gratia eis concessum esse, vt in ea se recte gererent. **ROGAMVS** autem vos fratres vt abundetis magis, & detis operam vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcipimus vobis, & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. ] Nō est prædictis legibus contraria exhortatio. Etenim accidebat vt alii quidem liberaliter suppeditarent egentibus: alii verò propter eorum munificentiã, operari negligerent. Iure ergo & illos laudauit, & his dedit vtile cōsiliũ. Appositè autem appellauit operationem munificentiam seu liberalitatem. Qui enim poterant ali, licet non laborarent, propter eorum qui erant eiusdem fidei fraternali charitatem, nec tamen sine labore viuere in animum inducant, sed manibus sibi victum parantes, industriam ac diligentiam tanquam liberalitatem quandam ac munificentiam afferebant. Illud autem, vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, ipse exposuit, subiungens. Vt nullo opus habeatis. Dedecus est enim, inquit, in otio viuere, non quæ sunt necessaria ex labore quærere, sed vitam mendici eligere, & expectare aliorum munificentiam. Deinceps affert doctrinam de resurrectione, eos qui pro mortuis animi angebantur consolans. **NOLVMVS** autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut reliqui qui spem non habent. ] Non prohibet omnino dolorem, sed expellit immoderationem, eosque resurrectionis spe consolatur. Qui enim eam non habent, possunt suum immoderatum dolorem defendere. Ea de causa non dixit. De mortuis, sed de iis qui dormierunt, vel per ipsum nomen consolationem procurans. Deinde à Christi doctrina quam susceperant probat resurrectionem. **SI ENIM** credimus quòd Iesus Christus mortuus est, & resurrexit: ita & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. ] Si Christi resurrectionem assequamur. Carnis enim susceptæ mysterium propter nos est dispensatum. Valde autem sapienter dixit diuinus Apostolus Dominum quidem Iesum esse mortuum, propter eos qui negant carnis assumptionem. visione autem seu apparitione eum & visum & passum esse existimant: eos autè qui moriuntur appellauit dormientes, vel ipso nomine consolans eos qui affliguntur & animo cruciantur. Somnum enim consequitur excitatio. **HOC** enim vobis dicimus in verbo Domini. ] Non enim propriis vtimur cogitatis: sed à diuina reuelatione doctrinam accepimus. **Quenam** autem ea est? **QVÒD** nos qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. ] Adèd, inquit, citò & celeriter, & in momentò temporis, omnes qui mortui sunt resurgent, vt eos qui illo tēpore adhuc erunt superstites præueniant, & eant obuiam seruatori vniuersorum. Illud enim

ἰς πάντας ἀδελφούς ἃ τῆς ἐν μακεδονία, in omnes fratres, & eos qui sunt in Macedonia. φιλοτιμίᾳ, munifici sitis. ἃ πάντας ἕξτε, & nullo vobis sic opus.

περὶ τῶν κακοιμούντων, de iis qui dormierunt.

**A** enim. Nos qui viuimus, non posuit de sua ipsius persona, sed de iis qui erūt illo tempore superstites. Confirmatur autem id quod dictum est, cum mirum & supra fidem videatur, ex potentia eius qui operatur. **Q V O N I A M** ipse Dominus in iussu & in voce Archàngeli, & in tuba Dei descendet de cœlo.] Ipse enim primus vniuersorum Dominus apparebit de cœlo descendens, quæ sub aspectum non cadunt potestatibus eum præcedentibus, & iubebit quidem Archangelum clamare, & mortuos resurgere. Tuba autem magno & admirabili clangore vndique personabunt. Hoc autem dicit etiã in epistola ad Corinthios. Omnes quidem non dormiemus, sed omnes im-

1. Cor. 5.

**B** mutabimur, in momento, in ictu oculi, in vltima tuba. Tuba enim canet, & mortui surgent à corruptione alieni: & nos immutabimur. Si autē in monte Sina, cum editus esset sonus iis qui aderant commoderatus, non tulit populus ingentem terrorem, sed dixit magno Mofi. Loquere tu nobis, & nõ loquatur Deus nobiscum, vt non moriamur: quis feret vocem quæ tunc resonabit? Hoc autem, in iussu, in voce Archàngeli, hoc significat, quòd iussus aliquis ex Archàngelis iubebit mortuos resurgere: Illi autem statim resurgent, & cum tanta celeritate, vt eos qui sunt superstites præueniant.

Exo. 20.

Tale quid etiam dictum est in sanctis Euangelis in parabola virginum. Media autem nocte clamor factus est. Ecce venit sponsus, egredimini in occursum eius. **ET MORTVI** qui in Christo sunt, resurgent primi.] Mortuos fideles dicit, non eos solummodo qui crediderunt Euãgelio, sed eos etiam qui ante legem & in lege claruerunt. Hoc enim dicit etiam in epistola ad

Matth. 25.

**C** Hebræos. In omnes testimonio fidei comprobati, non tulerunt promissionem, cum Deus aliquid melius de nobis præuidisset, vt non absque nobis perficerentur. Omnes ergo qui sunt pietate & vera religione illustrati, consequentur primi resurrectionem. Hoc enim docuit etiam in epistola ad Corinthios. Primitiæ enim est Christus: deinde ii qui sunt Christi in eius ad-

Heb. 11.

1. Cor. 15.

uentu: deinde finis. **DEINDE** nos qui viuimus, qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino, in aëra, & sic semper cum Domino erimus.] Ostendit magnitudinem honoris. Quemadmodū enim ipse Dominus in nube lucida assumptus est: ita etiam qui in ipsum crediderunt, & qui ex mortuis resurgunt, & qui adhuc supersunt, vecti nubibus

**D** ibunt obuiam Iudici vniuersorum, & cum ipso peragent per infinita sæcula. Hoc etiam nos docuit Dominus in sacris Euangelis. Duo inueniuntur in lecto, vnus adsumitur, & vnus relinquitur. Dux in mola, vna adsumitur. Duo in agro, vnus adsumitur, & vnus dimittitur. Et per lectum quidem, opes significauit: per mola verò, seruitutem, & vitam mercenariã: per agrum autem, vitam rusticam, & docuit vnamquamque vitam habere eos qui seruantur, & eos qui puniuntur. Ita etiam cum Rex in aliquam ciuitatem ingreditur, Magistratus quidē & qui sunt in maxima auctoritate procul obuiam procedunt: Qui sunt autem criminibus obnoxii, intus expectant aduentum Iudicis. **ITAQUE** consolamini inuicem in verbis istis.]

Matth. 24.

Luc. 17.

**E** Cum hæc itaque sciatis, ferte forti animo molestias & difficultates quæ in hoc sæculo eueniunt.

CAP. V.

**D**E TEMPORIBVS autem & momentis fratres, non indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte ita veniet.] Hæc eis scribit, vt qui iam prædocti fuissent. Repentinū autem Domini aduentum furi comparauit. Is enim conatur latere, sed qui custodit domum, sentit furis aduentum: qui autem negligit & dormit, ei domus diripitur. Ita qui est sobrius, nouit signa aduentus Domini. **CVM** enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet inte-

1. Thim. 5.

ritus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient.] Exemplum admodum appositum. Quæ est enim grauida, scit se habere foetum in utero, nescit autem tempus pariendi: Ita nos etiam esse quidem venturum vniuersorum Dominum scimus: ipsum autem tempus nequaquam didicimus. Qua de causa illa dies semper est expectanda. Sic etiam dixit Dominus in diuinis Euangeliis. Sicut in diebus Noë comedebant, bibebant, vxores ducebant, & nuptum dabant, donec venit diluuium, & perdidit omnes: ita erit aduentus filii hominis. Per omnia autem significauit quàm esset futurus repentinus. **VOS** autem fratres, non estis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur cõprehendat, omnes enim vos filii lucis estis, & filii diei. Non sumus noctis, neque tenebrarum.] Perstitit in figura parabolica, & tenebras quidem vocat ignorationem: diem autem cognitionem. Dicit ergo. Vos qui Dei cognitionis radium suscepistis, fugite studium tenebrarum, ne in vos repente inferatur sententia supplicii. Et permanens in exhortatione, subiunxit. **IGITUR** non dormiamus, sicut & cæteri.] Hoc est, sicut ii qui impietati seruiunt. **SED** vigilemus, & sobrii simus.] Deinde ex iis quæ fiunt in vita vtilitatẽ comparat. **QUI** n. dormiunt, noctu dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii simus.] Hoc etiam dixit alibi. Nox præcessit: dies autem appropinquauit, abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Eadem etiam hic arma profert. **INDUTI** lorica fidei & charitatis, & galeam, spem salutis.] Nos, inquit pro thorace muniat fides in Deum, & charitas in proximum. Sit autem nobis infracta galea, spes salutis, quæ est nobis promissa. **QUONIAM** non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis, per Dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis.] Non. n. nos ideo vocauit vt infligat supplicium, sed vt salute dignetur, & vt familiares ac domesticos efficiat, adiutore ac cooperatore vsus Christo Domino, qui pro nobis mortem subiit. **VT** siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus.] Vt & qui sunt mortui, & qui adhuc sumus superstites, eius simus vitæ participes. **Vigilantes** n. appellauit eos qui erunt illo tempore superstites: **Dormientes** autem eos qui excefferint. **PROPTER** quod consolamini inuicem: & ædificate alterutrum, sicut & facitis.] Consolemini ergo, & in hac fide confirmate: Postquam hæc part. m orationis perfecit, eis de Doctõribus affert exhortationem. **ROGAMVS** autem vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præfunt vobis in Domino, & monent vos: vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, pacem habete cum eis.] Aequum est vt Doctores omnem apud vos honorem consequantur, & quod par est præmium eis à vobis detur: nec iis quæ ab eis dicuntur contradicatis. Hoc. n. dicit illud. Pacem cum eis habete. Hoc verò. Qui vobis præfunt in Domino, pro eo quod est, Qui orat pro vobis, & Deo pro vobis intercessionem offerunt. Illud vero, Plurimi eos facite, pro eo quod est, Habete in maximo honore, qui cum vera & sincera affectione eis exhibeatur. **ROGAMVS** autem vos fratres, corripite inquietos.] Eos qui viuunt in otio ita vocauit, vt qui ordinem statutum non seruarent, eos non odio habere, sed admonere & corripere præcepit. **CONSOLAMINI** pusillanimes.] Appellauit pusillanimes eos qui pro mortuis capiunt immoderatum dolorem, similiter eos etiam qui non fortiter ferunt insultus aduersariorum. **SUSCIPITE** infirmos.] Fulcite ac stabilite eos qui non habent firmam fidem. **PATIENTES** estote ad omnes.] Tam eos qui sunt familiares ac domestici, quàm eos qui sunt alieni. Hoc enim subiunxit. **VIDETE** ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in inuicem, & in omnes.]

Luc. 17.

ὁδὸν ὁσώμεθα, Induamur. θώρακα, thoracem.

ἀλλήλοδομητε ἑἴς ἑνα, ædificate singuli singulos.

ἡ ἀγάπη, admonent. ἡ ἡγεσία αὐτῶν, ὡς ἡγεσία αὐτῶν, & eos plurimi facite.

ἀτάκτους, inordinatos.

μικροθυμῆτε, ἰσθμιαί, seu lenes estote.

ἡ ἑἴς ἀλλήλους, & in vos inuicem.

Hoc

**A** Hoc ipsum scripsit etiam in epistola ad Romanos. Ne vincere à malo, sed Rom. 12.  
 vince in malo bonum. SEMPER gaudete. ] Et in paupertate, & in infirmitate, & dum estis in vinculis, & dum iniuriis & tormentis afficimini. SINE intermissione orate. ] Nec hoc quidem est ex iis quæ fieri non possunt, facile est enim etiam comedenti Deum laudare, & ei qui iter ingreditur diuinum auxilium postulare. IN omnibus gratias agite. ] Non solum in secundis, sed etiam in rebus aduersis. Nouit enim quod est vtile liberalis ac munificus Deus. HÆC enim est voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. ] Erat eis facile sedare tempestatem, sed vult per fluctus maximos nostram procurare salutem. SPIRITVM nolite extinguere. ] Et quidnam est quod hoc facit? PROPHECIAS nolite spernere. ] Nonnulli dicunt Diabolum etiam tempore Apostolorum excitasse Pseudopphetas contra Prophetas: & quòd propter falsas Prophetias eos etiam qui vera prædicebant prophetare vetabant. Eis ergo præcipit ne gratiam propheticam prohibeant, vtpote quòd qui hæc faciunt, propemodum extinguant splendorem qui ex ea procedit. Hoc ostendunt etiam ea quæ consequuntur. OMNIA autem probate: quod bonum est tenete. ] Vobis facile est discernere quænam sunt quidem diuini spiritus: quænam verò contrarii. Iis ergo quæ sunt fallaciæ, secretis, quæ sunt veritatis tenete. Deinde generaliter dehortatur. AB omni specie mala abstinete vos. ] Simul comprehendit ea quæ ad dogmata, & quæ ad mores pertinent. IPSE autem Deus pacis sanctificet vos per omnia. ] Hoc est, perfectè. VT integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi conseruetur. ] Spiritum appellauit gratiam. Orauit autem vt ea conseruaretur vsque ad aduentum Domini. Consequitur autem eius conseruatio puritatè animæ & corporis. FIDELIS est qui vocauit vos, qui etiam faciet. ] Fidelis, pro eo quod est, verus. Qui nos enim ad salutem vocauit, bonum nostrum institutum adiuuabit. Rursus deinde suam ostendit modestiam. FRATRES orate pro nobis. ] Hoc autem posuit, non solum vt orationis assequeretur auxilium: sed vt eos etiam se modestè gerere doceret. SALVATE fratres omnes in osculo sancto. διεταλῆς, totos αἰνίματες, absque reprehensione.

**D** Adiuo vos per Dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. ] Adiecit iurandum, quæ ex lectione oritur omnibus salutem procurans, erat enim verisimile eos qui primi epistolam accepissent, eam non omnibus fuisse daturus. GRATIA domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen. ] Eam nos quoque consequamur, consequemur autem, si voluerimus. Est enim omnium nostrum Apostolus & Doctor, qui hanc tradidit benedictionem. Si ergo latas leges seruemus, & legislatoris etiam benedictionem metemus. In Christo Iesu Domino nostro. Cum quo Patrem cum sanctissimo spiritu decet & gloria & magnificentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen. διεταλῆς ὑμᾶς, qui vocat vos.

Prima ad Thessalonicenses scripta est Athenis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SECVNDAE AD THESSALONICENSIS.

**C**VM rescuisset diuinus Apostolus utilitatem quam ceperant Thessalonicenses ex prioribus literis, & quòd grauiter pro fide oppugnati, forti & generoso animo serrent aduersariorum impetus, ad eos quoque scripsit secundam epistolam, ad virtutem & animi magnitudinem excitans, & spe futurorum consolans. Quoniam autem



nonnulli etiam tentauerant eis persuadere instare tempus consummationis, di centes hac dixisse Apostolum; de iis quoque scribit, docens ea quæ conuenit, quòd oportet prius uisum esse inimicum ueritatis, dicens Antichristum: Deinde apparere Christum Deum & seruatorem nostrum. Suasit etiam ea quæ sunt conducibilia iis qui in otio uitam agere uolebant. Vniuscuiusque autem horum intelligentiam assequemur ex uerborum contextus interpretatione.

## INTERPRETATIO EPISTOLAE

SECUNDÆ AD THESSALONICENSES.



**D**AVLVS ET Siluanus & Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo, gratia uobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo. ] Eisdem rursus accepit literarum socios, ut qui fuissent adiutores prædicationis. Illud autem, In Deo Patre, simile est ei quod à nobis scribitur in epistolis. Solemus enim scribere. Talis tali in Domino salutem. Etiam autem hic Patris & filii nos docuit potentiæ æqualitatem. Cùm enim dixisset, In Deo Patre nostro, subiunxit, ET in Domino Iesu Christo, & rursus cum dixisset, A Deo Patre nostro, adiecit, Et Domino Iesu Christo nempe quòd eadem bona nobis & à Patre & à filio suppeditentur. GRATIAS agere debemus semper Deo pro uobis, fratres, quòd supercrescit fides uestra, & abundat charitas uniuscuiusque uestrum in inuicem. ] Gratiarum actione rursus laudem effingit, & admiratur quidem fidem ipsorum in Deum: admiratur autem charitatem in proximum. Per utrumque autem testatur perfectissimam eis inesse uirtutem. Dominus enim in his duobus præceptis dixit totam legem & Prophetas impleri. ITA ut & nos ipsi in uobis gloriamur in ecclesiis Dei pro patientia uestra & fide in omnibus persecutionibus uestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicii Dei ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimur. ] Et earum quæ in uos inuadunt molestiarum ac calamitatum magnitudinem scientes, & uestram fortitudinem ac constantiam per quam eas propulsatis, de uobis gloriantes nobisque ipsis placentes, & uestram uirtutem animique magnitudinem admiramur in alijs ecclesijs. Scimus autem uos & aperte scire periculorum præmia, & expectare regnum cælorum, ut qui non ignoretis iustam Agonothetæ sententiam. Hoc enim dixit. Argumentum seu iudicium iusti iudicii Dei. Facit autem hoc apertius per ea quæ sequuntur. SI tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui uos tribulant: & uobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelatione Domini Iesu de cælo cum Angelis uirtutis eius in flamma ignis, dantis uindictam iis qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi. ] Illud siquidem, non posuit in dubitatione, sed in asseueratione. Et enim nos solemus dicere affirmantes. Siquidem hoc uerum, sicut quidem uerum est. Dicit ergo esse iustum, & iustitiæ legislatori conueniens, ut nos remuneretur pro perpeffionibus fidei, & de aduersariorum impietate pœnas sumat. Hoc autem erit in tempore consummationis. Tunc enim Deus quidem de cælo aduenit: præcedunt autem populi Angelorum: & tradentur igni inextinguibili qui fuerint impietatis tenebris circumdati. Hæc autem scripsit diuinus Apostolus, eos qui grauiora & difficilia sustinent, spe futurorum consolans. Propterea ergo & timore plenum ostendit iudicium, primum quidem de cælo ostendens aduenientem iudicem: Deinde eorum qui

ἰς ἀλλήλους, in uos inuicem.

ὑπομονῆς, tolerantia.  
θλίψεις, afflictionibus.  
ἐνδοξία, argumentum seu iudicium.

ἴπερ, siquidem.  
θλιβόμενοι, ἐν πυρὶ φλογὸς, in igne flammæ.

**A** qui illi ministrant potestatem. Hi enim sunt Angeli: Deinde genus supplicii, flammæ enim ignis traduntur. Quod si ii qui Euangelio non credunt hæc patientur, clarum est eos grauiora passuros, qui aduersus eos qui crediderunt bellum gerunt. **QVI** pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. ] Ostendit exactius supplicii magnitudinem, quando ipsum appellauit æternum. Ostendit etiam claritatem & gloriam eorum qui crediderunt, cum dixit ipsum Deum esse in iis glorificandum & habendum in admiratione. Quoniam enim in vita præsentis alii quidem versantur in laboribus & afflictionibus: aliqui verò qui improbam & sceleratam vitam agunt, omnibus bonis affluunt: & in die quidem iudicii renuntiabuntur quidem iusti, & coronis donabuntur, qui autem flagitiosè vixerunt, punientur, iure dixit, Cum venerit vt glorificetur in sanctis suis, & sit admirabilis in iis qui nō crediderunt. Iustam enim iudicis sententiam tunc omnes mirabuntur. **QVIA** creditum est testimonium nostrum in die illa super vos. ] Illud in die illa, reddendum est illi quod est superius. In admiratione enim habebitur inter omnes qui non crediderunt in die illa. Testimonium autem appellauit prædicationem. Hoc autem ipsos etiam dicit credidisse. **IN** quo etiam oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomē Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam Dei nostri & Domini Iesu Christi. ]

**C** Eade causa precamur vniuersorum Deum, vt vos digni habiti vocatione, impleamini omnibus bonis: vt & vos etiam fructus fidei producat. Fidei autem opus hic appellauit, tolerantiam in perpulsionibus. Ita enim, inquit, ipse etiam in vobis glorificabitur, & vos cum eo eritis futuræ gloriæ participes. Cum sic futurorum spe eos esset consolatus, conuertit se ad dicendum de consummatione.

ὁλεθροῦ αἰώνιον, interitum æternum.

ὅταν ἔλθῃ ἐδόξα- σθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ ὡς θεοῦ μετὰ τὴν ἡμέραν, quando venerit vt glorificetur in sanctis suis, & sit admirabilis.

Super vos, non habet Theod.

ἐδοξασθῆναι, glorificetur.

*Expositio ualde bona de Antichristo.*

CAPVT II.

**R**OGAMVS autem vos fratres per aduentū Domini nostri Iesu Christi, & nostræ cōgregationis in ipsum, vt non citò moueamini à vestro sensu, neq. terreamini neq. per spiritum, neq. per sermonē, neq. per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. ] Illud Rogamus, semper ponit pro eo quod est, hortamur. Hoc vero, Nostræ congregationis in ipsum, significauit apertius in priori epistola. Dixit. n. fore vt rapiamur in aërem in nubibus cœli in occursum Domini: & ita semper cum Domino erimus. Hoc autem dixit etiam Dominus in sacris Euangeliis. Et mittet Angelos suos, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum vsque ad terminos eorum. Præcipit ergo diuinus Apostolus non credere iis qui dicunt instare tempus consummationis, & Dominum statim esse appariturum: nec si præ se ferant se vaticinari & prophetare. Hoc enim dicit, **Neque per spiritum: nec si confectam, tanquam ab ipso scriptam, epistolam proferant: nec si sine scriptis eum dixisse asserant.** Deinde hoc ipsum rursus breuiter. **NE** quis vos seducat vllo modo. ] Omnia deceptionis genera simul expulit. Docet autem ipsos, & per ipsos nos omnes, vel maximum Domini aduentus signum. **QVONIAM** nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. ] Defectionem ipsum vocauit Antichristum, à re ipsa ei nomine imposito, conatur enim à veritate abducere, &

Mar. 13.

ἡ ἀποστασία, defectio.

ὁ ἀντὶ τοῦ θεοῦ ὑψωθήσεται, aduersus omnem qui dicitur Deus.

ὁ καθίσταται ἐν τῷ ναοῦ, cultū, religionem.

ὁ ὡς θεός, quod est Deus.

μεγιστον, pri-  
mum in seden-  
do locum.

Dan. II.

μνημονεύετε, νό-  
μην μνημόνηται.

Επιτομή

Εως δε μέσος γίνωται  
Donc de me-  
dio tollatur.  
ἀναλάσσει, consu-  
met.  
καταργησεί, abole-  
bit, cessare fa-  
ciet.

Esa. II.

Επιτομή

efficere vt deficiant. Ipsum autem hominem peccati appellauit, quando <sup>A</sup> quidem natura homo est, qui omnem operationem Diaboli in se suscipit. Filium autem perditionis, vt & qui ipse pereat, & aliis interitum procuret. Imitatur enim capitalis hominum hostis Dei & Seruatoris nostri humanæ naturæ susceptionem, & sicut ipse humana suscepta natura, nostram procurauit salutem: ita ille cum elegit hominem qui possit eius omnem suscipere operationem, per eum omnes homines decipere conabitur, se ipsum Christum & Deum nominans, & Deos qui vocantur falsos esse arguens, quorum ipse falsitatem temporibus præteritis confirmabat. Dei autem templum appellauit ecclesias in quibus primam sedem arripiet, se ipsum Deum conans ostendere. Hæc diuinus etiam prædixit Daniel. Dixit enim. Super Deos Pa- <sup>B</sup> trum suorum non intelliget, & Deum Maozim in loco suo glorificabit. Pro eo quod est, Deum fortem se ipsum nominabit. Deinde docens se non nouam eis afferre doctrinam, subiunxit. **NVM** retinetis, quod cum adhuc essem apud vos hæc dicebam vobis. ] Dicit autem etiam quana m de causa differt, & non statim apparet. **ET** nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore. ] Quidam id quod detinet, intellexerunt imperium Romanum: quidam autem gratiam spiritus. Detinente enim, inquit, gratia spiritus, ille non accedit. Sed fieri non potest vt omnino cesset gratia spiritus. Quomodo enim fieri potest vt illius machinationes superent qui sunt spiritali gratia priuati? Sed nec imperium Romanum aliud excipiet imperium. Per quartam enim beluam diuinissimus etiam Daniel Romanum significauit imperium. In eo autem paruum cornu productum est quod gerebat bellum cum sanctis. Hic autem ipse est de quo diuinus Apostolus dixit quæ prædicta sunt. Neutrum eorum puto dixisse diuinum Apostolum, sed existimo verum esse quod ab aliis dictum est. Statuit enim vniuersorum Deus vt appareret in ipso tempore consummationis. Dei ergo decretum nunc prohibet quo minus appareat. Existimo autem etiam aliam habere intelligentiam id quod dicitur. Cùm enim didicisset diuinus Apostolus dixisse Dominum, oportere Euangelium prædicari in omnibus gentibus, & tunc finem futurum: videret autem adhuc vigere cultum idolorum; dixit <sup>D</sup> sequens doctrinam Domini, fore vt prius euertatur superstitio, & impius Dæmonum cultus, & vbique fulgeat diuina prædicatio, & tunc appareat veritatis aduersarius. **NAM** mysterium iam operatur iniquitatis. ] Nonnulli dixerunt Neronem esse vocatum iniquitatis mysterium, vt qui fuerit impietatis artifex. Ego autem existimo Apostolum significare hæreses quæ exortæ sunt. Per illas enim multis à veritate abductis, præparat Diabolus exitium deceptionis. Eos autem appellauit mysterium iniquitatis, vt qui haberent cælatum iniquitatis laqueum. Ipse enim apertè à Deo abducit homines. Quamobrem etiam reuelationem eius aduentum vocauit Apostolus. Quod enim clanculum semper confirmabat, id palam & apertè prædicabit. <sup>B</sup> **TANTVM** vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. ] Oportet autem cessare errorem superstitionis, & impii cultus idolorum, & prædicari Euangelium. **ET** tunc reuelabitur ille impius, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. ] Ostendit quo ad licuit aduentus Domini magnitudinem. Cùm enim, inquit, è cælo apparuerit, loquetur tantum, & scelerato isti omnino afferet interitum. Hoc enim diuinus etiam prædixit Esaias. Cùm enim dixisset. Egredietur virga de radice Iesse, & de eo aliquantisper differuisset, subiunxit. Et spiritu per labia de medio tollet impium. Docet autem diuinus Apostolus, à quo nam actus, hæc omnia sit factururus. **EV M** cuius est aduentus secundum operationem

**A** rationem Satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt. ] Non enim dominatum in omnes exercebit, sed in eos qui digni sunt perditione: qui, licet ipse non venisset, seiplos salute priuauerunt. Hoc etiam dicit in iis quæ consequuntur. Porro autem docet etiam ea quæ futura sunt, non fore vera miracula. Talia autem faciunt, & præstigiatores qui ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν hoc est à calculis ἰσοποικίται dicuntur. Ostendunt enim aurum quod verè aurum non est, & quædam alia, quæ paulo post arguuntur. **E**o quòd charitatem veritatis nō receperunt, vt salui fierent: Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. ] Charitatem veritatis appellauit Dominum, vt qui nos verè & sincerè dilexerit: Idipsum autem dixit Dominus Iudeis. Ego veni in nomine Patris mei, & non recipitis me. Venit alius in proprio nomine, & illum recipietis. Nullus ergo veniæ prætextus relinquetur Iudæis. Cùm enim Domino credere noluerint, tanquam qui esset Deo contrarius, ei credent. Atqui ipse quidem non se apertè Deum vocabat: sed se à Patre missum esse, & præceptum accepisse, & quæ grata erant Deo & Patri, se facere dicebat. Iste autem contra se Deum vniuersorum vocabit, sed tamen Iudæi eum expectant, & ei cum aduenerit credent. Illud autem, Mittet illis Deus operationem erroris, posuit pro eo quod est, concedet vt error appareat, vt ostendantur amatores improbitatis. Ipse enim non eam mittet, sed ipse eam sermone oris sui consumet. **N**os autem debemus gratias Deo agere semper pro vobis, fratres dilecti à Deo, quòd elegerit vos Deus primitias ad salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis. Ad quod & vocauit vos per Euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi. ] Hæc ergo erunt quidem conuenienti tempore, nos autem laudemus suppeditatorem bonorum, quod salute vos dignatus fuerit, & spiritu sancto impertierit. Quo fit vt ipse propter vos ab omnibus laudetur. **I**TA QVÆ fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. ] Habetis doctrinæ regulam, sermones quos vobis tradidimus, quos & præsentibus vobis prædicauimus, & absentibus scripsimus. Deinde rursus doctrinam confirmat precatione. **I**PSE autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus & Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia: exhortetur corda vestra, & confirmet vos in omni opere & sermone bono. ] Qui eos qui odio habebant dilexit, & eos qui inimici erant vocauit, & futurorum bonorum spem dedit, vos in fide confirmet, vt & bonis sermonibus & factis similibus fulgeatis. Porro autem hæc etiam conuincunt impietatem Arrii & Eunomii, & apertè docent, nominum ordinem non significare dignitatum differentiam. Filium enim hic patri præposuit, non Patre esse maiorem docens filium, sed ordinis mutatione esse honoris æqualitatem ostendens.

CAP.

III.

**D**E CAËTERO fratres orate pro nobis, vt sermo Domini currat & glorificetur, sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. ] Videtur quidem esse duplex petitio: sed tamen vna est. Superatis enim improbis hominibus, absque vllò etiam impedimento currit sermo prædicationis. **N**ON enim omnium est fides. ] Hoc etiam dicit alibi. Persuasio non ex vocante. Est enim Dei proprium, vocare: nostrum autem, parere. Ita etiam dixit Dominus in sacris Euangeliiis. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. &: Si quis vult post me venire, abneget seipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Non enim ex necessitate vim affert, sed

ἰσοποικίται, qui ludunt calculis.

μὴ πιστεύετε, qui non credunt. Ioan. 5.

ἐὰν καρπὸς, à Domino primitias. ἀπ' ἀρχῆς, ab initio.

ἐπιμαρτυροῦν, consoletur.

Ioan. 7. Luc. 9.

voluntarium animum desiderat. FIDELIS autem Dominus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo. ] Quam petiit precationem reddidit. CONFIDIMVS autem de vobis fratres in Domino quòd quæcunque præcipimus & facitis & facietis. ] Hoc etiam posuit ad eorum exhortationem, vt cum intellexerint quam de eis eo habet opinionem, eam factis confirment. DOMINVS autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. ] Vtroque nobis opus est, & bono proposito, & superno auxilio. Orauit etiam Propheta vt hæc assequeretur. Dirige gressus meos in viis tuis, vt non labefactentur gressus mei. Diuinus autem Apostolus nobis charitatem ostendit. Posuit enim Dominum, & Deum, & Christum. Clarum est autem eum Dominum vocasse Spiritum sanctum. Ita etiam scripsit ad Corinthios. Dominus autem spiritus est. Deinceps verba facit de iis qui Apostolica decreta transgrediuntur. DENVTIAMVS autem vobis fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi. ] Orationem effecit fide dignam recordatione Domini. ipse est enim, inquit, qui hæc per nos decernit. Et cuiusmodi est præceptum? VT subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & nõ secundum traditionem quam acceperunt à nobis. ] Se subtrahere autem posuit pro se separare. Traditionem autem dicit, non quæ per verba, sed quæ per opera facta est. Porro autem docet etiam quænam ea sit. IPSI enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos. ] Cuiusmodi autem est ea inordinatio NEQVE gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus. ] Planè scitis, quòd dum vobis diuinum traderemus Euangelium, nihil à quoquam accepimus: sed noctu & diu assidue laborauimus, vt hinc nobis necessarium alimentum suppeteret. Deinde docens hæc esse supra legem diuinam, subiunxit. NON quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis, ad imitandum nos. ] Ita etiam scripsit ad Corinthios. An non habemus potestatem comedendi & bibendi, & quòd Dominus statuit iis qui Euangelium annunciant, vt de Euangelio viuant. NAM & cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, Quòd si quis non vult operari, nec manducet. ] Nihil noui ad vos scribimus, sed quæ vos ab initio docuimus. Hoc autem, Non manducet, non dixit, respiciens eos qui præbent, sed eos qui viuunt in otio. Iis autem qui suppeditant paulo post suadet, ne respiciant ad illorum improbitatem, sed sua vtantur liberalitate. AVDITIMVS enim inter vos quosdam ambulantes inquiete, nihil operantes, sed curiosè agentes. ] Otiosorum enim propria sunt nugæ, futilis que loquacitas, & inutilis curiositas. IIS autem qui sunt eiusmodi, denuntiamus & obsecramus in Domino Iesu, vt cum silentio operantes panem suum manducet. ] Postquam eis sic legem tulit, vt laborent & quiescant, suadet aliis vt fraterna charitate vtantur. VOS autem fratres, nolite deficere benefacientes. ] Ne vincat vestram munificentiam illorum improbitas. QVOD si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo, vt confundetur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. ] Eos quibus sunt ecclesiarum credita gubernacula, hanc regulam oportet attendere. Corporalem enim eorum qui peccant subuentionem non prohibuit diuinus Apostolus: eos autem spiritali libertate priuauit. Sed vult vtriusque ab eis curâ geri. Ne, inquit, tanquam inimicum existimate, sed admonete vt fratrem. Ii enim laborantium membrorum locum obtinent. Iis enim qui sunt eiusmodi solemus conuenientem medelam adhibere. IPSE autem Deus pacis, det vobis pacem sempiternam

ἐν ἀγάπῃ, in charitate.

Psal. 118.

ἀποστολικῶν, præcipimus.

ἡσυχία, inordinatus inordinate.

ὅχι δὲ ἵνα ἔχωμεν ἐξουσίαν, non quòd non habeamus potestatem.

ἀτάκται, inordinate, insolenter, ἀτακτικῶς ἐν τῷ πνεύματι, in spiritu. Præcipimus & hortamur per Dominum Iesum Christum.

μὴ ἐνεργήσῃτε, ne pusilli & abiecti animi efficiamini. ἀδμονέτε, admonete.

κύριος, Dominus Sempiternus, nõ est in Græco.

**A** nam in omni loco.] Vt & cum vobis ipsis, & inter vos inuicem pacem agatis, & ab aduersariorum impetu liberemini. Hoc enim significat illud, In omni modo. **DOMINVS** sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. Ita scribo.] Salutationem appellauit benedictionem quæ in fine sita est. **GRATIA** Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.] Hoc autem adiecit propter eos qui fictas epistolas circumferre audebant docens eos vt quærent subscriptionem, Hoc enim, inquit, est signum mearum epistolarum. In omni enim epistola ego scribo salutationem. Hinc ergo discimus, quod hoc, Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus, Amen, pro eo quod est vale, scribere consueuerit. Nos autem Apostolicam benedictionem decerpentes, laudemus Christum, qui per eum locutus est. Cum quo Deo Patri cum sanctissimo spiritu gloria & magnificentia nunc & semper & in sæcula sæculorū. Amen.

ἐν παντὶ καὶ πάντοτε. In omni modo.

Secunda epistola ad Thessalonicenses scripta est Athenis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE

AD HEBRAEOS.

**C** Nihil faciunt admirandum qui morbo Arriano laborant, si aduersum literas Apostolicas furiant, & epistolam ad Hebræos à reliquis separent, & eam ad alteram appellent. Qui enim aduersus Deum & seruatorem nostrum linguas mouent, quid non ausi fuerint aduersus eius beneuolos & grandiloquos ueritatis præcones? Ipsius enim Domini vox est. Si me persecuti sunt & uos persequentur. Oportebat autem ipsos, & si nihil aliud, temporis quidem certe diuturnitatem reuereri, quo hanc epistolam in ecclesiis perpetuò legerunt alumni ueritatis. Ex quo enim literarum Apostolicarum fuerunt ecclesiæ participes, ex illo etiam epistolæ ad Hebræos utilitatem percipiunt. Quod si nec hoc quidem ad eis persuadendum satis est, Eusebio quidem certe oportebat eos Palæstino credere, quem Patronum suorum decretorum appellant. Nam is etiam diuinitissimi Pauli hanc esse epistolam confessus est: & ueteres omnes hanc de ea sententiam habuisse asseruit. Sed ij, omnibus iussis ualere, aduersus ueritatem impudenter decertant, Apostolicæ Theologiæ, qua proœmium exornauit, splendorem non ferentes. Cum enim non possent resistere iis quæ de unigeniti diuinitate aperte dicta fuerant, ausi sunt totam epistolam euicere, cum tamen & decreta, & aliæ sententia magnam habeant cognationem cum aliis epistolis. Sux autem accusationi hunc prætextum afferunt, quod Apostolica appellatio non sit similiter posita in proœmio. Oportebat autem eos considerare, eum eorum qui ex gentibus, non eorum qui ex Iudæis crediderant, fuisse constitutum Apostolum. Etenim dixit ei Dominus. Festina, & hinc cito egredere, non enim suscipient testimonium tuum de me. Vade, quoniam ad gentes procul mittam te. Eiusmodi etiam pactum conuentum cum aliis inuit. Iacobus enim, inquit, & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur esse columna, dederunt mihi & Barnabæ dextras societatis, ut ipsi quidem ad circumcisionem, nos uerò ad gentes. Ita etiam scribens ad Romanos dixit. Quatenus ego sum gentium Apostolus, glorifico ministerium meum. Ea de causa cum scriberet ad eos qui crediderunt ex gentibus, appellationem adiecit, & Apostolicam dignitatem addidit, ut Doctor & Magister scribens ad discipulos. Ad Hebræos autem scribens, quorum non erat sibi cura credita, meritò nudam dignitate doctrinam eis tradidit. Aliorum enim Apostolorum curationi suberant.

Ioan. 15.

Act. 23.  
Gal. 2.

Rom. 11.

Quòd autem spiritali gratia plena sit epistola, & nullam omnino præbeat calumniæ occasionem, singulorum interpretatio docebit apertius. Hoc autem est argumentum epistolæ. Eos qui ex Iudeis crediderant, qui incredulitatis uitio laborabant, multis molestis afficiebant. Earum autem afflictionum, scribens etiam ad Thessalonicenses diuinus Apostolus, meminit. Imitatores enim, inquit, fuistis ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa. Eadem enim uos quoque passi estis à propriis contribulibus, sicut & illi à Iudeis. Quinetiam ad eos quoque scribens hoc adiecit. Et direptionem bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis. Porrò autem beatus quoque Lucas nos docet, quòd ante uocationem diuinus Apostolus uexabat Dei ecclesiam, domos ingrediens, & uiros & mulieres trahens tradebat in custodiam. Nec uerò hæc solum faciebant increduli aduersus eos qui crediderant: sed eos etiam ludificabantur, qui in animum inducerent ut homini mortuo crederent, & legem à Deo datam reliquissent. Ea de causa diuinus Apostolus statim in proœmio ostendit eam esse maiorem Prophetis: Deinde de diuinitate loqui incipiens, pronunciat eum æternum, & Patri coæternum, & uniuersorum creatorem ac opificem. Deinde cum Angelis comparans, diuinam scripturam in medium adducit, apertè docens illum quidem esse filium & Deum, illos uerò ministros, & creaturas ac effecta. Deinde ostendit uis quæ à Mose data sunt, maiora esse quæ à Christo Domino sunt tradita. Ille enim dedit uetus testamentum, Hic uerò nouum, quod per ueteres Prophetas promiserat, & ille quidem pollicitus est se daturum Palestinam; hic uerò regnum cælorum. Iam uerò confert etiam cum Leuitico Sacerdotio Sacerdotium quod est secundum ordinem Melchisedech, & ostendit quàm sit longè excellentius. Adhac autem ostendit etiam maiores, & qui in lege fuerunt ueræ pietatis & religionis alumni, per fidem claros & insignes fuisse. Dicit etiam eorum in sustinendis afflictionibus animi magnitudinem, eos ad pericula aduenda inungens. Deinde cum eorum certamina ipsis in memoriam reuocasset, & ad finem usque forti animo stare hortatus esset, & cum uis quæ ad dogmata seu decreta pertinent moralem adhortationem coniunxisset, impleuit epistolam. Scripsit autem eam uoce Hebraica. Dicunt autem eam fuisse à Clemente interpretatam. Nos autem deinceps aggrediamur interpretationem.

## INTERPRETATIO EPISTOLAE

AD HEBRÆOS.

κελεύσεις, locutus



Matth. 21.

πεντησεντα; οκτα-  
νομιαι.

Osee 12.

**M**ULTIFARIAM multisque modis olim Deus loquens Patribus, in Prophetis, nouissimis diebus istis locutus est nobis in filio. ] Apertè ostendit differentiam Domini Christi & Prophetarum. Ipsum enim solum appellauit filium. Est autè proœmium simile parabolæ Domini. Etenim cum dixisset Dominus Iudæis parabolam de uinea, ostendit primos quidem seruos missos esse ad malos agricolas, deinde post illorum occisionem, filium aduenisse. Iam uerò illud Multifariam, omnis generis dispensationes & œconomias seu diuinas rationes & consilia significat: Hoc uerò, multis modis, diuinarum uisionum & apparitionum differentiam. Aliter enim uisus est Abraham: & aliter Moyse: & aliter Helix: & aliter Micheæ. Quinetiam Esaias, & Daniel, & Ezechiel diuersas aspexere figuras. Hoc docens dixit uniuersorum Deus. Ego uisiones multiplicauit, & in manibus Prophetarum assimilatus sum. Non est enim diuina natura multiformis, sed expertis formæ ac figuræ, & simplex, & incomposita. Non ergo uidebant naturam, ad quam nemo accedere, nec ullus eam assequi potest: sed quasdam figuras, quas ad usum ostendebat Deus, qui sub

- A** sub aspectum non cadit. Porro autem illud Multifariam, aliud quoque signi-  
 cat; nempe quod vnicique Prophetarum singularis quædam dispensatio  
 seu administratio commissa & credita fuerat: Eorum autem Deus, Chri-  
 stus, inquam, Dominus, non vno aliquo munere & administratione fun-  
 ctus est, sed humana suscepta natura omne quod est correxit, & humanam  
 salutem procurauit. Atque etiam ostensum est vnum esse legislatorem & ve-  
 terum & nouorum. **QVEM** constituit hæredem vniuersorum. ] Ab hu-  
 manis cœpit diuinus Apostolus: & primo dicens quæ sunt humiliora, dein-  
 de maiora attingit. Hæres enim omnium Christus Dominus, non vt Deus,  
 sed vt homo. Vt Deus enim est omnium effector. Qui autem est omnium  
**B** opifex, natura est omnium Dominus. Hæres autem, eorum efficitur Do-  
 minus, quorum olim non habebat dominium. Ita etiam qui credunt, sunt  
 hæredes Dei, & cohæredes Christi. Per gratiam enim capiunt, quod prius  
 non habebant. Quod autem ipse sit vniuersorum Dominus, testantur ea  
 quæ subiunguntur. **PER** quem fecit & sæcula. ] Hoc significat diuinita-  
 tem. Non solum enim eum ostendit opificem ac creatorem, sed etiam æter-  
 num. sæculum enim non est aliqua substantia, sed res est quæ minime subsi-  
 stit, comes & assecla eorum quæ genitam habent naturam. Appellatur. n.  
 sæculum, interuallū seu dimensio ac distantia quæ est à constitutione mun-  
 di vsque ad consummationem. Ita enim dixit etiam Dominus. Ecce ego vo-  
 bis sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Vniuscui-  
 usque etiam nostrum vitæ tempus appellauit sæculum diuinus Dauid. Se-  
**C** culum enim nostrum, inquit, ad illuminationem vultus tui. Futuræ quoque  
 vitæ statum sæculum appellauit diuinus Apostolus. Non solum enim, in-  
 quit, in hoc sæculo, sed etiam in futuro, & rursus. Vt ostenderet in sæculis  
 venientibus exuperantes diuitias gratiæ suæ in benignitate in nos. Sæcu-  
 lum ergo est dimensio quæ creatæ naturæ adiuncta est. Dixit autem filium  
 effectorem sæculorum, docens eum esse æternū, & nos erudiens eum qua-  
 cunque temporali dimensione esse superiorem. Ita etiam de Deo & Patre  
 vetus dicit scriptura. **QVI** est ante sæcula, pro eo quod est. Qui est semper.  
**D** Deinde quandoquidem cūm filium dixit, ipsum appellauit æternum, non  
 videbatur autem vllō modo probabile iis qui non sunt rerum diuinarum  
 mysteriis initiati, vt qui sit filius, non sit tempore secundus ei qui illum ge-  
 nuit, à quadam quæ videtur similitudine, diuinitatis, veritatem ostendit,  
 & dicit. **QVI** cum sit splendor gloriæ. ] Splendor enim & ex igne est, &  
 est cum igne: & causam quidem habet ignem, non potest autem ab igne se-  
 parari. Ex quo enim est ignis, ex eo est etiam splendor. Si ergo in sensilibus  
 potest esse aliquid quod ex aliquo sit, & vnā cum eo sit ex quo est: ne dubi-  
 tes, inquit, Deum verbum vnigeniti Dei filium & genitum esse vt filium,  
 & vnā esse cum eo qui genuit, vt rationem seu verbum. Qui est splendor  
 gloriæ. Ex quo enim gloria, ex eo etiam est splendor. Semper autem glo-  
 ria. Semper ergo & splendor. Eiusdem etiam naturæ est splendor cum igne.  
 Ergo etiam filius cum Patre. Et quoniam splendoris similitudo & coæter-  
 nitatem & eiusdem simul substantiæ æqualitatem abundè declarauit, sed bla-  
 sphemiæ ac maledicti occasionem præbuit iis qui Sabellii & Photini mor-  
 bo laborant. Splendor enim minimè per se subsistit: per aliam similitudinem  
 hanc quoque blasphemam exterminat. Subiungit enim. **ET** figura sub-  
 stantiæ eius. ] Per se enim, inquit, subsistit, totum in se Patrem osten-  
 dens. In se enim patrios characteres continet. Huic simile est quod Philip-  
 po à Domino dictum est. Qui vidit me, vidit Patrem meum. Ita per plura  
 nomina nos docuit diuinus Apostolus & veram ac germanam generatio-

Rom. 8.

Matth. 28.

Psal. 43.  
& 59.Eph. 1.  
& 2.

Psal. 59.

ἀόρι.

ἡ γενεὰ τοῦ  
θεοῦ, & chara-  
cter subsistentiæ

Ioan. 14.



nem, & eandem simul cum Patre substantiam, & coæternitatem. Quoniam <sup>A</sup> enim diuina superant omnem intelligentiam, & nec fieri poterat vt per vnâ similitudinem doceretur diuinitatis mysterium: hoc per plura facere coguntur veritatis præcones. Ita diuinus Ioannes λόγον, hoc est rationem aut sermonem ac verbum, appellauit filium. Quoniam enim cum humana generatione coniuncta est & affectio & tempus, eum necessario vocauit λόγον, seu rationem, aut verbum: vt ostenderet generationem esse & impatibilem & temporis expertem. Ne quis autem rursus existimaret eum non subsistere, quod Marcello, Photino, & Paulo vsu venit, necessario adiecit. Et Deus erat verbum, & propriam eius significans hypostasim, seu personam <sup>B</sup> ac substantiam, & vnâ aperte ostendens naturam, & docens generationem esse & impatibilem, & temporis experte. Ita beatus Paulus ipsum quidem filium appellauit, alium esse ostendens à Patre quod attinet ad rationem proprietatis: sæculorum autem ipsum dixit effectorem, per hæc docens eius æternitatem. Eum autem nominauit etiam gloriæ splendorem, per hoc & coæternitatem & eandem substantiam significans. Ex ignis enim natura est splendor. Porro autem adiecit etiam eum esse characterem substantiæ, vtrumque simul docens, nempe quod & per se subsistit, & in se paternos ostendit characteres. Iam verò aliud quoq. adiecit. PORTANS QVE <sup>C</sup> omnia verbo virtutis suæ. ] Non solum enim fecit omnia, sed ea etiam dirigit & gubernat. Insignem autem eius ostendit potentiam, cum dixit verbum ei sufficere ad omnium fabricationem, & eorū curā & prouidentiam. Dixit enim, Fiat lux: & facta est lux. Et dixit, Fiat firmamentū: & sic factum est, & alia omnia similiter. Ita etiam dixit beatus David. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Cùm huius Theologiæ, seu de diuinitate tractationis nullam esse viderent dubitationem qui cum Arrio sentiunt, ex Apostolicis thesauris hanc epistolam eiicere conati sunt. Quamobrem nos eam ostendimus consentire doctrinæ Euangelicæ. Atque diuinus quidem Apostolus, postquam sic de natura diuina disseruit, transit ad humana docens dispensationis mysterium. PURGATIONEM peccatorum faciens. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. ] Per seipsum, græcè est *δι' αὐτοῦ*. <sup>D</sup> Est autem illud *δι' αὐτοῦ*, aspiratè legendum, pro *δι' ἑαυτοῦ*, hoc est per seipsum. Hic enim Patris filius, qui est vnâ cum suo genitore, qui omnia fabricatur, regit & administrat, qui Patrem in seipso ostendit, homo factus nostram procurauit salutem. Illud autem, sedit ad dexteram maiestatis in excelsis, humanè dictum est. Cùm enim esset altissimus, seipsum humiliavit, & cùm Deus esset, homo factus est. Non, cum esset humilis, in altum euectus est: neque cùm esset homo, Deus factus est. Sed vt Deus quidem, erat vniuersorum Dominus. Vt homo autem, accepit gloriam quam habuit vt Deus. Hoc etiam dixit ipse in sacris Euangeliis. Pater glorifica me gloria, quam habui antequam mundus esset, apud te. & petiit, non vt acciperet quæ nõ habebat, sed vt ea ostenderentur quæ habebat. TANTO melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. ] Hoc etiam dixit, quo ad humanitatem. Vt Deus enim, est effector & Dominus Angelorum. Vt homo autem, postquam resurrexit, & in cælos ascendit, Angelis præstantior euasit, erat enim minor Angelis, propter mortis perpeffionem. <sup>E</sup> E VM enim qui paulo minus ab Angelis est diminutus videmus Iesum, propter perpeffionem mortis. Quemadmodum ergo erat minor Angelis, vt homo: quoniam illi quidem habent naturam immortalem, ipse verò sustinuit passioem: ita postquam ascendit in cælos, Angelis præstantior effectus est. Sedit enim super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & do

Gen. 1.  
Psal. 32.

δι' αὐτοῦ καὶ θεοῦ  
συνὸν ποιησάμενος  
τῶν ἀμειψίων ἐκεί-  
νων, per seipsum  
purgatione fa-  
cta peccatorum  
nostrorū, sedit.

Ioan. 17.

ἁπορίστερον, ex-  
cellentius.

Eph. 1.

**A** & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Facit autem comparationem etiam ex nominibus diuinus Apostolus. Ita etiam eum cōtulit cum Prophetis, filium ostendens Christum Dominum. Ita etiam in Angelis, quòd sit filius meminit, & ea ratione differentiam ostendit. Tanto enim, inquit, præstantior Angelis effectus, quanto excellentius illis nomen sortitus est. Quòd autem Filii nomen dicit, docent quæ subiunguntur. **C** V I enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu: ego hodie genui te? Et rursus. Ego ero illi in Patrem: & ipse erit mihi in Filium. ] Hæc autem rursus dixit, quod attinet ad humanitatem. Hoc enim ostendit illud, Ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium. Sunt hæc enim futuri temporis. Quinetiam hoc quod dicit, Ego hodie genui te, non æternam significat generationem, sed eam quæ Christo coniuncta est. Tale est illud, Hodie si vocē eius audieritis, & etiam quod antè dictum est, Nomen hæreditauit, his consentit. Qui enim est natura filius, non hoc accipit per gratiam: hoc enim habet per naturam; sed, vt dixi, postquam diuina docuit, hic de Oeconomia seu de dispensatione differit, & docet ipsum esse omnium effectorem, vt Deum: & omnium hæredem, vt hominem: & esse Angelorum opificem, vt Deum: & eis effectum esse præstantiorem, vt hominē & natura filium, & id rursus accipit vt homo quod habuit vt Deus. Ea autē quæ subiunguntur, iis quæ dicta sunt consentiunt.

**B** T cum iterū introducit primogenitum in orbē terræ, dicit. Et adorēt eum omnes Angeli Dei. ] Vtrunq, & introducit primogenitū, & præterea illud, Adorent, innuūt dispensationē. Qui. n. fert omnia verbo virtutis suæ, & est sæculorū effector & opifex, vndenā venit in orbem terrarum? Quomodo autem primogenitus qui est vnigenitus? Siquidem post humanā susceptam naturam eum Angeli adorauerunt: ante hanc autē humanam susceptam naturam, hunc ei honorē non exhibebant, sed & vbiq. erat vt Deus, & in orbem terrarum vt homo ingressus est. Ita etiam dixit diuinus Ioannes, In mundo erat, & mūdus per ipsum factus est, & mundus eum nō cognouit: In propria venit, & sui eum nō receperunt. Hæc autē videntur esse quodammodo contraria. Si. n. erat in mundo, quomodo venit? Si autē venit, quomodo erat in mundo? Sed & in mundo erat, vt Deus: & venit vt homo. Ita etiam vnigenitus est, vt Deus: & primogenitus, vt homo in multis fratribus. Ita semper accepit ab Angelis cultū & adorationem: erat. n. semper Deus, adorarūt autem ipsum etiam vt hominē. Cū hanc eius fecisset cōparationē, quod spectat ad humanitatē, ad diuina rursus trāsit, & dicit. **B** T ad Angelos quidem dicit. Qui facit Angelos suos spiritus: & ministros suos flammā ignis. Ad Filium autē. Thronus tuus Deus in sæculū sæculi, virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. ] Per hæc autē apertè ostendit Angelos quidem creatā habere naturam: Vnigenitum autē, increatā & æternam. Thronus. n. tuus Deus, inquit, in sæculum sæculi. Porro autem per hæc quoq. nos docuit, quòd illud, Sedit ad dextrā maiestatis in excelsis, humanè dixit. Vt Deus. n. æternā habet sedem, & regnū quod est expers principii & finis. Quinetiam hic coniuncta sunt humana. Illud. n. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, dictū est quo ad humanitatē. Etenim Propheta Esaias de Emanuele vaticinatus, hæc quoq. adiecit: Priusquam cognosceret puellus bonū vel malum. Non obedit improbitati, vt eligeret bonū. Quinetiam vnctio nō est diuinitatis, sed humanitatis. Hoc autē docet etiam differentia. Oleū. n. inquit, exultationis præ participibus tuis. Nos autē sumus consortes & participes non diuinitatis, sed humanita-

πρὶ, vnquam.  
 Pſal. 2.  
 2. Reg. 2.

Pſal. 94.

ὅτι ἡ ἀλήθεια, quæ  
 do autē rursus.  
 Pſal. 96.

Ioan. 1.

Pſal. 103.

Pſal. 44.

Esa. 7.

ἔτι μὴ γινώσκων τὸ  
 καλὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ,  
 καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ.  
 πρὶ τὸ ἐπιλέξαι τὸ καλόν.  
 ἀγαθόν.

Philip. 3. **tis.** Hoc etiam docuit diuinus Apostolus in epistola ad Philippenfes. Trásfigurabit. n. inquit, corpus humilitatis nostræ, vt sit ipsum cõforme corpori gloriæ suæ. Neq. n. erit corpus sanctorũ cõforme diuinitati, sed corpori gloriæ. Atq. hoc quidem certè testimoniũ Arrii blasphemiam conuicit. Ostendit. n. æternũ verbi thronũ, & personarum dyadem, exegit Sabellii confusio nem. Hoc ipsum autem etiam obstruit os impudens Iudæorum. Diuinus au tem Apostolus adiecit etiam aliud testimoniũ, quod diuinum eius natu ram prædicat. **ET** tu in principio Domine terram fundasti: & opera ma nuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes vt ve stimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. ] Ostendit ipsum esse vniuer solum creatorem & opificem. Per cœlum enim & terram, comprehendit omnia quæ sunt in ipsis. Docuit eum à conuersione & mutatione alienum. Hoc. n. significat illud, Ipsi peribunt, tu autem permanes. Significauit etiam ab eo faciendam creaturæ mutationem in id quod est præstantius, ipsum au tem esse principii & exitii experte. Tu enim, inquit, idem ipse es, & anni tui non deficient. Non enim factus es, sed es, nec aliquam suscipis mutationem. Porro autem significant hæc etiam diuinitatem impatibilem. Si ea enim pas sa est, quomodo est eadem: mutata est enim, et si tres dies in morte egit, eius anni defecerunt. Sed nos & Propheta docet & Apostolus, ille quidem scribens testimoniũ hic verò eo vtens, quòd idem ipse est semper, & anni eius non deficient. Cùm de diuinis ita disseruisset, rursus transit ad humana. **AD** quem autè Angelorũ dixit aliquando, sede à dextris meis Donec ponã inimi cos tuos scabellũ pedum tuorũ. ] Non. n. tanquam Deo dicit, Sede à dextris meis. Quomodo enim? Thronus. n. eius est in sæculũ sæculi. Vt homo ergo, huius est honoris particeps. Vt Deus. n. habet æternã sedem. **NONNE** omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium misĩ; propter eos qui heredita tem capiunt salutis? ] Satis etiam ostendit differentiam, quòd ad humanitatẽ attinet. Ille. n. inquit, sedet à dextris. Ii verò mittuntur vt ministri, pro homi num salute. Deinde oratione conuertit ad suasionẽ, & dicit. **CAP. II.**

**P**ROPTEREA abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus: **D** ne forte pereffluamus. ] Hanc ergo scientes differentiam, oportet nos diligentius doctrinam attendere, ne aliquem lapsum sustineamus. **SI** ENIM qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomo do nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? ] Quæ cùm initium accepisset enarrari per Dominum: ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem: Rursus comparatione adiunxit adhortationi, & ostendit quantum legis constitutiones superet doctrinam Euangelicã. Ferendæ enim legi Angeli inseruierunt. Hic au tem ipse Angelorum Dominus primus doctrinam salutarem attulit, eam autem susceperunt qui Apostolicam gratiam acceperunt. Et lex quidem, erat oratio quæ ostendebat quid agendum. Domini autem doctrina æternam salutem procurabat: Quoniam autem Moses etiam miraculis vsus est, necessario ostendit gratiam quoq. hac in re esse superiorem. Hic enim non so lus Dominus fecit miracula, sed & diuini eius discipuli, & illorum successo res. Porro autem ostendit etiam in donis spiritualibus nouum fulgere testa mentum. Olim. n. soli Prophætæ erant doni spiritualis participes, nunc autem omnes qui credunt, hæc gratiam assequuntur. Hoc. n. subiunxit. Et Spiritus sancti distributionibus secundum voluntatẽ suã. Hæc autè dixit quidem, eos adhor

Pfal. 101.  
αὐτῶν, circumuo  
lues.

Pfal. 109.

ὅτι τὸν μέλλοντα  
ἀλλοτριώμεν, pro  
pter eos qui  
sunt futuri hæ  
redes salutis.

παρὰ τῶν, trans  
gressio.

**A** adhortans, vt diuinæ doctrinæ studiosius operam darent: sub specie autem adhortationis, docuit horum & illorum differentiam. Valde autem sapienter dixit Deum per miracula ferre prædicationi testimonium, si quidem est euidens probatio, & de testis veritate dubitari non potest. His autem interiectis, reuertitur ad comparationem Angelorum. **N**ON enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab Angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. ] Orbem terræ vitam futuram appellauit. Rursus autem confert Angelos cum Christo Domino, **N**on vt Deo, sed vt homine, & ostendit non Angelos, sed ipsum accepisse dominium vniuersorum. Illud autem, Quid est homo, dictum est quidem de communi natura: conuenit autem primitiis ex nobis, nempe Christo qui ea quæ sunt totius naturæ sibi attribuit & accommodat. Ita etiam ex omnium nostrum persona dixit. Longè à salute mea verba delictorum meorum. Ipse enim etiam quod attinet ad humanitatem, nulli erat peccato affinis. Peccatum enim non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Ipse autem nostra sibi delicta attribuens, naturæ factus est. Ipse enim peccata nostra accepit, & morbos portauit. Quòd autem hoc etiam testimonium tanquam Domini doctrinæ conueniens diuinus adduxerit Apostolus, audiamus Dominum dicentem Iudæis. Non legistis. Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem. Hic ergo qui ex ore infantium & lactantium perfecit laudem, visitauit naturam hominum. Diuinus autem Apostolus Prophetico testimonio adiunxit interpretationem. **I**N eo. n. quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. ] Et quoniam verum simile erat fore vt dicerent aliqui. Atqui videmus plurimos qui contradicunt, & nolunt eum adorare, necessario subiunxit. **N**UN C autem necdum videmus omnia subiecta ei. ] Hoc. n. iam etiam dixit. Non. n. Angelis subiecit orbem terræ futurum de quo loquimur. Pro eo quod est. In illa vita in omnes obtinebit imperium, tunc. n. subiicientur etiam ii qui nunc contradicunt. Quoniam autem eum dixit Angelorum effectorem & Dominum, videbatur autem hoc tunc non esse probabile iis qui immortalem esse Angelorum naturam didicerant, Domini autem Christi passionem sciebant, necessario quoque de ea re præbet doctrinam. **E**VM autem qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. ] Non natura diuinitatis fuit minor Angelis, sed per passionem humanitatis. Quinetiam ipsa post resurrectionem diuinam gloriam est consecuta. Passionem autem sustinuit pro omnibus. Quæcunq. n. creatam habent naturam, eo remedio egebant. Hoc enim dixit vt absq. Deo pro omnibus gustaret mortem. Sola, inquit, diuina natura nullius indigebat, reliqua autem omnia opus habebat humanæ susceptæ naturæ medicamento. Deus enim sermo homo factus mortis potentiam dissoluit & perfregit, ea autem fracta & dissoluta, resurrectionem nobis pollicitus est, resurrectioni autem adiuncta est à corruptione ac interitu remotio & immortalitas: incorruptionem autem assequuntur etiam ea quæ videntur. Hoc enim dixit etiam in epistola ad Romanos, quòd scilicet ipsa etiam creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Iam verò Angeli quoque perpetua lætitia afficientur, hominum salutem aspicientes. Si enim gaudent propter vnum peccatorem pœnitentiam agentem: multo magis videntes tot millia

Psal. 8.

Psal. 22.

1. Pet. 2.

Math. 21.

ἵβραῖοι πρὸς ἀγγέλους ἡλικιωμένον, cum quialiquantisper minor fuit quàm Angeli. Theod. nō legit χάρις θεῶ, gratia Dei. sed χάρις θεῶ ἀβσque Deo.

Rom. 8.

Luc. 15.

πολλοὶ υἱοὶ εἰς δόξαν ἀφ᾽ ἑαυτῶν ἦσαν ἀρχαῖοι καὶ ἱεροί πρὸς τοὺς θεοὺς διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ἐξουσίας  
mulus filius in gloriam adducit, principem salutis eorū per passiones perfectum efficere.

ἐκ ἐπιθυμίας οὐκ ἐρυθρῶν, seu, non pudet.

Psal. 27. & 17. Ela. 8.

Ioan. 13. & 21. *ἐκ τῶν ἐπιθυμίας*

*πολλοὶ υἱοὶ εἰς δόξαν ἀφ᾽ ἑαυτῶν ἦσαν ἀρχαῖοι καὶ ἱεροί πρὸς τοὺς θεοὺς διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ἐξουσίας*

salutem consecuta, implebuntur lætitia. Pro omnibus ergo salutarem passionem sustinuit. Sola enim diuina natura non indiget remedio quod ab ea porrectum est. DECEBAT enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum per passionem consummari. Ostendit Deum verbum quam acceperat naturam effecisse perfectam. Princeps & author nostræ salutis est sumpta natura. Cū enim illa resurrexisset à mortuis, resurrectionem nobis omnibus procurauit. QVI ENIM sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes. Hoc etiam posuit quo ad humanitatem. Creata est enim natura quæ sumpta est. Vnus autem est & noster & eius creator ac opifex. Sed per illam sanctificamur. Quòd si etiam de natura humana hoc intelligere voluerint hæretici, ne hoc quidem de vnigeniti gloria quidquam detrahet. Vnum enim inquit, habemus Patrem, & nos, & ipsi, sed clarum est eum quidem esse filium natura, nos autem gratia. Hanc enim nos docet differentiam, quòd ille quidem nos sanctificet, nos verò sanctificemur. PROPTER quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eum. & iterum. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Ad ostendendam filii excellentiam sufficit illud, Non pudet eum. De seruis enim & dominis loquentes, & dominorum humilitatem docentes, solemus dicere. Non pudet eum cum famulis comedere & bibere, & vnà sedere, & eos qui ex eis ægrotant per se medicari. Hoc ipsum hic etiam innuit, quòd qui pro nobis passionem suscepit, non erubescit vocare fratres eos pro quibus sustinuit passionem. Non solum autem fratres, sed eos etiam filios appellauit. Ita etiam Dominus in sacris Euangelis dixit diuinis Apostolis. Filioli, adhuc paruo tempore sum vobiscum, & rursus. Filii, nunquid habetis obsonium. Porro, autem ostendit etiam quæ dicuntur humiliter, dici per œconomiam, seu carnis susceptæ dispensationem. Ei enim quod est, Non pudet eum, coniunxit illud, Ego ero fidens in eum. Non erubescit enim propter hominum salutem vel humilibus vtī verbis præter suam dignitatem. Deinde arrepto de pueris testimonio, de salutari passione contexit orationem. QVIA ERGO pueri communicarunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est Diabolum: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti. Quomodo, inquit, fieri posset, vt vel ipse se fratrem nostrum vocaret, vel filios nos verè appellaret, nisi eandem naturam accepisset? Quæ de causâ, ea suscepta, mortis fregit potentiam, & de medio sustulit timorem qui nobis imminebat. Hæc autem omnia persecutus est, docens eos qui filium esse minorem Angelis propter passionem existimant, quòd hanc passionem necessario subiit. Hoc autem docet etiam apertius per ea quæ consequuntur: NVS QVAM enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Si enim Angelorum naturam assumpsisset, fuisset morte potentior. Sed quia humanum erat quod adsumpsit, per passionem quidem hominum debitum exoluit: per passi autem corporis resurrectionem suam virtutem ostendit. Valde autem sapienter diuinus Apostolus, pro generali nomine proprium posuit. Non dixit enim, semen hominis apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, eis etiam in memoriam reuocans promissum factum Abrahæ. VNDE debuit per omnia fratribus similari. Nam & nutrimenti, sicut nos, fuit particeps, & laborem sustinuit, & anxio animo fuit, & fleuit, & mortem subiit.

VT mi

**A** UT MISERICORS fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari. ] Ostendit salutarem eius mortem fuisse oblationem. Pro vniuersa enim creatura, quod sumpsit corpus obtulit. Aliud quoque adiecit ad eorum consolationem. Cùm enim, inquit, experientia didicerit humanæ naturæ imbecillitatem, vt qui & ex lege & ex gratia vitam egerit, iis qui oppugnantur dat auxilium. Porro autem hæc dicta sunt quoad humanitatem. Neque enim noster Pontifex est, vt Deus, sed vt homo. Nec vt Deus passus est, sed vt homo. Nec vt Deus nostra didicit per experientiam: sed vt Deus & opifex, omnia aperte cognoscit. Postquam comparationem cum Angelis sic perfecit, omnibus Prophetis maiorem magnum Moſen cum eo confert, vt cum esse infinitam differentiam ostenderit, simul etiam ostendat quid intersit inter testamenta, promissa, & etiam sacerdotes. Comparationi autem rursus admiscet exhortationem, ne hoc videatur tanquam de industria facere, sed veluti aliqua necessitate impulsus.

## CAP. III.

**V** NDE fratres sancti vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui præfecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. ] Rursum Pontificem & Apostolum eum vocauit, vt hominem. Si est enim Pontifex, vt Deus, id fuisset etiam antequam humanam naturam suscepisset. Quod autem nostræ etiam confessionis Apostolus factus est postquam humanam sumpsit naturam, docuit in epistola ad Galatas. Quando enim, inquit, venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Et non dixit, Misit ipsum vt fieret ex muliere, sed factum ex muliere, vt clarum esset humanæ naturæ esse conducibile Apostolatus, hoc est legationis seu missionis, nomen. Confessionem autem nostram vocauit fidem. Facturam autem vocauit, non creationem, sed ordinationem, seu electionem. Qui fidelis est ei qui fecit ipsum, nempe Apostolum & Pontificem. Deinde cum ea quæ de Moſe à Deo dicta sunt in memoriam reuocasset: Dei enim vox est, In omni domo mea fidelis: in iis quæ sequuntur ostendit differentiam. **A** M-  
**P** L I O R I S enim gloriæ iste præ Moſe dignus est habitus: quanto ampliore honorem habet domo qui fabricauit illam. ] Quantum, inquit, differt ab opere opifex, tanta est inter Moſem & Christum differentia. Hoc enim etiam ea quæ consequuntur docent manifestius. **O** M N I S N A N Q V E domus fabricatur ab aliquo. Qui autem omnia creauit, Deus est. ] Sciendum autem est quod eius quidem excellentiam ex diuina natura ostendit: maiori autem honore dignum esse habitum dixit, quoad humanitatem. Quia enim & Deus & homo est Christus Dominus: vtrumque autem in vna persona consideratur: necessario & quæ sunt excelsa, & quæ humilia, de eo cogitur dicere ad vtramque naturam ostendendam. **E** T M O Y S E S quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus verò tanquam filius in domo sua. Quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsq. ad finem firmam retineamus. ] Nomina posuit ex vetere scriptura. Deus. n. vocauit seruum Moſen. Moyses enim, inquit, seruus meus mortuus est, & rursus. Non sic vt seruus meus Moſes. Iam verò ipsum quoque Dominum Christum, filium vocat vetus scriptura. Quod nomen ipsi, vel quod nomen filio eius. Et, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et, Ex vtero ante Luciferum genui te. Cognoscitur ergo, inquit, quid inter eum & illum intersit. Ille enim seruus: hic verò filius. Et ille quidem vocatus est fidelis,

τὰ πρὸς τὸν Θεόν, in  
iis quæ sunt er-  
ga Deum.  
εἰς τὸ ἐλεῶσαι, ad  
expiandum.  
&, non est in  
Græco.

τὸ ποιῆσαι αὐτὸν  
εἰ qui fecit ipsū.

Gal. 4.

κτὲρ οὐδὲν, con-  
struxit.

κτὲρ οὐδὲν, con-  
struitur.  
κτὲρ οὐδὲν, qui construxit.

ἔσθλος, cuius do-  
mus.  
περὶ τοῦ ἐξ τῆς  
καὶ χάριτος, liberta-  
tem & gloriatio-  
nem.  
Deut. 24.  
Prou. 30.  
Psal. 2.  
& 109.

vt ostenderetur esse legislator fide dignus. Hoc enim dixit illud, In testimo  
 nium eorum quæ dicenda erant. Christus autem vt filius vocatur fidelis. A  
 Quod si Hæretici existimant hanc appellationem significare vilitatem &  
 abiectionem, audiant Apostolum de Deo & Patre dicentem. Fidelis Deus  
 per quem vocati estis in societatem filii eius, & David Prophetam. Fidelis  
 Dominus in omnibus verbis suis. Et rursus. Testis in cœlo fidelis. Quine-  
 tiam Moses diuinus sic dicit, Deus fidelis, & non est in ipso iniquitas. Do-  
 mum autem Dei vocauit eos qui credunt, conuenienter Prophetiæ quæ di-  
 cit, Inhabitabo in ipsis, & ambulabo. Hoc autem, inquit, honore fruemur,  
 si libertatem quam assecuti sumus, & maxime expetendam spem per præcla-  
 ra virtutis facinora conseruauerimus. Quoniam aut spei meminit: spes au-  
 tem quæ videtur non est spes: Quod enim videt quis, quid sperat: pollicitus  
 est autem nobis Dominus regnum cœlorum ea rursus confert quæ Iudæis  
 data sunt cum iis quæ sunt nobis promissa. **QVAPROPTER** sicut dicit spi-  
 ritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra,  
 sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentaue-  
 runt me Patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea quadraginta an-  
 nis. Propter quod in sensu sui generationi huic, & dixi, semper errant cor-  
 de: Ipsi autem non cognouerunt vias meas: Quibus iuravi in ira mea. Si in-  
 troibunt in requiem meam. ] Adduxit quidem testimonium, eos vtique  
 terrefaciens, vt spem datam studiose seruarent, sed rursus tacite & citra su-  
 spicionem aliud molitur, ad id orationem cōparans. Persistit autem in ex-  
 hortatione. **VIDETE** fratres, ne quando sit in aliquo vestrum cor malum  
 incredulitatis discedendi à Deo viuo. ] Multa nobis cura & studio opus  
 est vt fidem seruemus, & non infidelitatis exitiale malum suscipiamus. Ea  
 enim separat à Deo viuo. **SED** adhortamini vosmetipfos per singulos dies  
 donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia pecca-  
 ti. ] Quotidie oportet eos qui viuunt sui curam gerere, ne peccatum loco  
 occupato in nostro corde faciat impressionem. Hodie autem vocauit vitam  
 præsentem. **PARTICIPES** enim Christi effecti sumus, si tamen initium  
 substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. ] Cum Christo enim D  
 mortis fuimus participes per baptismum, & cum eo consepulti fuimus in fi-  
 gura resurrectionis, si quidem firmam fidem conseruauerimus. Eam enim  
 appellauit initium substantiæ. Per illam enim renouati, & Domino Christo  
 coniuncti sumus, & sanctissimi spiritus gratiam accepimus. Deinde rursus  
 Propheticam assumit orationem. **DVM** dicitur, hodie si vocem eius audie-  
 ritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione. ]  
 Iam verò eorum etiam meminit qui eo morbo laborarunt. **QVIDAM**  
 enim audientes exacerbauerunt: sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aeg-  
 ypto per Mosem. ] Primum legendum est per interrogationem: Secun-  
 dum autem, non enuntiativè, sed per responsionem. Quæ enim sequuntur, B  
 efficiunt vt ita intelligamus. Nam præter Chaleb Iephone & Iesum Naue  
 sexcenta millia perierunt. Eos enim dicit, qui profecti fuerant ex Aegypto.  
**QVIBVS** autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccaue-  
 runt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit  
 eos non introituras in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt? Et  
 videmus quòd non potuerunt introire in requiem ipsius, propter increduli-  
 tatem. ] Cum enim Deus præcepisset vt in promissam terram proficisce-  
 rentur, illi contradicebant, timorem prætexentes, & inimicorum poten-  
 tiam, & magnitudinem. Qua de causa Deus vniuersorum cunctis in de-  
 sertò sigillatim consumptis, illorum filios pro illis introduxit. His inter-  
 iectis

τὴν γὰρ ἀκρίβειαν  
 τῆς παρεπιχρανίας  
 Quinam, n. cum  
 audiissent, exa-  
 cerbauerunt?  
 Theodor. enim  
 legit interroga-  
 tiuè.  
 ἀκρίβειαν, iis  
 qui non paru-  
 runt.  
 ὡς δὲ κἀκεῖ ἐπίστον,  
 quorum mem-  
 bra ceciderunt.  
 In requiè ipsius  
 nõ est in Græco.

**A** iectis ut per ea terreret, & ut datam spem expectarent efficeret, deinceps de quiete verba facit, dicens Prophetam David multis retro ante actis seculis eam nobis esse vaticinatum. **CAP. III.**

**T**IMEAMVS ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, exiltimetur aliquis ex nobis deesse. ] Renuntiauit nobis David esse aliam quietem. Studeamus ergo illam assequi, ne similia quæ illis acciderunt nobis accidant. **ET ENIM** & nobis nuntiatum est quemadmodum & illis, sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex iis quæ audierunt. ] Non sufficit ad salutem verborum auditio, id enim conuenit cum fide suscipere, & firmiter seruare. Quid enim iuuerit Dei promissio illos qui eam susceperunt, si non fideliter susceperint, & in Dei potentia fiduciam suam collocauerint, & in Dei verbis veluti commixti & contemptati fuerint? **INGREDIEMVR** enim in requiem qui credidimus, quemadmodum dixit. Sicut iuravi in ira mea. Si introibunt in requiem meam. ]

Vult ostendere tres quietes esse vocatas in diuina scriptura, & primam quidem diem septimum, in quo Deus impleuit creationem: secundam autem, terram promissionis: tertiam verò, regnum cælorum. Eam autem Prophetico testimonio confirmat. Si enim non est, inquit, re vera alia quies: quam obrem iis qui secundam acceperunt præcipit, ne corda obdurent, & minatur supplicium, & reuocat in memoriam eos qui secundam contempserunt quietem? Et eas quidem ponit per ordinem, & primum ponit eam quæ est diei septimi. **ET** quidem operibus ab constitutione mundi perfectis. Dixit enim in quodam loco de die septimo sic. Et requieuit Deus in die septima ab omnibus operibus suis. ] Quod de illa, inquit, non dixerit beatus David, cuius est utique manifestum. Illa enim fuit multis sæculis ante David. In septimo enim die compleuit creationem vniuersorum Deus. **ET** in isto rursum, si introibunt in requiem meam. ] Et tamen quamuis hæc rectè sciret Propheta, aliam nihilo secius quietem pollicetur. **QUONIAM** ergo superest introire quosdam in illam, & ii quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diem quandam,

**D** hodie, in David dicendo post tantum temporis, sicut supra dictum est, Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione. ] Deinde docens Prophetam non hæc dicere de Palæstina, ratiocinatur. **NAM** si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac die. ] Non de alia, inquit, terra esset locutus. Eos enim ad illam introduxit Iesus Naue filius. In ea autem erat ipse quoque diuinus David, quando illam quietem annuntiabat. Deinde syllogisticè. **ITAQUE** relinquatur sabbatismus populo Dei. ] Non interrogatiuè sed enuntiatiuè legendum est. Sabbatismum autem appellauit quietem, quoniam septimo die quieuit Deus ab omnibus quæ fecit operibus. In futura autem vita, curæ & tristitiæ expers, & à laboribus ac sollicitudinibus vita agetur libera. Appellauit ergo sabbatismum, liberationem à corporalibus operibus, hoc. n. deinceps significat. **QUI** enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus. ] Sicut enim vniuersorum Deus, cum sexto die vniuersam creaturam compleisset, septimo die cessauit fabricari: ita etiam qui ab hac vita excesserunt, & ad eum transeunt, à presentibus liberabuntur laboribus. Quinetiam lex iussit Iudæis in Sabbato à corporalibus abstinere operibus, animarum autem solummodo curam gerere. Deinde consulendo. **FESTINEMVS** ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. ] Qui enim in discordia vitam transigit, & promissis bonis non frui desiderat, iisdem qui-

δοκίμους ἐξ ὑμῶν ὑπερβῆναι, videatur aliquis ex uobis defuisse.

συμμεμειμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσαντων κομῆτους fidei iis qui audierunt.

ἰσχυρόμεθα, ingredimur.

ἰσχυρόμεθα, ingredimur.

ἐπίβη, præfinit, præstituit. Psal. 94.

ἐκ τῆν ἀντιπροσώπου ἐλάττω μετὰ ταύτας ἡμέρας, nō de alio posthac die esset locutus.

ἀπειθεῖας, inobedientiæ.



πορότεροι, acutior, qui magis fecat.

διεισδύων, peruadens.

ἐνοσίαν, conceptionum.

εὐτραχλισμένα.

bus illi qui non paruerunt obnoxius erit reprehensionibus. Deinde horrore plenum iudicium ostendit. **V I V V S** est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. ] Nihil potest latere illum incorruptum iudicem, rectè autem ac perfectè scit omnia, vel ipsarum cogitationum motus. Nouit quæ fiunt in tenebris, nouit quæ clanculum committuntur. Non latent eum improba animi consilia, ei etiam ea quæ sunt occulta nuda sunt. Illud autem **A**perta, græce τετραχλισμένα, idest resupinata, posuit ex metaphora animalium quæ sacrificantur, quæ omnino muta iacent, vt pote cum occisio eis vitam ademerit, & vnà cum vita vocem. ita inquit, nos etiam dum iudicamur, videmus quidem omnia quæ à nobis impiè vel iniquè facta sunt, sed supplicii sententiam silentio accipimus, vt qui eam iustam esse sciamus. Hæc autem non illis solis, sed etiam nobis omnibus scripsit diuinus Apostolus. Oportet ergo nos diuinum illud iudicium assidue considerare, horrere, & pertimescere, & diuina præcepta diligenter seruare, & promissam quietem expectare. Quam cum Christo consequamur. Cum quo Patri simul & cum sanctissimo spiritu gloria & magnificentia nunc & semper & in secula sæculorum. Amen.

## T O M V S   S E C V N D V S .

Δεικνύοντα, qui peruasit. Spei nostræ, nõ est in Græco.



**M** A B E N T E S ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cælos Iesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionem. ] In iis quidem quæ fuerunt prius interpretata, fecit comparisonem quietum: & ostendit eam quæ fuit nobis promissa esse maiorem illa quæ Iudæis promissa est. Illis enim terram promissionis: nobis autem cælum est pollicitus. Ab hoc autem deinceps loco confert Pontificatum: & ostendit esse multo maiorem ac præstantiorem Leuitico, eum qui est secundum ordinem **D** Melchisedech. Exhortationis autem figura rursus vtens, facit comparisonem, ne videatur cum iis qui vitæ ex lege institutionem amplectuntur lege bellum gerere, & non veritatem defendere. Pontificem autem vocauit Dominum Iesum, vt qui sacrificium pro nobis obtulerit, & mundi peccatum sustulerit. Ea enim de causa agnus etiam vocatus est: Ecce enim inquit, agnus Dei qui tollit peccata mundi. Clarum est autem vel admodum contentiosus esse humana nomina. Quòd si nonnulli existimant ea esse diuinitatis, ipsum & execrationem appellent, & serui formam, & quæcunque sunt eiusmodi. Si autem nihil horum est diuinæ naturæ proprium, restat vt intelligantur hæc esse œconomix seu dispensationis nomina. Quemadmodum enim homo factus esse dicitur, cum humanam naturam susceperit: ita etiam Pontifex noster vt homo vocatus est. Hoc autem nos etiam docent dicta Apostolica. Ostendit enim eum cælos peruasisse. Domini autem Christi diuinitas habet naturam quæ nequit circumscribi, vbique præfens est, & adest omnibus. Hoc etiam ipse quoque nos Dominus docuit. Nemo enim inquit, ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis, qui est in cælo. Cùm enim esset inferius, & cum hominibus differeret, dicebat se esse etiam superius. Oportet ergo nos scire quæ nam sunt nomina Theologiæ seu diuinitatis, & quæ œconomix, hoc est humanæ naturæ susceptionis. Cùm diuinus itaq. Apostolus magnum nobis Pontificem ostendisset primum in veram

Ioan. 3.

**A** ram quietem introiisse, & cœlos superasse, iubet retinere confessionem. Confessionem autem nostram, vocauit fidem. Confitemur enim credere non solum in Patrem & filium & spiritum sanctum, sed etiam in resurrectionem mortuorum, & in vitam æternam, & in regnum cœlorum. **N**ON enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. ] Qui illo tempore crediderant, multas tentationum tempestates subierant. Eos ergo consolatur, docens nostrum Pontificem non solum vt Deum nosse nostræ naturæ imbecillitatem, sed etiam, vt qui sit homo, nostrarum perpeffionum fecisse periculum, vt qui peccato tantummodo non fuerit affinis. **C**um autem hanc nostram sciat imbecillitatem, & nobis fert quod conuenit auxilium, & nos iudicans, habita ratione imbecillitatis feret in nos sententiam. **A**CCEDAMVS ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. ] Vt Deus, Christus Dominus habet regnum naturale, thronum æternum. Thronus enim tuus, inquit, Deus in sæculum sæculi. Vt homo autem, & Pontifex, & Apostolus confessionis nostræ audit, Sede à dextris meis. Eum vocauit thronum gratiæ diuinus Apostolus. Existimo autem eum etiam significare humanitatem & clementiam qua vtens iudicabit. Hoc enim adiecit, vt gratiam inueniamus in auxilio opportuno. In præfenti enim vita accedentes, & puram ac sinceram fidem ostendentes, in die iudicii clementiam assequemur. Deinde docet causam Sacerdotii, & quam de causa ipsum aliqui consequuntur, & quid deceat Pontificem. **C**AP. V.

*Etis Coniudex Evangelicor. Ad auxilium opportunum. Psal. 44. Psal. 109.*

**O**MNIS nanque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis que sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit iis qui ignorant & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. ] Dixerat. Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato: necessariò ergo hæc quoq. adiecit: docens quòd etiam in lege non Angelus vt pro hominibus Sacerdotio fungatur electus est, sed homo pro hominibus eandem habens naturam, iisdem affectionibus obnoxius: sciens naturæ imbecillitatem: iis qui labuntur dans veniam: iis qui peccant manum præbens: ex suis ea etiam quæ sunt proximorum considerans. Qua de causa etiam lege constitutum est vt hostias non solum pro populo sed etiam pro se offerat. **N**EC quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo quemadmodum & Aaron. ] Est enim legitimus Sacerdos, qui à Deo ordinationem accipit. Ita enim etiam Aaron primus Sacerdos accepit hanc dignitatem. Hæc autem dixit diuinus Apostolus, non nobis Pontificatus volens regulas ostendere, sed ad dicendum de Pontificatu Domini viam muniens. Sapienter ergo statim subiunxit. **S**IC & Christus non semetipsum glorificauit vt Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum. Filius meus es tu ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dixit. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. ] Quia enim erat ex alia tribu: ex Dauidico enim genere ortus est, quod attinet ad humanitatem: sciens Apostolus non credentium Iudæorù mentis duritiem; ad Prophetica confugit testimonia, & per ea quidem præclare quod dixit confirmauit: præclare autem ac sapienter ostendit eum nõ appellari solum Pontificem, sed etiam filium, & nouum quendam & in primis admirabilem Pontificatum suscepisse. Quoniam autem dixerat hominem ea de causa pro hominibus Pontificem creari, vt compateretur iis qui

*mergionem dicit, moderatè ferre.*

*Psal. 2. Psal. 109.*

αὐτοῦ, cum  
obtulisset.

A. 21.

ἡμεῖς οὖν  
ἀποστόλοις  
καὶ ἱεροσολίταις  
καὶ ἱεροσολίταις  
καὶ ἱεροσολίταις

Matth. 26.

ἀσθενέστεροι, in-  
terpretatu diffi-  
cilis.  
imbecilles, ἡσθη-  
σες.

A. 2.

A. 17.

ignorant & errant, quandoquidem ipse quoque est circumdatus imbecilli-  
tate: Ostendit etiam Christum Dominum suscepisse omnes humanæ natu-  
ræ affectiones præter peccatum. **QVI** in diebus carnis suæ, preces supplica-  
tionesque ad eum qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore vali-  
do & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia, & quidem cum  
esset filius Dei, didicit ex iis quæ passus est obedientiam: & consummatus,  
factus est omnibus obedientibus sibi causa vitæ æternæ, appellatus à Deo  
Pontifex iuxta ordinem Melchisedech. ] Quis nisi valde emotæ mentis  
dixerit hæc dicta esse de diuina natura? Si enim beatus Paulus mortem non  
metuebat, sed cupiebat dissolui & esse cum Christo & iis qui ea quæ illi  
Hierosolymis euentura erant prædixerunt, & retinere tentarunt, dixit,  
Quid fletis, & affligitis cor meum? Ego enim non solum ligari, sed etiam  
mori paratus sum pro nomine Domini nostri Iesu Christi: quomodo Deus  
sermo sæculorū opifex, qui nec conuerti nec mutari potest, & est ab omni  
affectione liber, mortem timuit. Verum enimvero de his prolixiore vt ora-  
tione extremæ fortasse fuerit amentia. Insignis enim eorum quæ dicta sunt  
humilitas, vel eos cogit qui diuinitati detrahunt, & eam blasphemant, diui-  
nitati nihil horum tribuere. etenim vt hæc pateretur humanitas, concessit  
diuinitas, vt discamus eum verè fuisse hominem, & humanam naturam su-  
scepisse, & non visione & apparitione fuisse dispensationis peractum myste-  
rium. Si enim quamuis hæc ita facta sint, & Simon, & Menæder, & Cerdon,  
& Marcion, & Valentinus, & Basilides, & Bardisanes, & Manes, suos do-  
cuerunt asseclas eum nihil humanæ habuisse naturæ: clarum est plures hunc  
errorem fuisse suscepturos, si non humanas præter peccatum suscepisset affe-  
ctiones. Diem autem carnis appellauit tempus mortalitatis, hoc est, quando  
habuit corpus mortale. Dicit autem precationem quam fecit in passione, di-  
cens. Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Illud autem, Didicit ex iis  
quæ passus est obedientiam, posuit Apostolus hyperbolicè. Obedientiam  
enim non post passionem, sed ante passionem ostendit. Consummationem  
autem seu perfectionem, appellauit resurrectionem & immortalitatem. Hic  
est enim finis dispensationis. Hyperbolicè autem posuit omnes affectiones  
seu perpeffiones, non solum volens ostendere veritatem humanæ naturæ  
suscceptionis, sed etiam confirmans illud quod antè dixit. Non enim habe-  
mus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum  
autem per omnia pro similitudine sine peccato. Vt ea ratione hortaretur  
eos ad quos scripsit, in fide persistere, & Pontificis misericordiæ & clemen-  
tiæ fidere. Facta autem rursus Melchisedech mentione, vult quidem osten-  
dere eius sacerdotium esse maius Leuitico, videtur autem aliquatisper dif-  
ferre propter eorum qui docebantur imbecillitatem. Hoc enim dixit. **DE**  
quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbe-  
cilles facti estis ad audiendum. ] Deinde etiam moderatâ affert eorum re-  
prehensionem, & eam laude miscet, vt vtilitatem per eam suscipiant. **ET E**  
**NIM** cum deberetis magistri esse propter tempus, rursus indigetis vt vos  
doceamini quæ sint elementa exordii sermonum Dei: & facti estis quibus  
lacte opus sit, non solido cibo. ] Elementa exordii sermonum Dei, voca-  
uit humiliores de Christo sermones. Iis enim qui nondum fidem perfectam  
habebant, ea sola quæ ad humanitatem pertinebant afferebant veritatis præ-  
cones. Ita beatus Petrus concionem habens inter Iudæos, ex auditorum im-  
becillitate doctrinam dimensus est. Iesum enim inquit, Nazarenum virum  
approbatum à Deo in vobis virtutibus & prodigiis & signis, & reliqua quæ  
sunt deinceps huic dicto conuenientia. Diuinus quoque Paulus Athenien-  
sibus

**A** sibus prædicationem afferens, non Deum, sed virum Dominum Christum appellavit. Ita etiam scribens ad Corinthios, dixit. Lac vobis potum dedi, non cibum, nondum enim poteratis. In iis autem quæ antè scripta sunt declaravit, quid nam lac vocaverit. Non enim iudicavi, inquit, aliquid scire inter vos, nisi, Iesum Christum, eumque crucifixum. Hoc etiam hic dicit. Et facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Quæ sunt, inquit, humiliora cogimur de Christo dicere. Iis qui de eo ne hec quidem admittunt, quomodo fieri potest ut quæ sunt maiora tradantur? Deinde ostendit differentiam perfecti & imperfecti. OMNIS enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Parvulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus, ad discretionem boni & mali. ] Ex ætatibus ostendit differentiam. Sicut enim recenter natis infantibus lac præbere solemus, iis autem qui firmiores habent dentes, omni deinceps nutrimento vesci permittimus. Ita iis qui infirmam habent fidem imbecillitati commoderatam doctrinam exhibemus. eos autem qui perfectam susceperunt, ut perfectiorum dogmatum, ac decretorum sint participes curamus. Et apertius docens quidnam lac appellaverit, subiunxit.

1. Cor. 5.

1. Cor. 5.

ἀπὸ τοῦ ἐπιπέτου, rudis. ἀδὰ τῆν ἔξιν. propter habitum.

CAPVT VI.

**Q**UAPROPTER intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur ] Quisnam est autem sermo inchoationis Christi? NON rursus iacentes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis & fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicii æterni. Et hoc faciemus si quidem permiserit Deus. ] Postquam dubitationis in fide eos insimulavit, hoc enim lac vocavit, ut perfectionem persequantur, eique hæreant præcipit, & ut super iam iacta fundamenta reliqua ædificent, non aliud de integro fundamentum iaciant. Fundamentum autem vocavit fidem: opera autem mortua improbitatem. Qui enim crediderunt, eorum tetrum odorem abhorrentes, & pœnitentiæ utentes, accedunt ad diuinum baptismum, & per manum sacerdotalem spiritus gratiam accipiunt, & in diuino baptismo resurrectionis figuram suscipientes, expectant communem omnium resurrectionem, & futurum iudicium. Ea vocavit elementa sermonum. Sicut enim qui puer edocet literas, primum docet characteres elementorum: ita pietatis veræque religionis doctores, hæc primum docent eos qui ad fidem accedunt. Dicit ergo diuinus Apostolus esse expetenda perfectiora & non rursus de integro discenda pietatis elementa. Hoc autem, Et hoc faciamus, siquidem Deus permittat, coniunxit ei quod est superius. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur. Et hoc faciamus si Deus voluerit, pro eo quod est, studium adhibeamus, concupiscamus, omnem pro perfectione laborem suscipiamus. Solet autem diuinus Apostolus diuinæ prouidentiae omnia tribuere. Propterea adiecit, si Deus permittat. Ita etiam scribens ad Corinthios, dicit. Veniam autem ad vos, si Dominus voluerit. Posuit autem baptismata pluraliter, non docens multa esse baptismata, sed quia multi baptismi gratiam assequuntur. Quòd enim vnum prædicavit baptismum, docet quæ consequuntur. IMPOSSIBILE enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœlestis, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes. ] Omnino, inquit, fieri non potest, ut qui ad sanctissimum baptismum accesserunt, & gratiæ diuini spiritus fuerunt participes, & æter-

ἀπὸ τοῦ ἰσχυροῦ, missio sermone.

ὡς τὸ τοῦ κτιστοῦ ἐάντις ὁ θεὸς ἐπιπέτου. Et hoc faciamus siquidem Deus permittat.

ὡς γενομένους, & gustauerunt. Nihilominus, nō est in Greco. ἀδὰ τῆν ἔξιν, traducentes & ignominia afficientes.

Rom. 6.

οἴου, quæ bibit.

τέλος, finis.

Esa. 5.  
Ioan. 7.

πεποινησθε, per-  
suasa habemus.  
εχόμενα σωτηρίας,  
coniuncta saluti.

ἐν κόπῃ ἀγάπης, &  
laboris dilectio-  
nis.

σπουδήν, studium.  
πρὸς τὴν σωτηρί-  
αν τῆς ἐπίστεως, ad  
certam spei pro-  
hationem.

norum bonorum figuram acceperunt, rursus accedant, & alium baptismum **A**  
 assequantur. Hoc enim nihil est aliud, quam filium Dei rursus crucifigere,  
 & eadem qua prius affectus est rursus ignominia afficere. Sicut enim ipse  
 semel passionem sustinuit, ita nos etiam semel oportet eius esse cum eo par-  
 ticipes. Vnà autem cum eo per baptismum cōsepelimur, & vnà cum eo resur-  
 gimus. Fieri ergo non potest, vt dono baptismi rursus fruamur. Christus  
 enim qui surrexit à mortuis, non amplius moritur. mors eius non amplius  
 dominatur. Quod enim mortuus est, peccato semel mortuus est. Quod au-  
 tem viuit, viuit Deo. Vetus quoque noster homo vnà crucifixus est, mortis  
 figura in baptismo suscepta. Bonum autem Dei verbum vocauit promissio **B**  
 nem bonorum. Virtutes autem futuri sæculi vocauit baptismum, & gra-  
 tiam spiritus, per ea enim possumus bona promissa consequi. Hæc autem di-  
 xit diuinus Apostolus, docens Iudæos qui crediderunt, ne existimarent san-  
 ctissimum baptismum esse similem baptismis Iudaicis. Illi enim non solue-  
 bant peccata, sed corporis sordes quæ videbantur purgabant. Qua de causa  
 & multa & frequenter adhibebantur. Hic autem vnus est, vt qui salutaris  
 passionis & resurrectionis typum habeat, & futurâ resurrectionem nobis  
 ante describat. Nouatiani hæc verba in aciem producent aduersus verita-  
 tem, non intelligentes diuinum Apostolum non prohibuisse medicamenta  
 poenitentia, sed diuini baptismi definitionem docuisse. Vnde subiunxit,  
 Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & traduentes ac ignominia **C**  
 afficientes. Diuinum enim mysterium ignominia afficere, est eiusdem bis  
 esse participem. Quod enim vbique prædicat poenitentiam, testantur quæ  
 ab ipso scripta sunt ad Corinthios, testantur etiam quæ ad Galatas. Quine-  
 tiam eiusmodi dicta vbique disseminat. Nos autem veniamus ad ea quæ se-  
 quuntur proximè interpretanda. **TERRA** enim super se venientem saepe  
 bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur,  
 accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas ac tribulos, reproba  
 est ac maledicto proxima, cuius consummatio est in combustionem. ] Ex si-  
 militudine ostendit quam bona percipiant, qui pietatis maturos fructus  
 producant. quid autem sunt passuri qui spinas germinant? Imbrem autem **D**  
 metaphoricè appellauit doctrinam. Ita enim dixit Propheta Esaias, vel Deus  
 potius per Prophetam. Et præcipiam nubibus vt non pluant super ipsum im-  
 brem. Et etiam in diuinis Euangeliis. **SI QVIS** sitit, veniat ad me, & bibat.  
 Quia autem verbis vsus est acerbioribus, spinarum & ignis faciens mentio-  
 nem, ex laude consolationem adhibet. **CONFIDIMVS** autem de vo-  
 bis dilectissimi meliora, & viciniora, saluti, tametsi ita loquimur. ] Et  
 ne videretur potius adulatione vt quàm veritate, ea quæ ab eis rectè fa-  
 cta fuerant in memoriam reuocat, eos ad res diuinas alacriores ea ratione  
 efficiens. **NON** enim iniustus Deus vt obliuiscatur operis vestri, & dile-  
 ctionis, quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & mini-  
 stratis. ] Si hæc ergo de eis cognouisti, cur eos vocas segnes, pigros, paruu-  
 los ac viles? **CUPIMVS** autem vnumquemq. vestrum eandem ostendere **E**  
 sollicitudinem ad expletionem spei vsque in finem: vt non legnes efficiami-  
 ni, verum imitatores eorum qui fide ac patientia hæreditabunt promissio-  
 nes. ] Per hæc quæ dicit, innuit eos ab initio quidem magnam ostendisse  
 patientiam animique constantiam: sed eam obtudisse frequentes & se inui-  
 cem excipientes aduersariorum tempestates. Quinetiam suam in eos osten-  
 dit beneuolentiam. Cupio enim, inquit, & valde desidero vos semper vide-  
 re cum illa alacritate animi & promptitudine. Hoc autem ita erit, si absque  
 omni dubitatione, quæ vobis probatæ sunt futurorum bonorum spes reti-  
 nueritis,

**A** nueritis, ad eos qui per fidem illustres euaserunt sanctos respicientes: qui per multam tolerantiam & animi fortitudinem bona promissa consecuti sunt. Et post collationem quidem, facit plurium mentionem: interim autem Abraham Patriarcham in medium adducit, & ostendit eum quidem diuina promissa accepisse, sed longissimo post tempore eorum finem vidisse. **ABRAHAE** nanque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum dicens, Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionē. ] Ostendit veritatem eius qui est pollicitus. Deus enim, inquit, erat, qui se nihil habebat superius, & testimoniū est iusiurandum, iurauit enim per semetipsum, sed tamen licet & sit pollicitus, & hoc fecerit cum iureiurando, non tamen statim impleuit promissa: sed magna opus habuit tolerantia Patriarcha, & plurimo tempore quod prateriit. Ita dixit veritatē promissi. Docet etiam quam de causa iurauerit, & cur id per seipsum fecerit. **HOMINES**. n. per maiorem se iurant: & omnis controuersiae eorum finis ad confirmationem, est iuramentum. ] Mos est hominibus ea quæ dicunt confirmare iureiurando, eis etiam mos est iurare per maiores. **IN** quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis haredibus immobilitatem consilii sui, interposuit iusiurandum. ] Ea de causa Deus dicto suo iusiurandum adiecit, volens ostendere promissi veritatem, & quod fieri non posset vt post iusiurandum aliud statueret. **VT** per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem. ] Duas res dixit, sermonem & iusiurandum. Etenim solo sermone vtens Deus, implet promissionem, multo autem magis sermone iusiurandum coniungens. Hoc autem, inquit, fecit nobis addens animum, & vt diuina promissa expectaremus efficiens, & non diffideremus, quoniam non videmus promissa. Spes enim quæ videtur, non est spes. **QUAM** sicut ancoram habemus animæ (nempe spem) tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis. ] Velamen cælum vocauit. Regnum enim cælorum se Dominus daturum est pollicitus iis qui in ipsum crediderint. Illa, inquit, bona speramus hanc spem tenemus veluti sacram ancoram. Ancora enim in profundo absconsa, non sinit vt nostræ animæ conuassentur. Aliunde etiam ostendit certam & cui contradici non possit spem bonorum. **VBI** præcursor pro nobis introiit Iesus. ] Propter nos, inquit, homo factus est, propter nos corpus morti tradidit, morteque fracta ac profligata, in cælos ascendit, eorum qui dormierunt effectus primitiæ. Maiorem autem nobis dedit fiduciam appellatione præcursoris. Si est enim noster præcursor, & pro nobis ascendit: vt nos quoque sequamur necesse est, & ascensum consequamur. Hoc etiam dixit Dominus Apostolis. Multæ mansiones apud Patrem meum. Si autem non dixissem vobis quod vadam, & parabo vobis locum. Et si iuero, & parauero vobis locum. Rursus, veniam ad vos, & adsumam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Ita etiam hic. Vbi Præcursor pro nobis Iesus. Et redit etiam ad institutum sermonem de Pontificatu. **SECUNDUM** ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum. ] Hoc ex prophetico cepit testimonio. Tu es enim, inquit, Pontifex in æternum secundum ordinem Melchisedech. Est autem Pontifex in æternum, non quod hostias ac sacrificia offerat. Suum enim corpus semel obtulit: sed vt intercessor, qui eos qui credunt ad Patrem adducit. Per eum enim, inquit, habuimus accessum ambo ad Patrem. Iam verò ipse quoque Dominus dixit in Euangeliiis. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Sciendum autem est diuinum Apo-

Gen. 22.  
Nisi, & certē.

ἰχυράν παράκλησιν  
validam consolationem.

ἰς ἰσώτερον κρηρῶν  
παράκλησιν, vsq.  
ad id quod est  
interius velami-  
nis.

Ioan. 14.

Psal. 109.

Ioan. 14.

stolum meminisse iurisiurandi facti Abraham: vt ostenderetur immutabili-  
tas diuini consilii. Etenim ad probandam Pontificatus secundum ordinem  
Melchisedech stabilitatem viam munit. Namque hic etiam ei quod dictum  
adiunctum est iurandum. Quam autem comparationem saepe facere  
parturiit, incipit facere in praesentia, & primum historiam Melchisedech in  
memoriam reuocat.

CAP.

VII.

Gen. 14.

**H**IC ENIM Melchisedech rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obuia-  
uit Abraham regresso à eade Regum, & benedixit ei, cui & decimas  
omnium diuisit Abraham. Videtur quidem narrando verba facere: sed  
iam incipit confirmare id quod est propositum. Ea enim de causa ostendit  
etiam Abraham benedici, & spoliolum offerre decimas: vt ostendat vel Pa-  
triarcham ipsi figuræ credere. Deinde etiam ex nominibus ostendit eius ma-  
gnitudinem. **PRIMUM** quidem qui interpretatur Rex iustitiæ: deinde au-  
tem & Rex Salem, quod est Rex pacis. Hoc nomen Melchisedech Hebreo-  
rum & Syrorum lingua significat idem quod Rex iustitiæ. Is autem Rex  
erat Salem. Salem autem exponitur Pax. Per hæc ergo vult ostendere eum  
esse typum Christi Domini. Ipse enim est, vt dicit Apostolus, pax nostra. Ipse  
appellatus est, vt inquit Propheta, iustitia nostra. **SINE** patre, sine matre,  
sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimila-  
tus autem Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum. Abraham & multorum  
aliorum genealogiam diuina recensuit scriptura, tam eorum qui illum præ-  
cesserunt, quam eorum qui postea secuti sunt, & illius patrem, & auum, &  
abauum, & illius maiores. Porro autem adiecit etiam quod tot annos natus  
genuit: & rursus cum tot annos natus esset, mortuus est. Melchisedech au-  
tem nec Patrem nec genus docuit diuina scriptura: & neque quanto tempo-  
re vixerit: neque quando vnquam vitæ finem ceperit. Ea ergo ratione est  
sine patre, & sine matre, & sine genealogia, neque initium dierum, nec vitæ  
finem habens. Diuina enim scriptura nihil horum nos docuit. Dominus au-  
tem Christus natura & verè habet vnumquodq. horum. Est enim sine ma-  
tre, vt Deus, ex solo est enim Patre genitus. Sine Patre autem, vt homo, ex  
sola enim matre virgine per partum editus est. Sine genealogia est, vt Deus.  
Non enim habet opus genealogia, qui est ex ingenito patre genitus. Non  
habuit initium dierum, est enim æterna generatio. Neque vitæ habet fi-  
nem. Immortalem enim habet naturam. Ea de causa non Dominum Chri-  
stum, sed Melchisedech Christo assimilauit. Ille enim est huius typus. Hic  
verò typi veritas. In sacerdotio autem non Melchisedech Christum Domi-  
num imitatus est: sed Dominus Christus Sacerdos in æternum secundum  
ordinem Melchisedech. Est enim hominis fungi sacerdotio. Dei verò ea quæ  
offeruntur suscipere. Sed tamen homo factus vnigenitus Dei filius Sacer-  
dos etiam noster factus est secundum ordinem Melchisedech, non cum ali-  
qua dignitatis accessione, sed diuina celata dignitate, & pro salute nostra  
suscepta humilitate. Ita agnus vocatus est, & peccatum & maledictum, &  
via, & porta, & eiusmodi plurima. Porro autem dixit de Melchisedech,  
quod manet Sacerdos in æternum, quoniam ad filios non transmisit Sacer-  
dotium, quemadmodum Aaron, Eleazar & Phinees. Qui hanc enim hære-  
ditatem ad alium transmittit, videtur quodammodo priuari dignitate, cum  
eam alius exerceat. Aliam quoque habet intelligentiam. Quemadmodum  
enim Mosem non solum appellamus legislatorem, sed etiam ipsam legem:  
ita etiam Melchisedech nominamus & personam, & rem ipsam, nempe Sa-  
cerdotium. Ipsum autem habet Christus Dominus, qui vitam habet quæ nun-  
quam desinet. **IN TV MEMINI** autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de  
præcipuis

**A** præcipuis Abraham Patriarcha. ] Dignitatis Abraham non sine causa meminuit, sed volens ostendere ipsam Sacerdotum radicem esse bonorum fundamentum. Quapropter gentes benedictionem accipiunt, & prædæ decimâ Melchisedech obtulerunt. **ET** quidem de Filiis Leui Sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas fumere à populo secundum legem, idest, à fratribus suis, 'quanquam & ipsi exierint de lûbis Abraham. ] Tanta est autem, inquit, Sacerdotii dignitas, vt qui sunt ex lege Sacerdotes, etiam ab iis qui sunt eiusdem generis, tribusque ac cognationis decimas accipiant, etsi ab eodem parente se originem duxisse gloriantur. **CVIVS** autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones benedixit. ] Qui ergo sunt ex lege Sacerdotes, decimas à contribulibus exigunt. Hic autem qui erat alius generis, decimas accepit ab ipso Patriarcha: & ei qui diuinas accepit promissiones, benedictionem reddidit. Interpretatus est etiam illud, sine genealogia. Dixit enim generationem Melchisedech non fuisse ab eis numeratam. Clarum est ergo illud non fuisse verè sine genealogia, sed in figura. **SINE** vlla autem contradictione, quod minus est à meliore benedicatur. ] Hoc autem est citra vllam dubitationem, & absque omni controuersia, quòd maiores soliti sunt benedicere minoribus. **ET** hic quidem decimas morientes homines accipiunt ibi autem contestatus quòd viuit. ] Hoc ex Prophetico posuit testimonio. **Tu** enim, inquit, es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. **Q**uia autem consentaneum erat dicere Iudæos Abraham non fuisse Sacerdotem, & iure decimas obtulisse, & benedictionem accepisse. Aaron autem Sacerdotii dignitatem accepit, & illius genus post ipsum diuinæ fuit gratiæ particeps, ingeniosè & subtiliter ostendit illos etiam per Patriarcham obtulisse decimas. **ET**, vt ita dictum sit, per Abraham & Leui qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis Patris erat, quando obuiatit ei Melchisedech. ] Nondum fuerat pater Isaac, quando Patriarcha accepit benedictionem Melchisedech. Adhuc ergo in se habebat sementem & materiam liberorum procreationis. Ex Isaac autem procreatus est Iacob, ex illo autem Leui. In illo ergo, inquit, erat Leui, quando & decimas obtulit, & accepit benedictionem. Necesse est ergo ipsum & fuisse decimatum, & benedictionis fuisse participem. Deinde rursus alia ratione id quod dicit probare aggreditur, & fretus iis quæ affert, quæ sunt eiusmodi vt iis contradici non possit, ostendit cessare quidem Leuiticum sacerdotium: id autem quod est secundum ordinem Melchisedech, eius loco induci, & simul incipit seminare doctrinam noui testamenti. **SI** ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat, populus enim sub ipso legem accepit, quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? ] Si perfectionem, inquit, habuit Sacerdotium quod est ex lege, per ipsum enim implebantur omnia legitima, quid sibi vult datio alterius? Cur autem non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech id se daturum est pollicitus? Atqui per illud implebantur legitima. Illud enim offerebat sacrificia. Illud id quod erat pollutum expurgabat. Per illud, festorum præcepta implebantur. Hoc enim dixit illud, Populus sub ipso legem acceperat. Postquam sic ostendit mutationem Sacerdotii, ostendit etiam legis cessationem. **TRANS-** **LATO** enim Sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat. ] Lex coniuncta est Sacerdotio. Necesse enim est vt cessante Sacerdotio, id ipsum legi quoque accidat. **IN** quo enim hæc dicuntur, de alia tribu fuit, de qua nullus altario præsto fuit. ] Dicit etiam nomen tribus. **MANIFESTVM** enim

μεστυρέμπος ἔτι  
ἔστι, de quo testat-  
um est quòd vi-  
uat.

ἢ, ὡς ἔμοιγε ἰππῖν, &  
vt ita dicam vel,  
vt semel dicam.

τελειώσις, perfe-  
ctio.  
ἐνομοθέτησα, legē  
acceperat.  
ἠέτι ἐδύτο, quid  
adhuc opus fuit

ἢ ἀνάγκη δὲ νόμου  
μετάθεσις γίνεσθαι,  
ex necessitate  
etiam fit legis  
translatio.  
καταργήσιν θυσια-  
στυρία, adstitit al-  
tari.



est quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Mosès locutus est. ] Illud Manifestum, posuit pro eo cui contradici non possit. Etenim cum magi venissent, & Herodes interrogasset Iudæos ubi nam Christus nascitur, dixerunt in Bethleem Iudææ, deinde etiam dictum suum confirmarunt scripturæ testimonio. Scriptum est enim. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda. Ex te enim egredietur mihi dux qui regat populum meum Israël. Ex ea autem, inquit, nullus est renunciatus Sacerdos. Quinetiam Ozias qui Sacerdotii munus temere inuasit, lepram arrogantiae suæ poenam suscepit. Est autem iure admirandum œconomiae mysterium. Quemadmodum enim Christus Dominus, qui est Rex æternus, Pontifex noster appellatus est: ita etiam tribus Iuda, quæ prius erat regia, Sacerdotium per Dominum adeptæ est. **ET** amplius adhuc manifestum est: si secundum similitudinẽ Melchisedech exurgat alius Sacerdos, qui non secundum legẽ mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. ] Ex alio etiam, inquit, ostendi potest huius & illius similitudo. Quemadmodum enim ille non habuit successores Sacerdotii: ita nec hic ipsum ad alios transmittet. Carnale enim mandatum hoc vocavit, utpote leges, propterea quòd sunt homines mortales, præcipiente, ut post mortem Pontificis, illius filius excipiat sacerdotium. Existimo autem per id quod dictum est etiam aliud significari. Corpus enim omnino Sacerdotes purgabant, id aspergentes & lauantes, pro eo sacrificia offerebant. Neque enim pro homicidis, neque pro iis qui matrimonia aliena violant, sacrificia offerre consueverunt, sed pro iis qui feminis profluuiò laborant, & leprosis, & iis qui tangunt ossa mortuorum. Deinde reuertitur ad ceptam de lege orationẽ. **REPROBATIO** quidem sit præcedentis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum, & quantum est non sine iureiurando. ] Cessat inquit, lex: introducitur autem spes meliorum. Illa autem cessat, non ut mala, ut est insana Hæreticorũ sententia, sed ut imbecilla, & quæ non potest perfectam asferre utilitatem. **NOTANDUM** autem est quòd quæ sunt legis superuacaneæ, ea vocat imbecilla & inutilia, circuncisionem, sabbatum, & quæ sunt his similia. Quæ sunt autem legis necessaria, nouum quoque testamentum etiam cum incremento ea seruare præcipit. Pro illis ergo accepimus spem futurorum bonorum. Ea nos Deo familiares efficit. Iusiurandum autem nobis confirmat Dei promissionem. **ALII** quidem, sine iureiurando Sacerdotes facti sunt. Hic verò cum iureiurando per eum qui dixit ad illum. Iurauit Dominus, & non poenitebit eum: Tu es Sacerdos in æternum. ] Quoniam enim idem etiam eos qui in lege erant Sacerdotes ordinauit, illis autem cessare iussis, pro illis alium renuntiavit: necessario dixit eum quidem illos constituisse absque iureiurando: in hoc autem etiam iusiurandum adiecit. Ne ergo existimetis fore ut hoc sacerdotium sicut illud desinat, & rursus aliud eius loco surrogetur. Eiusmodi enim suspicionem excludit iusiurandum quod datum est. **INTANTVM** melioris testamenti sponsor factus est Iesus. ] Postquam ostendit Sacerdotium legi esse coniunctum: deinde cessare quidem Leuiticum, exortum autem esse id quod est secundum ordinem Melchisedech, audacter deinceps nouum testamentum aperit: & pronuntiat id tanto esse veteri præstantius, quanto priori sacerdotio secundum melius apparuit. Quoniam autem nouum testamentum regnum cœlorum pollicebatur, & mortuorum resurrectionem, & vitam æternam: eorum autem nihil adhuc visum

Mich. 5.

4. Reg. 14.

surgit.

ablatio, infirmitas, abrogatio. *ἀποκλήσιον*, perfectum reddidit.

ei *παρ' ἑαυτὸν*, nam alii quidem.

Post in æternũ, Græcum habet, secundum ordinem Melchisedech.

**A** sum fuerat, iure eius sponforem seu fideiussorem Dominum Iesum nominauit, qui per suam quidem resurrectionem, resurrectionis nostrae spem confirmavit: suam autem resurrectionem per miracula quae fiebant ab Apostolis tradidit. Deinde rursus etiam ex alio ostendit superius esse hoc sacerdotium. **ET** alii quidem plures facti sunt Sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: Hic autem eo quod maneat in aeternum, perpetuum habet sacerdotium. ] Qui ex lege, inquit, sunt Sacerdotes, habent mortalem naturam. Qua de causa non possunt perpetuo fungi Sacerdotio sed habent filios Sacerdotii successores. Hic autem cum sit immortalis, non transmittit ad alium munus Sacerdotii. **VND E** & saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis. ] Vel ipsa verborum humilitas exclamat nihil horum pertinere ad Christi diuinitatem. Non enim propterea viuunt ut interpellent pro nobis. Illius enim vita est expers & principii & finis. Haec ergo sunt intelligenda quo ad humanitatem. Quemadmodum enim passionem pro nobis sustinuit, ita etiam interpellat pro nobis. Et tamen humilitati coniunxit etiam altitudinem diuinus Apostolus. Dixit enim ipsum nos seruare, & salutem perfectam praebere. **TALIS** enim decebat ut nobis esset Pontifex: sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior caelis factus. ] Existimo vel eos qui veritati contraria sentiunt, confessuros haec esse humanitatis propria, non diuinitatis. Ut enim alia praetermittam, illud Excelsior caelis factus, quomodo Deo verbo conuenerit, qui est omnia fabricatus: Significat autem id quod dicitur eum qui passionem supra caelos peruasit. Deus autem sermo habet naturam quae nequit circumscribi. Ergo haec etiam Domino Christo attribuemus ut homini, non eum aliquem alium a Deo verbo intelligentes, sed scientes quid sit diuinitatis, quid humanitatis proprium. **QVI** non habet necessitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi, hoc enim fecit semel se offerendo. ] Duo posuit quae non habebant qui erant Sacerdotium consecuti. Illi enim & assidue hostias offerebant, & pro seipsis sacrificabant, ut qui etiam ipsi delinquerent, ut homines. Qui sunt autem peccatis obnoxii, non tanta utuntur libertate dicendi. Hic autem neutrum eorum facit, hoc quidem, quoniam nulli est peccato affinis. Illud vero, utpote quod vnum sacrificium ad salutem suffecerit. Et illi quidem alias offerebant hostias. Hic vero suum ipsum corpus obtulit, ut qui fuerit & sacerdos, & hostia, & ut Deus, cum Patre & spiritu donum suscipiat. **LEX** enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes. ] Talis est enim natura hominum. **SERMO** autem iururandi qui post legem est, filium in aeternum perfectum. ] Unigenitus filius habet perfectionem, quae concurrat cum generatione. Ipsum enim perfectum genuit pater. Et hoc itaque etiam intelligendum est quo ad humanitatem. Perfectum enim hic dicit immortalem. Nec tamen est alius filius intelligendus ab eo qui est natura filius, sed idem qui est & natura filius, ut Deus, & qui eandem rursus accipit appellationem, ut homo.

*ἀπαράβατον, non transmittendum.*

*ἵνα τὸ πᾶσι πάντοτε, omnino perfectum. ἵνα τὸ ἐπιτελέσῃ ἑαυτῶν, ad interpellandum pro ipsis.*

*ὅς οὐκ ἔχει, ἡμεῖς ἡμέραν ἀνάγκη, qui non habet necessitatem quotidie. ἀρχιερεῖς, Pontifices. ἵνα ἑαυτῶν ἑαυτῶν, cum seipsum semel obtulit.*

*ὄρκιου ὄρκος, iururandi, quod*

**CAPITVLVM** autem super ea quae dicuntur Talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in caelis, sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. ] Maximum honorem postremum reliquit, & ostendit eum sedere in dextera maiestatis. Sacerdotum enim Parens Aaron, qui Pontificatus munus primus suscepit, cum timore & horrore diuinum introibat tabernaculum. Hic autem sedet a dextris. Adiecit autem illud *λεπτογενής*, hoc est Sacerdotalis muneris

*λεπτογενής, summa autem in iis quae dicuntur λεπτογενής, sacerdotalis muneris administrator.*

minister, quoniam de Pontifice loquitur. Quoniam enim munere sacerdoti **A**  
 tali fungitur, qui seipsum semel obtulit, & non offert amplius sacrificium?  
 Quomodo autem fieri potest, ut idem simul & sedeat, & sacerdotali officio  
 fungatur. Nisi forte dixerit quispiam esse munus sacerdotale, salutem  
 quam ut Dominus procurat. Tabernaculum autem vocauit coelum, cuius  
 est ipse opifex, quem ut hominē dixit Apostolus fungi sacerdotio. OMNIS  
 enim Pontifex ad offerendum munera & hostias constituitur. Vnde necesse  
 est & hunc habere aliquid quod offerat. ] Proprium est Pontificis offerre  
 dona Deo vniuersorum. Ea de causa homo factus vnigenitus, cum nostram  
 naturam suscepisset, eam pro nobis obtulit. si ergo esset super terram,  
 nec esset sacerdos: cum essent qui offerrent secundum legem munera, **B**  
 qui exemplari & vmbra deseruiunt caelestium. ] Hæc posuit ut responderet  
 ac se defenderet, docens se non legem reprehendere, sed illam etiam venerandam  
 ducere, ut quæ habeat figuram caelestium. Eade causa dixit, quod superuacaneum  
 esset eum in terra agentem vocare Sacerdotem, si ii qui sunt ex lege sacerdotes  
 legalem cultum impleant. Si ergo & sacerdotium quod est ex lege, finem accepit,  
 & sacerdos qui est secundum ordinem Melchisedech, obtulit sacrificium, & effecit  
 ut alia sacrificia non essent necessaria, cur noui testamenti sacerdotes mysticam  
 liturgiam seu sacrificium peragunt? Sed clarum est iis qui sunt in rebus diuinis  
 eruditi, nos non aliud sacrificium offerre, sed illius vnus & salutaris memoriam peragere. **C**  
 Hoc enim nobis præcepit ipse Dominus. Hoc facite in meam recordationem,  
 ut per figurarum contemplationem, earum quæ pro nobis susceptæ sunt  
 perpersionum recordemur, & in benefactorem benevolentiam conseruemus  
 & futurorum bonorum perceptionem expectemus. Postquam autem diuinus  
 Apostolus vocauit caelestium vmbra cultum legalem, scripturæ testimonio  
 confirmat id quod dixit. si c v r responsum est Moyfi, cum consummaret  
 tabernaculum. Vide, inquit, omnia facias secundum exemplar, quod tibi  
 ostensum est in monte. ] Cum enim illi quasdam figuras in monte ostendisset,  
 iussit ut eis similia construeret. Sunt ergo vetera figuræ caelestium. Hoc enim  
 subiungit. n v n c autem melius sortitus est ministerium: quanto & melioris  
 testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est. ]  
 Breuiter ostendit excellentiam. Vetus enim testamentum habebat corporales  
 promissiones adiunctas, terram fluentem lacte & melle, & oliuetorum & vinetorum  
 terram, & filiorum multitudinem, & quæ sunt his similia. Nouum autem,  
 vitam æternam, & regnum caelorum. Cum Leuitico sacerdotio excellentius esse  
 ostendisset id quod est secundum ordinem Melchisedech, aperte deinceps certamen  
 suscipit pro nouo testamento. n a m si illud prius culpa vacasset, non utique  
 secundi locus inquireretur. ] Illud autem, a reprehensione alienum, posuit  
 pro eo quod est, Perfectum, id est, sufficiens ad perfectionem efficiens ut  
 nulli sint reprehensioni affines qui eo vtuntur. Quoniam autem hoc sufficiebat  
 ad eos percellendos, qui legitimam vitæ institutionem amplectebantur,  
 Hieremiam prophetam vocat ad eius quod dictum est testimonium, & dicit.  
 v i t v p e r a n s enim eos dicit. Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo  
 super domum Israël, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum  
 testamentum quod feci Patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum,  
 ut educerem illos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in  
 testamento meo, neglexi eos dicit Dominus. Quia hoc est testamentum,  
 quod disponam domui Israël, post dies illos, dicit Dominus. Dabo  
 leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam **B**

Exo. 25.

ὡς ἀπαμωρῶτες, συλλήψεται  
 ἀλλοτρίαν ἀρετήν.

ὡς ἀπαμωρῶτες, συλλήψεται  
 ἀλλοτρίαν ἀρετήν.

Hier. 13.  
 dans.  
 ἐπιγράψω αὐτοῖς, ἐν  
 τῇ καρδίᾳ αὐτῶν.

**A**ham eas, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisq. fratrem suum, dicens. Cognosce dominum. Quoniam omnes scient me à minore vsque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. ] Hoc postquam adduxit testimonium, valde admirabiliter & breuiter legem euicit, & dicit. DICENDO autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. ] Mortalibus enim hominibus lex conuenit, nouum autem testamentum aeternam nobis vitam pollicetur. Iure ergo illud quidem consenuit: Hoc autem manet perpetuo nouum, vt quod sit coniunctum saeculis quae non senescunt.

**B** Hoc etiam aperte docuit Prophetia, dicens. Non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens. Cognosce dominum. Quoniam omnes scient me à paruo vsque ad magnum eorum. Hoc autem nequaquam factum est in vita praesenti: sed fiet in illa. Qui enim in infidelitatis tenebris sunt adhuc circumdati, videbunt illic veritatem, & excidentur, vt est vox diuina. Quia autem umbram caelestium appellauit cultum qui est secundum legem in iis quae ante explicata sunt, eam contexit orationem.

CAPVT IX.

**H**ABVIT quidem & prius iustificationes culturae. ] Ita appellauit mandata, quatenus faciebant ad cultum diuinum. Ita etiam dicit beatus David. Iustificationes tuas doce me. Quinetiam ipse legislator. Haec sunt iudicia & iustificationes, quas locutus est Dominus filiis Israel. Sed ante alia omnia loquitur de tabernaculo. **E**T sanctum saeculare. ] Tabernaculum ita appellauit, vt quod totius mundi figuram teneat. Velo enim intermedio diuidebatur in duas partes, & haec quidem appellabatur sancta, illa vero sancta sanctorum. Et sancta quidem imitabantur vitam quae in terra agitur. Sancta autem sanctorum, formam ac rationem vitae quae agitur in caelis. Ipsum autem velum vsus firmamenti implebat. Duos enim esse caelos diuina nos scriptura docuit, quorum primum quidem cum terra Deus fabricatus est. Secundum autem secundo die fecit, cum dixit, Fiat firmamentum in medio aquae. Deinde subiunxit. Et vocauit Deus firmamentum caelum. Ita etiam dicit beatus David. Coelum caeli Domino. Hoc enim caelum est quidem nostrum tectum: Potestatibus autem, quae sub aspectum non cadunt, est loco soli seu pauimenti. Quemadmodum ergo hoc caelum ea quae sunt inferne seiungit à supernis: ita velum in medio tabernaculi extensum, separabat à sanctis sancta sanctorum. **T**ABERNACVLVM enim factum est primum, in quo erant candelabra & mensa, & propositio panum, quae dicitur sancta. ] Sancta Graece est ἁγία quod legendum est cum accentu acuto in antepenultima. Ita enim nos docet intelligendum esse, alterum nomen. **P**OST velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vna aurea habens manna, & virga Aaron quae fronderat, & tabulae testamenti. Superque eam erant Cherubim gloriae obumbrantia propitiatorium. De quibus non est modo dicendum per singula. ] Per propitiatorium & Cherubim id ostendit habere typum caelestium: Per candelabrum autem & mensam praesentem vitam significauit. **H**IS vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes, in secundum autem, semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia. ] Intincto enim in sanguine digito propitiatorium aspergere iussus est. **H**OC significante Spiritu sancto nondum pro-

ἀδικίας αὐτῶν, iniustitiis.  
 ἢ τῶν ἀμαρτιῶν αὐτῶν, ἢ τῶν ἀνομιῶν ἐπὶ τὸ μνησθῆναι.  
 Et peccatorum & iniquitatum eorum amplius non recordabor.  
 ἀπεκαταίωκα, anti-  
 quauit.  
 ἐργὸς ἀφανισμῶς, prope est vt deleatur.  
 Hier. 13.

λατρίαις, cultus.  
 Psa. 118.  
 κοσμικόν, mundanum.

Gen. 1.  
 Psa. 113.

ἢ, quod vtreferatur ad tabernaculum.  
 ἢ βλαστίασα, quae germinauerat.  
 καὶ μέγας, sigillatim.  
 εἰς μὲν τὴν πρώτην Κοινήν εἰσελθόν διαπαντός, In prius quidem tabernaculum semper ingrediuntur.  
 λειτουργῶντες, sacerdotali munere fungentes.  
 εἰς δευτέραν, in secundum autem.  
 ὁ ἀσπέρων, quem offert.



**A** omnibus subiit, vt eos etiam qui fuerunt obnoxii execrationi propter transgressionem, dignos salute faceret, & æternorum bonorum redderet participes. **VBI** enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioqui nondum valet dum viuit qui testatus est. ] Hoc posuit, eos qui propter mortem Domini agebantur consolans, quòd dato nouo testamento, oportebat etiam esse mortem. Post eorum enim qui testantur mortem, vires testamenta accipiunt. Et hoc etiam probat ex veteri. **VNDE** nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Mose vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum asperfit, dicens. Hic sanguis testamèti, quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerii sanguine similiter asperfit, & omnia penè in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non sit remissio. ] Vetera fuisse nouorum typos ac figuras apertè & absq. vlla dubitatione ostendit. Si ergo etiam in typo legislator accepto sanguine, eoq. aqua commixto, & testamètum ipsum, & populum, & tabernaculum aspergebat: quinetiam qui erant polluti aspersione mundabantur, quid mirum si etiam in veritate hoc factum esse inuenimus? Necessariò autem Mosaicum quoque adduxit testimonium, quod id apertè significaret. Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Quia enim diuina natura est immortalis, per hostiarum sanguinem impleuit mortis figuram, & sanguinem confirmauit. Postquam autem homo factus est Deus sermo, & mortale corpus habuit, rationis expertibus hostiis non amplius fuit opus, sed proprio sanguine nouum confirmauit testamentum. Vmbræ enim conuenit typus, veritas autem corpori. Baptismatis autem typus erat aqua. Salutaris autem sanguinis, rationis expertium animantium sanguis. Diuini autem spiritus gratiæ hyssopi caliditas. Noui autem indumenti, lana coccinea. Impatibilis autem diuinitatis signum cedrinum, est enim lignum quod non putrescit, passionis autem humanitatis, cinis vitulæ. **NBCSSB** est ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari. ] Pro eo quod est, His quæ sunt expertia rationis. **IPSA** autem cœlestia melioribus hostiis quàm istis. ] Nempe rationis compote, & nulli reprehensioni aut vitio obnoxia & sancta hostia. Cœlestia autem appellauit spiritalia, quibus mundatur ecclesia. **NON** enim in manu facta sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. ] Ostendit etiam ex loco differentiam. Sacerdotes enim introibant in tabernaculum manu factum: vel in nouum recenter excisum. Ipse autem in cœlum. Illud autem, vt appareat nunc, vt homo scilicet. Nunc enim primum humana natura ascendit in cœlum. **NEQVE** vt sæpe offerat seipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. ] Qui sunt legis sacerdotes, singulis annis in sancta sanctorum introeunt. Christus autem semel hoc fecit in consummatione sæculorum. Et illi quidem in sanguine alieno. Ipse autem in proprio. **NUNC** autem semel in consummatione sæculorù, ad destitutionem peccati per hostiam suã apparuit. ] Omnino enim peccati vires profligauit, nobis immortalitatem pollicitus. Id enim corporibus immortalibus non potest exhibere molestiam. **ET** quemadmodum statutum est hominibus semel mori, potest hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatu est ad multorum exhaurienda peccata: Secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem. ] Quemadmodum enim definitum est vt vnusquisque homo semel

Exo. 14.

ἀπόκταται, repositum est.  
 ἀνεργασίαι, tollenda.  
 ὁφθαλμοί, videbitur.

moriatur: qui autem mortis præscriptum suscepit, non peccat quidem amplius, expectat autem ut de iis quæ in vita gessit examinetur: ita Christus Dominus pro nobis semel oblatus, nostris susceptis peccatis, rursus nobis apparebit, peccato non amplius dominante, pro eo quod est, non amplius locum habente peccato in hominibus. Ipse enim licet mortale corpus haberet, peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius. Notandum est autem quod dixit eum multorum peccata sustulisse, non omnium. Non omnes enim crediderunt. Eorum ergo qui crediderunt solum peccata sustulit.

CAPVT

X.

ἐπε τὸ δουλεύειν, per petuo.

ἐπιπέσει, ἢ ἐπιπέσει, ἢ, alioqui non cessassent.

Psal. 50.

Psal. 39.

Ioan. 3. ἡμετερον, sacra munera obiens.

ἡμετερον, oblati hostia. ἡμετερον, demceps. ἡμετερον, politu fuerint. ἡμετερον, perfectos effecit.

**V**MBRAM enim habens lex futurorum bonorum, nõ ipsam imaginem rerum per singulos annos, eisdem ipsis hostiis quas offerunt indefinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. ] Res vocat vitam futuram. Rerum autem imaginem institutionem Euangelicam: Vmbra autem rerum imaginis, vetus testamentum. Imago enim ostendit euidentius exemplaria: Imaginis autem adumbratio ea ostendit obscurius. Ei veteris testamenti imbecillitatem assimilauit. Multas enim, inquit, hostias easque quotannis offerentes, eos qui ex lege vitam instituunt non possunt perfectos efficere. **ALIO QUI** cessassent offerri: ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati cultores, semel mundati. ] Propterea illa sine accipiunt, ut quæ non possint puram reddere conscientiam. **SED** in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. ] Ostendit imbecillitatem legis & utilitatem. Peccata enim non potest adimere: sed ea accusat, & timorem incutit, & cogit ut ad gratiam accedant. **IMPOSSIBILE** enim est, sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. ] Quem enim homicidam aut parricidam innoxium dimisit sanguis animantium ratione carentium? Propterea etiam clamabat beatus Dauid. Si voluisses, sacrificium dedissem, holocaustis non delectaberis Diuinus autem Apostolus aliud etiam adducit testimonium. **IDEO** ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata, & pro peccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi. Ecce venio, in capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam. ] Deinde exponit testimonium. **SUPERIUS** dicens, quia hostias & oblationes & holocaustomata & pro peccatis noluisti, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam. ] Cum enim ostendisset, inquit, Deo non placere animantium rationis expertium sacrificia, tunc seipsum ostendit, & quæ de eius apparitione & aduentu factæ erant prædictiones. Hoc enim dixit. In capite libri scriptum est de me. Et id ipsum rursus aliter ostendit. **AUFERT** primum, ut sequens statuatur. ] Primum dixit brutorum sacrificium, secundo autem rationale, quod ab ipso oblatum est. **IN** qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. ] Apertè ostendit Dei voluntatem esse hominum salutem. Hoc etiam dixit Dominus. **HÆC** est enim voluntas mea, ut omnis qui credit in me non pereat, sed habeat vitam æternam. **ET** omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata. ] Eadem enim sacrificia iussi erant sacerdotes assiduè offerre, peccatorum tamen solutio per illa non fiebat. **HIC** autem vnã pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet ad dexteram Dei, de cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. ] Illic & sacerdotum & hostiarum multitudo, nulla verò utilitas: Hic autem vnus & idem sacerdos & hostia, & peccatorum solutionem effecit, & alio

**A** & alio non eget sacrificio: sed fedet vnà cum Patre, præsentis vitæ finem expectans. Tunc enim omnes eius hostes eum adorabunt vt Deum & Dominum. Eius autem inimici, primus quidem Diabolus, & Dæmonum caterua: Deinde ex Iudæis & gentibus qui fidei radium non susceperunt. Cum his autem etiam Hæreticorum turba, quæ eum blasphemis & maledictis impetere ausa est. Deinde collationi finem impositurus, Hieremiæ prophetiam rursus in memoriam reuocat. Et prophætæ quidem nomen non dicit, spiritum autem qui per eum locutus est ostendit, & dicit. **CONTESTATUR** autem nos & spiritus sanctus. Postquam enim dixit. Hoc autem testamentum, quod testabor ad illos, post dies illos dicit Dominus. Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum inscribam eas, & peccatorum, & iniquitatum eorum non recordabor amplius. ] Deinde mirabiliter subiungit. **VBI** autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato. ] Est enim superuacanea, data remissione. Peccatorum autem remissionem est pollicitus. Ipsorum enim peccatorum, inquit, & iniquitatum non recordabor amplius. Hoc autem factum est per nouum testamentum. Accipimus enim etiam in sanctissimo baptismo remissionem peccatorum: in futura autem vita suppeditata nobis immortalitate, sine omnibus viuemus, vt pote cum peccatum non possit amplius molestiam exhibere iis qui immortales facti sunt. Hanc autem vitam vtinam detur consequi. Consequemur autem, si in vita præsentis virtutis labores & pro ea contentiones prompto & alacri animo suscipiamus. Nobis quoque feret auxilium ipse Dominus, qui est futurorum bonorum conciliator. Cui & cum quo Patri cum sanctissimo Spiritu conuenit gloria & magnificentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

μαρτυρεῖ, testificatur.  
Hier. 31.  
δι' αὐτοῦ,

**TOMVS TERTIVS.**



**D** ABENTES itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam inchoauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde in certitudine fidei. ] Postquam fecit comparationem, & ostendit & hanc quietem ea quæ est ex lege multo meliorem, sacerdotium quoque & testamentum simul conferens, quantum hæc illis antecellerent monstrauit, suafione deinceps vtitur, exhortans vt meliora sectentur. Sancta autem cælum vocauit. Ita enim dixit in prioribus. Neque enim in manu facta sancta Christus ingressus est, sed in ipsum cælum. Eorum autem viam, optimum vitæ institutum, & resurrectionem ex mortuis. Viæ autem initiationem seu dedicationem, per ea primum esse ingressum. Primus autem Dominus, cum ex mortuis resurrexisset, cælos ascendit. Propterea & recentem & viuentem viam appellauit. Recentem quidem, vt quæ tunc primum apparuerit. viuentem autem, vt pote quod mors cessauerit. Qui resurrectionem enim consecuti sunt, fieri non potest vt in mortem rursus incidant. Velamen autem Christi carnem vocauit. Per eam enim aditum in sancta sanctorum consequimur. Quemadmodum enim legis sacerdos per velamen in sancta sanctorum introibat, nec vt aliter ingrederetur fieri poterat: ita qui in Dominum crediderunt, per sanctissimi corporis participationem ciuitatem cœlestem adipiscuntur. Domum autem Dei appellauit fideles. Necessario autem adiecit illud. In certitudine fidei. Videri enim non possunt nec tabernaculi adyta, nec hostia, nec Pontifex:

παρρησιᾷ, libertatem ad introitum.  
ὁ νεκρὸς, deducit.  
πληροφῶν,



sed per solam fidem cernuntur. Hic est ergo sensus eorum quæ dicta sunt. **A**  
 Quoniam ostensum est gratiam esse lege multo maiorem, & cœlum qui-  
 dem nobis apertum est, via autem est pulchra, & primus Christus dominus  
 per eam ingressus est, accedamus cum sincera affectione, hæc ita habere cre-  
 dentes, & omnem dubitationem ex anima expellentes. Hoc enim appellavit  
 certitudinem. **ASPERSI** corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua  
 munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. ] Hæc quoq;  
 posuit per comparationem. In lege enim utebantur aspersioibus: & cor-  
 pus frequenter lauabant. Qui autem ex nouo testamento vitam instituunt,  
 per sanctissimum baptismum animam expurgant, & à prioribus maculis li-  
 beram reddunt conscientiam. Aspersioem ergo & aquam mundam diui-  
 num baptismum appellavit. Spei autem confessionem, credere in bona fu-  
 tura. Hoc enim subiunxit, **FIDELIS** enim est qui repromisit. ] Verax. n.  
 est qui est pollicitus. Ex qualitate autem personæ promissi firmitatem osten-  
 dit. **ET** consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum  
 operum. ] Ad nos, inquit, inuicem respiciamus, & vnusquisque proximi  
 sui bona & ex virtute facta imitetur. Ferrum enim ferrum acuit, & lapis cū  
 lapide collisus flammam parit. **NON** deferentes collectionem nostram, si-  
 cut consuetudinis est quibusdam. ] Effectus enim charitatis est, non diui-  
 sio, sed perfecta vnio. Aggregationem enim appellet consensionem & con-  
 cordiam. Innuit autem fuisse nonnullos qui eam ausi sunt dirimere. **SED** **C**  
 consolantes, & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. ]  
 Quotidie enim aduentui Domini propinquoires reddimur. Ita etiam scri-  
 bens ad Romanos, dixit. Nunc propius est nostra salus, quàm quando credi-  
 dimus. Deinde terret eos recordatione iudicii. **VOLUNTARIE** enim pec-  
 cantibus nobis post acceptam notitiam veritatis: iam non relinquitur pro-  
 peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicii, & ignis æmu-  
 latio, quæ consumptura est aduersarios. ] Per hæc autem nequaquam pro-  
 hibuit pœnitentiam, sed dixit non esse secundam hostiam. Semel enim pro  
 nobis immolatus est Christus. Illud autem Voluntarie, posuit, docens ea  
 quæ præter animi sententiam fiunt, aliquam veniam mereri. Aduersarios **D**  
 autem vocauit, non solum hostes veritatis, sed eos etiam qui diuinis legi-  
 bus sequuntur contraria. Quam hoc autem sit absurdum, ostendit ex com-  
 paratione eorum quæ in lege habentur. **IRRITAM** quis faciens legem  
 Moyse, sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur, quanto ma-  
 gis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & san-  
 guinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gra-  
 tiæ contumeliam fecerit. ] Si is qui conuincitur quòd legem Moyse sit  
 transgressus, de medio tollitur: considerate quanto est morte dignior, qui  
 ipsum Moyse Deum habet despiciatui, & tanquam communem sanguinem  
 pretiosum contemnit, & ipsam spiritus gratiam contumelia afficit? Sub spe-  
 cie enim adhortationis ostendit rursus differentiam, quòd scilicet hic qui-  
 dem filius: ille vero seruus, & quòd illa quidem sunt brutorū sacrificia, hoc **E**  
 verò est & rationale & sanctissimum. Iam verò legi non opposuit legem,  
 sed sanguinem & spiritum. Per hæc enim salus nobis obtingit. Minas autem  
 confirmat scripturæ testimoniis. **SCIMVS** enim qui dixit. Mihi vindictam,  
 & ego retribuam. Et iterum. Iudicabit Dominus populum suum. ] Post-  
 quam autem id quod dixit muniit testimoniis, minatur definitiue. **HOR-**  
**RENDVM** est incidere in manus Dei viuentis. ] Quoniam autem hæc sat-  
 tis erant vt eos molestia afficerent, vt quæ negligentiam significarent, &  
 Dei contemptum: eorum quæ dixit acerbiter, illorum quæ rectè & ex  
 virtute

ἐκείνους,

ἰσχυροὺς ἀγ-  
gregationem.  
ἰσος, mos est.

ποσὶν μᾶλλον ὅσα  
βλέπετε, eo ma-  
gis quòd videtis  
Rom. 13.

ἦ ζῆλος, zelus.  
ἰδιὸν μέλλοντες,  
qui est deuora-  
turus.

ἡ ὁμοιοῦντες χελ-  
εῖνος ἀξιοῦνται  
μυωρίας, quanto  
deteriori puta-  
tis supplicio di-  
gnus habebitur.  
καὶ ἰσὺν, commu-  
nem.

Deut. 32.  
Post retribuam,  
Græce est, ἀγ-  
κόμενος, dicit Do-  
minus.

**A** virtute ab illis gesta sunt recordatione temperavit. Nihil enim promptiores & alacriores reddit quam rerum à se præclare gestarum memoria. **REMEMORAMINI** autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinivistis passionum, & in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conuersantium effecti. Nam & vincis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos meliorem & manentem habere substantiam. ] Volo vt vobis in memoriam redeant præclara illa certamina. Statim enim accepta Dei cognitione, multa & præclara certamina vicistis, aliquâdo quidem ipsi conuitis & maledictis affecti, & vestris facultatibus cum gaudio priuati, aliquando verò iis qui ea patiebantur impertientes, & nullum non genus auxilii præbentes. Vnumquodque autem horum lubenter & alacriter faciebatis, quoniam promissorum in cœlis bonorum spem habebatis. Deinde exhortatoriè. **NOLITE** itaque amittere confidentiam vestram. ] Ex victoria. n. vobis magnam parastis libertatem. Porro autem ostendit etiam præmia certaminum. **QUAE** magnam habet remunerationem. ] Iam verò docet etiam quomodo quis ea possit consequi. **PATIENTIA** enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. ] Est enim merces commoderata labori, & prout est opus datur retributio. Et vt valde negligentes consolans, & animum addens, erant enim vehementes aduersariorum impetus, ostendit appropinquare Agonothetâ, & propediem coronas præbiturum. **ADHVC** enim modicum aliquantulumque, qui venturus est veniet, & nõ tardabit. ] Propè est, inquit, Dominus, veniet quam citissime: & bonis cœlestibus labores remunerabitur. Et quoniam verisimile erat nonnullos de eo dubitare, iure subiungit, **IUSTVS** autem meus ex fide viuít. ] Deus, inquit, hæc dixit per Prophetas. Qua de causa etiam quando lex dominabatur, fidei medicamentum salutem procurabat. **QUOD** si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. ] Subtractionem appellauit dubitationem. **NOS** autem non fumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. ] Per fidem enim Deo coniuncti & familiares efficimur. Deinde ostendit eos, qui & ante legem & in lege per fidem Deo dilecti & insignes extiterunt. Duo autem per hæc simul efficit. Fidei enim vim ostendit. Quæ enim lex non effecit, à fide perfecta sunt, & iis qui propter aduersariorum insultus angebantur & se afflictabant, consolationem adhibet; ostendens eos omnes immortalem gloriam habuisse, qui ea via ingressi fuerint. Et primum quidem omnium docet nos definitionem fidei.

CAPVT XI.

**E**ST AUTEM fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. ] Ea enim quæ non videntur per eam videmus: & ad eorum quæ sperantur contemplationem ea nobis oculus efficitur, & ostendit tanquam subsistentia ea quæ nondum facta sunt. Mortuis adhuc omnibus in sepulchris iacentibus, fides nobis ante describit futuram eorum resurrectionem &, vt pulueris corporum visione apprehendatur immortalitas efficit. Deinde eorum qui olim fuere sanctorum catalogum ea clarum fuisse ostendit. **IN** hac enim testimonium consecuti sunt senes. ] Hoc est, qui olim fuerunt, qui ante legem, & in lege insignes fuere sancti. Primo autem ponit quod scriptis nobis primum traditum est. Prima autem nobis in scriptis tradita est doctrina. In principio Deus fecit cœlum & terram, & alia quæ de creatione dicta sunt. **FIDE** intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent. ] Neque enim corporis oculus vidit Deum vniuersorum fabricantem: sed fides nos edocuit, quòd qui sem-

ἀναμνηστικῶς, reuocate in memoriam.  
 ἴσμεν, partim.  
 ἴσμεν, partim.  
 τοῖς δεσποῖς μετ' ἐπιθέσειν, vinculoꝝ meoꝝ miserti estis.  
 ἀρπαγέν, direptionem.  
 μένουσαν ἢ ἕξουσίαν, manentem in cœlis.

παρρησίαν, libertatem.

ἐπαμονίης γὰρ ἔχοντες, patientia n. vobis opus est

ἔτι γὰρ μικρὸν ἔσται, adhuc enim per pusillum.

ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται, iustus autem ex fide viuét.

ἀπὸ κρυπτῶν, quæ sperantur.  
 μὴ βλεπομένων, earum quæ non videntur.

Gen. i.  
 κατὰ τὴν ἰδέαν, perfecta esse.  
 ὅτι μὴ φανερώνοντα, ex iis quæ non apparebant.

- per est Deus ea quæ nō erant fecit. Huius enim nullum est exemplum apud <sup>A</sup> homines, & tamen cum natura nos nihil tale doceat, habemus fidem, rerum admirabilium, & quæ sunt supra fidem, magistram. Ex iis enim quæ sunt fabricantur homines. Vniuersorum autem Deus ex iis quæ non erant ea quæ sunt deduxit. **FIDE** plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus: testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. ] Maiorem hostiam appellauit pretiosiorē. Idque manifestum est ex accusatione Cain. Illi enim dixit. Non rectē obtulisti, rectē autem non diuifisti. Abel ergo & rectē diuifit, & pie obtulit. Vtrunque autem fecit, fidem habens magistram. <sup>B</sup> Illud autem, Adhuc loquitur, pro eo quod est, In præsens vsque tempus canitur ac celebratur, & ab omnibus piis laudatur ac prædicatur. **FIDE** Enoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. Ante trāslationem enim testimonium habuit placuisse Deo. ] Deus eum qui illi placuerat transtulit. Placuit autem, vt qui crediderat Deum esse pietatis agonothetam. Deinde enuntiatiuē. **SINE** fide autem impossibile est placere Deo. ] Attulit etiam probationem suæ enuntiationis, eam iam per sententiam effingens. **CREDERE** enim oportet accedentem ad Deum quod est, & inquirentibus se remunerator sit. ] Qui enim non hæc ita habere crediderit, virtutis labores non sustinet. Neque enim Agricola in agro colendo sudores toleraret, nisi se laborum fructus relaturum speraret. <sup>C</sup> Ita etiam gubernat or ad portus respiciens, multos labores perpetitur. **FIDE**, Noë responso accepto de iis quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus. ] Fides enim effecit vt arcam construeret. Si enim non valde credidisset ei qui hoc iussit facere, similiter ac alii homines amasset improbitatem. Condemnauit autem mundum, vt qui solus ex illis omnibus recta via ingressus sit. Fuit autem hæres iustitiæ, quæ est per fidem. Pro eo quod est. Ex se recte & ex uirtute gessit. Non enim vitæ ex lege institutionem secutus est, sed cum fuisset fidei alumnus, vt renunciaretur assecutus est. **FIDE**, qui vocatur Abraham, obediuit in locum <sup>D</sup> exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, nesciens quod iret. ] Illud qui vocatur Abraham, dixit propter mutationem nominis. Abram enim qui dicebatur, appellatus est Abraham. Cùm autem credidisset ei qui illum vocauit, paternam domum reliquit, & secutus est, nesciens quamnam terram ei se daturum pollicetur. Veni enim, inquit ei, in terram quam tibi ostendero. **FIDE** demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. ] Sed nec cum in terram promissam accessisset, dominatum in ea obtinuit, sed & ipse, & filius, & nepos, inquilinorum ritu vixerunt, tanquam in terra peregrina habitantes in ea quæ erat ex promisso eorum propria. Qua de causa nec domos extraxerunt, sed in tabernaculis perpetuò habitauerunt. Verum tamen esse crediderunt eum qui erat pollicitus, licet non <sup>E</sup> viderent rerū testimonium fidei consentire. **EXPECTABAT** enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & conditor Deus. ] Præsentia enim non concupiscebatur: sed futura desiderabat. Illa enim sunt verè firma ac stabilia. Per fundamenta enim significauit sufficientiam. Non manu factam autem ciuitatem, vocauit vitam quæ in coelis agitur. Hoc etiam dixit in iis quæ præcedunt. Non enim in sancta manufacta ingressus est Christus, sed in ipsum cælum. **FIDE** & ipsa Sarra sterilis virtutem in conceptione feminis accepit, etiam præter tempus ætatis, quoniam fidelem credidit esse eum
- Gen. 4. <sup>μαίωρα, maiorē.</sup>  
<sup>νεκρωτῶν, mortuus.</sup>
- Gen. 5. <sup>ὁ ἀπαρχόμορος τῶ θεοῦ, eum qui ad Deū accedit.</sup>  
<sup>αὐτὸν, ipsum.</sup>
- Gen. 6. <sup>κατασκευαστῆς, construxit.</sup>
- Gen. 12. <sup>ἀναρρήσιος ἐτυχεῖν.</sup>
- Gen. 12. <sup>περιόκηται, fuit inquilinus.</sup>  
<sup>ξένη, peregrina.</sup>  
<sup>ἐν σκηναῖς καὶ οἰκίαις, vt qui in tentoriis habitauerit.</sup>
- Gen. 18. <sup>ἐν καὶ τῶ οὐρανῷ, ad conceptionem.</sup>  
<sup>ὁ ἀπαρχόμορος ἡλικίας ἑταίρι, & præter tempus ætatis peperit.</sup>

**A**, eum qui repromiserat. ] Primum enim risit, ut quæ nesciret naturam eius qui pollicebatur, & fines humanæ naturæ cognosceret. Ne pareret enim obstabat non solum senectus, sed etiam matricis debilitatio. Sed postquam rescivit quis polliceretur, & credidit, & peperit, ut credidit. **PROPTER** quod & ab vno orti sunt & hoc emortuo, tanquam sydera cœli in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis. ] Ab vno Abraham. Sin autem etiam vtrunque vnum intellexerimus, minimè aberrabimus. Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Deinde ostendit syllogisticè eos quidem omnes vidisse per fidem honorum, laborum remunerationes, in præsentem autem vitam eas non esse consecutos. Hoc enim sic ostenso, **B** cum etiam in confesso fuerit iustum esse iudicem, simul etiam vita futura probata est. Qui enim per omnes virtutes ingressi sunt, laborum autem præmia in vita præsentem non acceperunt, clarum est eos illa omnino accepturos, quoniam est iustus iudex. Erit ergo aliqua alia vita, in qua qui vicerunt victores renuntiabuntur. Hæc autem docet etiam Apostolus in iis quæ consequuntur. **I V X T A** fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confitentem quod peregrini & hospites sunt super terram. ] Ita dixit Patriarcha Abraham Filiis Chet. Peregrinus & advena ego sum vobiscum: Date mihi ius sepulchri vobiscum, & sepeliam mortuum meum à me, & qui totius terræ promissionem acceperat, ne trium quidem cubitorum locum possidebat. Hoc etiam dixit insignis victor Stephanus. Et nec fuit quidem illi passus pedis. **C** Ita etiam beatus David, quamvis & Rex esset, & in illa terra dominatum obtineret, assidue clamabat. Advena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. **Q V I** enim hæc dicunt, significant se Patriam inquirere. ] Qui, inquit, seipsum nominant peregrinos, significant se nihil ex præsentibus proprium iudicare, sed res alias cupere. Hoc etiam dixit Dominus. Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? **E T S I** quidem ipsi meminissent de qua exierunt: habebant utique tempus revertendi. ] Si enim Charram vel Chaldæorum regionem patriam existimasset Patriarcha, & ea de causa seipsum nominabat advenam, cum habitaret Palæstinam, facillime potuisset reverti si voluisset. **N V N C** autem meliorem appetunt, id est cœlestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum, paravit enim illis civitatem. ] Non dicit aliquod ædificium, sed vitam quæ in cœlis agitur. Hoc enim dicit etiam paulopost. Sed accessistis ad Sion montem & civitatem Dei viventis cœlestis Hierusalem. Opportunè etiam posuit illud, Non erubescit. Virtutum enim Deus, & Angelorum Dominus, & cœli, & terræ opifex, interrogatus, Quod est tibi nomen, aliis relictis dixit. Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Hoc nomen mihi æternum, & monumentum generationibus generationum. **F I D E** obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur: & unigenitum offerebat, in quo susceperat promissiones. Ad quem dictum est. In Isaac vocabitur tibi semen. ] Et eorum qui ex Isaac originem ducturi erant, pollicitus est Dominus se effecturum multitudinè arenæ maris similem: & ipse iussit Isaac fieri hostiam. A duobus ergo contrariis cogitationibus obsessus Patriarcha, & habens præterea naturam, quæ quovis lictore sævius eum excruciat, facile omnia superavit, & hostiam obtulit. Porro autem ostendit etiam cogitationem, qua fretus alias fudit ac profligavit. **A R B I T R A N S** quod & à mortuis suscitare potest Deus. ] De eorum enim qui descensuri erant multitudine cogitationem expugnauit, credens quod vel occisus filius possit reuiuiscere, si Deus voluerit. **V N D E E V M** & in parabolam

ἡ, καὶ ἔ, idque.

Gen. 23.

Act. 7.

Psal. 38.

Luc. 16.

ἐκ τῆς ἐξουσίας, καὶ  
erubescit.

Exo. 3.

Gen. 22.

ὁ ἀνὴρ Ἰσαὰκ, qui  
susceperat.

λογισθεὶς, cum  
considerasset.

ἡ, ὅμοιοτης, simili-  
tudinem, com-  
parationem.

accepit. ] Hoc est, tanquam in symbolo & typo resurrectionis. Prompto enim & alacri Patris animo interemptus, voce eius qui occisionem prohibuit reuixit. Porro autem in ipso etiam fuit antè descriptus passionis salutaris typus. Quae de causa dixit etiam Dominus Iudæis. Abraham Pater vester exultauit vt videret dipm meum, & vidit, & gauisus est. **FIDE ET** de futuris benedixit Isaac Jacob & Esau. ] Neque enim quæ non videbantur dedisset benedictiones, nisi credidisset fore vt res verba sequerentur. **Gen. 17.** **FIDE** Jacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fastigium virgæ eius. ] Præsignificauit enim regnum Ephraim, & decem tribuum subiectionem. Quocirca ipse præfiguratur eorum adorationem. **Gen. 48.** **PER** fidem Ioseph moriens, de profectioe filiorum Israël memoratus est; & de ossibus suis mandauit. ] De ossibus enim suis non mandatum dedisset, nisi credidisset diuinis promissionibus. **FIDE**, Moyses natus occultatus est tribus mensibus a parentibus suis: eo quod vidissent elegantem infantem, & non timuerunt Regis edictum. ] Cùm enim ad infantis speciem respexissent, sperarunt fore vt Deus eius curam gereret. **FIDE**, Moyses grandis factus, negauit se esse filium filia Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei quàm temporalis peccati habere iucunditatem. ] Qui enim in regia educabatur, & omni deliciarum genere fruebatur, & Regina vocabatur filius, non statuisset esse satius cum iis qui erant sui generis affligi, nisi fidei vtens oculis, ad Agonothetam respexisset. Peccati autem iucunditatem appellauit vitam quæ cum impiis transigitur. **MAIORES** diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum, improprium Christi, respiciebat enim ad remunerationem. ] Pro eo quod est. Quod in typo Christi similis est Christi probris, quod aduersus pietatem ab aduersariis intentatur. **FIDE**, reliquit Aegyptum, non veritus animositatem Regis. Inuisibilem. n. tanquam videns sustinuit. ] Aegyptum quidem timens reliquit, audacter autem Aegyptum confodit. Fugam ergo posuit pro causa fugæ. **FIDE** celebravit pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua, tangeret eos. ] Sine fide enim quomodo credidisset mortem ouis sanguine prohiberi, sed per figuram præuidebat veritatem, & mortis Dominicæ somnia bat potentiam. **FIDE**, transierunt mare rubrum, tanquam per aridam terrâ, quod experti Aegyptii deuorati sunt. ] Cum fide. n. cum aquas percussisset, alienam illam viam populo munit, quæ fuit sepulchrum Aegyptiorum. **FIDE**, muri Hiericho corruerunt, circuitu dierum septem. ] Tubarum. n. sonitus cum fide editus moenia instar tubarum diruit. **FIDE**, Raab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace. ] Et non prohibuit vitæ improbitas salutem. Contexit. n. fides peccati vulnera. Est autem iure admiranda Apostolica sapientia, vel potius est laudanda diuini spiritus operatio, quod cum Moyse, Abraham, & Noë, & Enoch, & aliis alienigenam & meretricem coniunxerit: Vt & fidei ostenderet potentiam, & Iudæorum deprimeret supercilium. Sexcenta. n. eorū millia propter infidelitatem in deserto consumpta sunt, ex sua ex lege vitæ institutione nulla utilitate percepta. Hæc autem quæ ab Abrahæ quidem cognatione procul aberat, erat autem à legalibus institutis aliena, & libidinosè ac impudice magnam vitæ suæ partem transfegerat, per fidem salutem est consecuta: & ecclesie figuram adumbravit. Quemadmodum. n. ea exploratores cum fide suscepit, ita etiam ecclesia Apostolos. Et quemadmodum illa signum salutis accepit funem coccineum: ita etiam ecclesia per sanguinem Domini æterna bona est assecuta. Cùm horum mentionem sic fecisset diuinitus Apostolus, & eorum quæ dicta sunt vidisset longitudinem, acruatim cæterorum memi

Ioan. 8.  
Gen. 17.  
Gen. 48.  
Gen. 47.  
Exo. 2.  
Exo. 2.  
Exo. 12.  
Exo. 14.  
Ios. 5.  
Ios. 6.  
Ios. 2.

ἐξῆλθε, exitu.  
ἐμνημόνευσε, mentionem fecit.  
ἐπρόσθετε, temporalis.  
ἡ ἀειδιόγητος, probrum.  
Θυμὸν, iram.  
ὁ γὰρ ἀσεβὴς ὡς ὄρνιθ ἀκαρτέρηται, vt qui enim videret inuisibile forti animo fuit.  
ὁ ἀλοθρευτὴν ἀποπέτασε, qui perimebat primogenita.  
καταπέσισαν, demersisunt, seu obruti sunt.  
κακλῶν ἐπὶ ἐπιπέδῳ ἡμέρας, circumdata ad dies septē.  
καὶ 2.

καὶ 2.

A  
B  
C  
D  
E

**A** meminit. **ET** quid adhuc dicam. Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Sampson, Hiephthæ, David, Samuel. ] Horum nomina quidem posuit: quæ autem ab illis rectè & ex virtute gesta sunt prætermisit. In iis autem quæ consequuntur, minus quidem apertè, ea tamen dicit quæ in vno quoque eorum fuerunt præstantissima. Deinde communiter aliorum quoque facit mentionem, & dicit. **ET** Prophetis. ] Iam verò dicit etiam quæ ab eis præclare gesta sunt. **QUI** per fidem vicerunt regna. ] Gedeon Mediæ terram consumpsit ac deuastauit. Sampson alienigenas, Barach, Sisara. David, & Aménitas & Amalecitas, & utrosq. Syros. Samuel alienigenas. **OPERATI** sunt iustitiam. ] Hoc est commune omnium sanctorum. **ADEPTI** sunt repromissiones. ] Et Abrahæ pollicitus est Dominus se in semine eius benedicturum omnes gentes, & Isaac & Iacob eandem dedit benedictionem. Quinetiam David dedit promissiones de Christo Domino, & eorum per facta veritatem ostendit. Pollicitus est etiam reditum à Babylone: & impleuit promissum. **OBTVRAVERUNT** ora Leonum. ] Daniel. **EXTINXERVNT** impetum ignis. ] Ananias, Azarias, & Misael. **EFFUGERVNT** aciem gladii. ] Ii qui in bellis vicerunt. **CONVALVERUNT** de infirmitate. ] Zorobabel, & qui cum eo reuersi sunt, & à captiuitate quidem liberati sunt, finitimos autem qui in eos insurrexerant vicerunt. **FORTES FACTI** sunt in bello. ] Et qui prædicti sunt, & Matthathix filii, Iudas, Ionathas, & Simon. **CASTRA** verterunt exterorum. ] Idem variè dixit. **ACCEPERVNT** mulieres de resurrectione mortuos suos. ] Admirabilis Helix & Helysai miracula. Ille enim viduæ: Hic verò Sumanitidis filium excitauit. **ALII AVTEM** distenti sunt non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. ] Eleazarus, septem Maccabæi, & eorum mater. **ALII VERO** ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres. ] Ii ipsi, & alii præterea multi. **LAPIDATI** sunt. ] Zacharias Sacerdos Iudæ filius. **SECTI** sunt. ] Hoc euenisse dicunt Prophetæ Esaiæ. **TENTATI** sunt. ] Abraham & Iacob. **IN OCCISIONE** gladii mortui sunt. ] Hoc etiam dixit Dominus. Hierusalem Hierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. **CIRCUMIERVNT** in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ. ] Ita Helias ille magnus. Ita Helyseus illius gratiæ hæres. Ita plurimi Prophetæ, qui ne domos quidem habebant, sed ligna excidentes sibi tuguria casasve construebant. **ET HI** omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur. ] Eorum ergo fuerunt tot & tanta certamina, sed ii tamen nondum coronas acceperunt. Expectat enim vniuersorum Deus aliorum certamina, vt soluto stadio, omnes qui victoriam fuerint consecuti simul victores renunciæ, & remuneretur.

CAPVT XII.

**I**DEOQUE ET NOS TANTAM HABENTES impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & aggrauans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. ] Pietatis, inquit, exempla sunt nobis vndique proposita, & tanta multitudo, vt nubem densitate exæquet, fert fidei potentiæ testimonium. Ad eos ergo respicientes, in cursu celeres euadamus, & curarum superuacanearum molem abiiciamus. Ita enim facile effugere poterimus peccatum,

πλοικτήματα

ἐν τῶν ἄλλων προφητῶν, & alius prophetis.

δύναμι, vim.

ἐν δυνάμει θεοῦ ἀδυνασίας, validi effecti sunt ex imbecillitate.

ὁ πρῶτος δὲ ἄριστος τὴν ἀπολύτωσησιν, non suscepta redemptione.

Matth. 23.

μυλωτοῖς, ouinis pellibus.

τὸ θεῶ περι ἡμῶν κρισιον ὁ παρβλεψαμίνε, cū Deus aliquid de nobis melius prouidisset.

ἔργον ἀποβέβηκε πᾶσι, ἡ τὴν ἀπειρίστων ἀμαρτιῶν, Deposito omni pondere & peccato quod facile contrahitur.

quod facile contrahitur. Patientia autem præter alia omnia opus habemus, <sup>A</sup> vt vincamus certamen propositum. *ὁ ὑπεριστάκτου* autem, hoc est quod facile cōtrahitur vocauit peccatum, vt quod facile confletur ac gignatur. Etenim oculus inescatur, auditus demulcetur, tactus titillatur, lingua facile labitur, mensque ac cogitatio est ad malum propensa. Proponit autem etiam maximum archetypum. **ASPICIENTES** in authorem fidei, & consummatorem Iesum. ] Vtrunque posuit quoad humanitatem. **QVI** proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. ] Potuisset, inquit, non pati, si voluisset. Sed passionem sustinuit, omnes beneficio afficiens. Seruatoris autem gaudium, est salus hominum. Pro ea passionem subiit: & post ea confidet cum Patre qui genuit. **RECOGITATE** enim eū qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem: vt ne fatigemini animis vestris deficientes. ] *εἰς αὐτὸν* pro eo quod est, *εἰς ἑαυτὸν*. Apud vos, inquit, ipsos considerate, quantam à peccatoribus contradictionem sustinuit vniuersorum Dominus. Ex eo enim magnam consolationem accipietis. Deinde etiam acerbiorum eis medicinam adhibet. **NONDUM** enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes, & obliuiscistis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens. **FILII** mi noli negligere disciplinam Domini: neque defatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autē omnem filium quem recipit. ] <sup>C</sup> Non sunt hæc contraria iis quæ prius dicta sunt. Illic enim eis tulit testimonium, quod bonorum suorum direptionem cum gaudio susceperunt, & pro pietate probra ac contumelias forti animo tulerunt. Hic autem carpit vt vacillantes. In tempore autem posuit illud, Nondum vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes, ostendens per comparisonem quātum absint ab illis qui fuerunt lapidati, & secti, & in cæde gladii sunt mortui. Deinde cum prouerbia lem adhortationem eis in memoriam reuocasset, subiunxit. **IN** disciplina perseuerate. ] Si forti ac generoso animo fertis quæ vobis infliguntur castigationes. **TANQVAM** filiis vobis offert se Deus. Quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti <sup>D</sup> sunt omnes: ergo adulteri, & non filii estis. ] Patres, inquit, solent veros ac legitimos filios instituire, & si eos videāt flagellari à Magistris, non ægrè ferunt. Vident enim fructum, qui ex disciplina & castigatione nascitur. Nothos autem & illegitimos filios contemnunt, nec tanta eos cura dignos censent. Si ergo vos quoque disciplinam vitatis, estis in numero spuriorum. **DEINDE** patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerabamur eos. Num multo magis obtemperabimus Patri spirituū, & viuemus? ] Qui à patribus corporalibus disciplinam suscipimus, spiritualis Patris disciplinam non amplectimur? Patrem etiam spirituum patrem spiritalem vocauit, vt qui sit fons donorum spiritualium. Per illos autem dedit nobis dignitatem adoptionis in filios. Deinde docet etiam differentiam disciplinæ. **ET** illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. ] Et in illis quidem dixit, Prout eis videbatur. Neque enim docent omnes id quod est vtile. In Deo autem, fructum ostendit disciplinæ. Vult enim nos sanctos efficere, & esse suæ sanctitatis particeps. Deinde definitiue: **OMNIS** autem disciplina in præsentem quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. ] Omnis disciplinæ initia sunt tristitia, & valde molesta: sed iucundos & admirandos fructus producunt, ex Deo pacem, & quæ laudatur iustitiam

*ὅτι ἀντὶ τῆς περὶ ἐμῆς  
qui pro propo-  
sito.  
καὶ ἀποκρίσας, conse-  
dit.  
ἀναλογισάσθε, cō-  
siderate.  
εἰς ἑαυτὸν, apud  
vosmetipsos.  
Ita. n. legit The.*

Prou. 3.

*ὁ ἀλλόθεν.*

*εἰ περὶ τῆς ἐπιτιμῆς  
ferre, si disciplinā  
sustinetis.*

*νόθοι, nothi, spur-  
rii.*

*ὡς τὸ δοκῆν αὐτοῖς  
prout eis vide-  
batur.  
εἰς τὸ μεταλαβεῖν  
τῆς ἀγιότητος αὐτοῦ,  
ad hoc vt simus  
eius sanctitatis  
participes.  
λόγους, iustitiæ  
molestiæ.  
ἡμερικῶν, pacifi-  
cum.  
ἐκ τῆς εἰρήνης, red-  
dit.*

**A** iustitiam. Ita etiam dicit Dominus. Angusta est porta, & arcta est via quæ ducit ad vitam. **PROPTER** quod remissas manus & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur. ] Horum alia quidem ex Prouerbiis: alia verò posuit ex prophetia Esaiæ. Illud enim, Rectos gressus facite pedibus, docet Prouerbialis exhortatio. Hoc autem, Remissas manus & soluta genua confirmate, dixit propheta Esaias. Per hæc autem significat diuinus Apostolus, quòd in multa pericula impingentes, ad veritatis cursum facti erant tardiores. Hæc autem sufficiunt ad deprimentam Nauati insolentiam. Eos enim qui præclare certauerant, deinde molliores & ignauiores euaserant, cõfirmat,

**B** & curat adhibitis pœnitentiæ pharmacis. Cum enim dixisset, Id quod est claudum, medicinã est pollicitus. Eis quoque actiuæ virtutis dat præcepta. **PACEM** sequimini cum omnibus. ] Hoc etiam dixit scribens ad Romanos. Si fieri enim potest, inquit, quantum est in vobis, cum omnibus hominibus pacem habentes. Fac quod tuum. Ostende alacritatem & animi promptitudinem. **ET** sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. ] Sanctimoniam appellauit continentiam, seu temperantiam. Eam autem rectè exercere possunt ii etiam qui matrimonium contraxerunt: Honorabiles enim nuptiæ, & thorus immaculatus: fornicatores autem & adulteros Deus condemnabit. **CONTEMPLANTES** ne quis desit gratiæ Dei. ] Non solum autem vestrum, sed etiam alter alterius curam gerite, nec eum qui est infirmus despiciate, & ei qui vestræ manus auxilio indiget subuenite. **NE** quæ radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per illam inquinentur multi. ] Hoc etiam scripsit ad Corinthios. Nescitis quòd parum fermenti totam massam fermentat. Radicem autem amaritudinis, & mala dogmata, vitamque corruptam ac deprauatam vocauit. Hoc enim subiunxit. **NE** quis fornicator, aut prophanus ut Esau: qui propter vnã escam vendidit primogenita sua. ] Esau fornicationem vocauit ingluuiem. Propter eam enim vendidit benedictionem primogenitorum. Neque verò errauerit quispiam, si vocauerit fornicationem nefarium matrimonium, & contra leges contractum. Duxit enim vxores alienigenas. **SCITOTE** enim quòd & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est, non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisiisset eã. ] Hoc etiam Nauatiani sua esse arma existimant, sed suis ipsorum telis confodientur. Esau enim non fleuit agens pœnitentiã, sed fratris felicitati inuidens. Hoc ipsum autem Cain quoque accidit. Concidit enim, inquit, facies eius. Sed non ideo quòd malè obtulerat, sed quia fratrem viderat diuina honoratum sententiã. Quinetiam diuinus Apostolus hæc per ea quæ dixit innuit. Pœnitentiæ enim, inquit, locum non inuenit. Pro eo quod est, Non inuenit viam pœnitentiæ, nec luxit propter ea quæ improbè erat machinatus, fleuit autem non peccatum, sed prosperum Iacob successum: Idque testantur eius verba. Veniant dies, inquit, luctus Patris mei, ut occidam fratrem meum Iacob. Non frustra autem Esau meminit diuinus Apostolus, sed docès quòd ille etiam, cum esset primogenitus, per ingluuiem & improbitatem priuatus est benedictione, & Iudæi, cum primogenituræ iure essent honorati, à salute etiam exciderunt: Gentes autem, nouus populus, cuius est typus Iacob, ius primogenituræ consecuti sunt. Præcipit ergo iis qui ex Iudæis crediderant, non imitari iniquitatem primogeniti, sed recentioris populi benedictionem consequi. Ab hoc rursus loco ad aliam collationem orationem conuertit, ostendens excellentiam bonorum quæ sunt à Domino supeditata. **NON** enim accessistis ad tractabilem montem, & accessibilem

Matth. 7.

τὸ χυλὸν, id quod claudicat.

Prou. 4.

Esa. 33.

Rom. 12.

ἁγιασμὸν, sanctificationem.  
κίβητον, Dominū.

ἐπισκεπτόντες, pro uidentes.

1. Cor. 5.

Gen. 25.

Gen. 4.

Gen. 27.

ψλαφουμένη, qui contrectatur.  
καίγουμένη, ardentem ignem.



EXO. 19. 20. παρηλατῆς, de-  
precati sunt.  
ἀνεπίστατον, non se  
rebant.  
τὸ φάσμα τῶν ὀφθαλμῶν,  
quod visione ap-  
prehendebatur.

ἀρχογονῶν, pri-  
mogenitorum.  
τὸ τελειωμένον, qui  
perfectionē ac-  
ceperunt.  
μιαστήριον, interces-  
sorem.

Ἐπισκευάμενοι,  
auerfamur.

τῶν σαλευμένων,  
eorum quæ con-  
cutiuntur.  
τὰ μὴ σαλευόμενα  
ea quæ non con-  
cutiuntur.  
ἀσάλευτον, quod  
concuti non po-  
test.  
ἔχουσαν, habea-  
mus.  
ὅτι ἡς λατρεύομεν.  
Ἐπίστατον, Per  
quam Deū gra-  
te colimus.

Deut. 4.

ignem & turbinem & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem A  
verborum quam qui audierunt, excusauerunt se ne eis fieret verbum. Non  
enim portabant quod dicebatur. Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur.  
Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit. Exterritus sum, & tre-  
mebundus. ] Terribilia, inquit, erant illa, quæ in monte Sina facta sunt,  
ignis qui videbatur, & fumus vndiquaq. circumcurfans, & caligo, & tene-  
bræ, & procella, & tubæ sonitus terribilis, & ex eo tātus timor incussus est,  
vt non solus populus dixerit diuino Prophetæ. Loquere tu ad nos: & ne lo-  
quatur ad nos Deus: sed ipse etiam legislator timore affectus dixerit. Ex-  
territus sum, & tremebundus. Et quæ erant quidem terribilia ostendit, fru-  
ctum autem qui ex eis productus erat non aperuit. Dixit autem græce φαν-  
τασμοειδῆ id est, quod visione apprehendebatur, quoniam nō videbant ipsum B  
vniuersorum Deum, sed diuinæ gratiæ visionem considerabant, & dicit.  
S B D accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cœ-  
lestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & ecclesiam primi-  
tiuorum qui conscripti sunt in cœlis, & Iudicem omnium Deum, & spiri-  
tus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sangui-  
nis asperisionem melius loquentem quàm Abel. ] Illic quidem inquit, timor:  
Hic autem festum, & maxima celebritas, & illa quidem in terra, hæc  
autem in cœlis. Illic hominum millia, hic Angelorum myriades. Illic infide-  
les & iniqui: Hic ecclesia primogenitorum descriptorum in cœlis, & spiri-  
tus iustorum qui perfectionem acceperunt. Illic vetus testamentum: Hic no-  
uum. Illic seruus intercessor: Hic filius. Illic sanguis animantium rationis  
expertium: Hic sanguis agni rationalis. Hoc autem, Melius loquens quàm  
Abel, pro eo quod est, per res ipsas loquens, & suam ostendens operationē.  
Sanguis enim Abel canitur. Hic autem etiam hominum salutem operatur.  
Primogenitos autem vocauit electos, quoniam duplicem partem in hæredi-  
tate primogeniti ex lege capiebant. Hæc autem dixit, & horum ostendens  
excellentiā, & ad ea studiosius accedere præcipiens. V I D E T E ne recuse-  
tis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantis eum qui super terram  
loquebatur: multo magis nos qui de cœlis loquentem nobis auertimus. ] D  
Quoniam illi dixerunt. Loquere ad nos tu: & ne loquatur ad nos Deus,  
adhortatur eos ne illorum crassam imitentur stultitiam, & ne quemadmo-  
dum illi, Dominum relinquunt, & ad famulum accurrant, & pro Christo  
Mosen assumant, & pro nouis in antiquis permaneant. Atqui, inquit, non  
Deus eis de cœlo, sed in Sina monte legem dedit. Nos autem de cœlis ad-  
uentum Domini expectamus. Et docens ipsum & horum & illorum fuisse  
legislatores, subiunxit. C V I V S vox mouit terram tunc. ] Mons enim  
concussus est significans Dei aduentum. N V N C autem repromittit, dicēs.  
Ag. 2. Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed & cœlum. ] Ipse, in-  
quit, & tunc terram mouit: Ipse etiam cœlum cum terra se dixit concussu-  
rum. Q V O D autem adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem,  
tanquam factorum vt maneant (uæ sunt immobilia. ] Terræ motus, in-  
quit, fiunt frequentes. Illud ergo Semel, significat quandam rerum muta-  
tionem, & eorum quæ corrumpuntur ac intereunt ad ea quæ sunt meliora  
translationem, quæ quidem stabilem deinceps habebunt naturā. I T A Q V E  
regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus pla-  
centes Deo cum metu & cum reuerentia. ] Illud autem, quod concuti nō  
potest, posuit, pro eo quod est, Sufficiens. Ostendit etiam quomodo cultus  
Deo sit exhibendus. Deinde diuina etiam eloquia in memoriam reuocat,  
eos metu reddens alacriores ac promptiores. E T E N I M Deus noster ignis  
confu



de te figuram, & cum ea conferte veritatem, & considerate similitudinem. **A**  
 Num. 19. Vaccam ruffam iussit lex maectari, & ex eius sanguine sumere Pontificem, & ante propitiatorium septies digito aspergere. Porro autem ipsam vaccam extra castra comburentes, cinerem accipiebant, & per ipsum eos qui dicebatur immundi expiabant. Hoc autem impleuit typum salutaris passionis. Nam hic etiam corpus quod est ex Adam significat rubru voce Hebraica, extra portam autem crucifixus est, eius autem sanguis nostras animas expiat. Loco autem cineris est nobis eius corpus viuificum. **EXEAMVS** ergo ad eum extra castra: improperium eius portantes. ] Extra castra, pro eo quod est: Recedamus ab institutis legalibus, ferentes probra pro eo qui seruauit. **NON** enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. ] **B**  
 Praesentia ergo contemnamus: & expectemus illa quae sunt stabilia ac sufficientia. **PER** ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. ] Nihil enim nos iuuat laudis canticum quod Deo offertur absque fide in filium. Quia enim scribebat ad Hebraeos, qui solum Patrem honorare consueuerunt, necessario adiecit illud, Per ipsum. **BENEFICENTIAE** autem & communicationis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. ] Ostendit sacrificium laudis Deo placere. Ei quoque coniunxit sacrificium beneficentiae, quod merito appellauit communicationem. Dixit enim Dominus. **C**  
 Luc. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut quando defeceritis, suscipiant uos in aeterna sua tabernacula. Diuinus quoque Apostolus. Vestra, inquit, abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia, uestram suppleat inopiam, ut fiat aequalitas. Communicatio ergo est & remuneratio. Hic enim dat pecunias: Ille uero reddit benedictionem, & eius qui indiget sunt ea quae sunt potiora. **OBEDETE** praepositis uestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi pro animabus uestris rationem reddituri. Ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes. Hoc enim non expedit uobis. ] Discipulos quidem adhortatur ut Doctoribus obediant. Simul autem doctores etiam ad maiorem animi alacritatem & promptitudinem excitauit. Docet enim ipsos uigilare, & clauum ac gubernacula tenere. **D**  
**ORATE** pro nobis, confidimus enim quod bonam conscientiam habemus, in omnibus bene uolentes conuersari. ] Male audiebat apud eos, ut qui legi contraria praedicaret. Eos ergo docet se nulla alia de causa id facere quam ut pareat uerbo diuino. Quapropter etiam conscientiam uocauit in testimonium. **AMPLIUS** autem deprecor uos hoc facere, quo celerius restituar uobis. ] Date orationum auxilium, ferte opem meo desiderio. Cupio enim uos uidere. **DEVS** autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti aeterni Dominum nostrum Iesum Christum: aptet uos in omni bono ut faciatis eius uoluntatem, faciens in uobis quod placeat coram se per Iesum Christum, cui est gloria in saecula saeculorum. Amen. ] **E**  
 Doctrinae necessario coniunxit benedictionem: & multis uerbis ueluti quaedam signacula apposuit: Pastorem autem magnum ouium Dominum appellauit Christum. Est enim uox eius Ego sum pastor bonus. Aeternum autem nouum testamentum uocauit, utpote quod aliud non sit posthac futurum. Ne quis enim existimaret fore ut hoc quoque per aliud testamentum cessaret, merito ostendit id nunquam esse desitutum. **ROGO** AUTEM uos fratres ut sufferatis uerbum solatii: Etenim per paucis scripsi uobis. ] Lubenter suscipite consolationem, quae a me missa est per literas. Ne enim orationis prolixitas alicui afferret molestiam, scripsi summatim epistolam. **COGNOSCITE** fratrem nostrum Timotheum

Ἐσπερίται ὁ θεός, Deo placetur.

Luc. 16. 2. Cor. 8.

οἱ θεοὶ ἡγαμέναίς ὑμῶν  
iis qui uobis praesunt.  
αὐτοὶ γὰρ ἀργυροῦσι  
ἐπιτρόταις ὑμῶν, ὡς λέγει  
ἡ πόλις ἀποστόλων, ἵνα  
ἱ ἑαυτοὶ ἐπιτρόταις  
pro animabus uestris, tanquam  
rationem reddunturi.

καταπέλασαι ὑμᾶς,  
vos perfectos reddat.

Ioan. 10.

τὸ λόγιον τὸ ἐκ τῆς  
sermonem exhortationis.

motheum

**A** motheum dimissum, cum quo, si celerius venerit, videbo vos. ] Ostendit fuisse missam per ipsum epistolam. Erat autem verisimile eos quoque ipso delectari, quoniam ipse quoque fuerat circumcissus. **SALVTATE** omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. ] Innuit id quod dicit, eos qui illis præsumt eiusmodi non egere doctrina. Quamobrem non scripsit ad ipsos, sed ad eorum discipulos. **SALVTANT** vos de Italia fratres. ] Ostendit vndenam scripserit epistolam, & simul ostendit prædicationem Euangelicam breui tempore omnia peruasisse, & gentes ex promissione facta Abrahamæ assecutos esse benedictionem. **GRATIA** cum omnibus vobis. Amen. ] Id posuit quod solet in extremo ponere, participationem gratiæ eis precatus. Nos autem & nouorum & veterum legislatorem laudemus, & vt ab **B** eo inclinationem & auxilium consequamur rogemus. Vt cum eius diuinas leges seruauerimus, bona promissa adipiscamur. In Christo Iesu Domino nostro. Cum quo Patri vnâ cum sanctissimo Spiritu nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

*τὰς ἡγουμένους ὑμῶν  
eos qui vobis  
præsumt.*

Epistola ad Hebræos scripta est ex Italia  
per Timotheum.

### ARGVMENTVM EPISTOLAE PRI-

**C** MAE AD TIMOTHEVM.

**B**eatissimus Timotheus erat ex Lycaonia. Relicta autem patria, domo, & parentibus secutus est Apostolum, cum eo consuetudinem omnibus simul præferens. Ei curam Asiæ commisit diuinus Paulus. Ad eum ergo scribit, primum quidem ut ora eorum qui contraria conabantur docere, obstrueret adhortans: deinde ecclesiastici muneris eum ordinem edocens. Deum sacerdotalem, & aliorum etiam reipublicæ ordinum characteres ostendens. Prædixit etiam execrandorum Hæreticorum perniciosissima semina. **E**um etiam hortatus est, ut ea faceret, quæ conuenit eum facere, cui est animæ cura credita.

### INTERPRETATIO EPISTOLAE

PRIMAE AD TIMOTHEVM.



**D**AVLVS Apostolus Iesu Christi, secundum imperium Dei Saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostræ. ] Docet discipulum se non Apostolicam arripuisse dignitatem, sed à Deo iussum prædicationem salutarem omnibus attulisse. Deo etiam coniunxit Christum Dominum, ostendens honoris æqualitatem. Deum autem salutem & Christum spem vocauit. Non nomina diuidens, nec hoc quidem illi, illud verò huic tribuens; sed vtrunque in vtraque persona intelligens. Etenim beatus Dauid vtrunque posuit in vna persona. Exaudi nos Deus Seruator noster, spes omnium finium terræ. **TIMOTHEO** dilecto filio in fide, gratia & misericordia & pax à Deo patre & Christo Iesu Domino nostro. ] Admodum aptè relatiuo nomini fidem coniunxit. Non enim natura sed fides eum effecit filium. Cum enim credidisset diuinæ prædicationi, diuinum Apostolum Patrem vocare dignatus est. **SICVT** rogaui te vt remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam ne ali-

*Plal. 64.  
γυναίκα*

*2. Cor. 1.*

ἀπερὶ τῆς, ἰνὸς ἰνὸς  
719.

ter docerent, neque attenderent fabulis, & genealogiis interminatis: quæ <sup>A</sup> quæstiones præstant magis quàm ædificationem Dei: quæ est in fide. ] Qui ex Iudæis crediderant, propter veteris testamenti cognitionem sibi placentes, iis qui ex gentibus crediderant quasdam quæstiones proponebant, eos quidem vt diuinorum eloquiorum ignaros redarguere conantes, vt autem legalem vitæ institutionem seruarent contententes eis persuadere. Ita & ex Abraham & ex Dauid recensabant genealogias, perscrutantes scilicet, an ex iis Dominus secundum carnem natus sit. Præcipit ergo diuinus Apostolus admirabili Timotheo, vt os quidem eis obstruat, & eis non permittat, vt doctrinæ corrumpant regulam: aliis autem iubeat vt nugis eorum non attendant. Fabulas autem vocauit, non legis doctrinam, sed Iudaicam <sup>B</sup> interpretationem, quæ ab eis vocatur *ἀντιπρῶτος*. & docet superuacaneas quidem quæstiones esse inutiles, fidem autem mentem illuminare, & ostendere diuinam œconomiam seu dispensationem. **FINIS** autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. ] Postquam ostendit esse illorum fabulas inutiles: proposuit suæ doctrinæ vtilitatem. Conuenit enim, inquit, te eos docere, vt benefactorem Deum sincerè diligant, & puram ac integram fidem habeant confirmatam testimonio conscientia. Deinde redit ad accusationem. **A** **Q**UIBUS quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. ] Significauit se hæc <sup>C</sup> dicere non de iis qui apertè aduersantur, sed de iis qui se dicunt quidem credidisse Domino, corrumpunt autem doctrinam Euangelicam, & stultas suas cogitationes diuinis eloquiis sapientiores existimant. Quòd ii autem erant ex Iudæis, apertè docet illud, volentes esse legis doctores. Quoniam autem acerbiori in eos oratione vsus est, ne quis existimaret eum legem accusare, necessario subiunxit. **S**CIENS autem quòd bona est lex, si quis ea legitimè vtatur. ] Non infector legem, sed malos legis doctores. Scio. n. legem esse vtilem iis qui volunt eius scopum ac institutum seruare. Hoc. n. significat illud, Si quis ea legitimè vtatur, id est, Si quis eius scopum sequatur. Legis autem scopus est, vt nos ad Dominum Christum adducat: <sup>D</sup> post illius autem aduentum, non amplius dominatum obtineat. Hoc enim dixit etiam scribens ad Galatas. Ego enim per legem legi sum mortuus, vt Deo viuam. Legi enim, inquit, parens, legem non seruo. Aliter quoque ostendit legem esse superuacaneam iis qui natura ea quæ sunt honesta non persequuntur. **S**CIENS hoc quòd lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagariis, mendacibus, & periuris. ] Hæc omnia, inquit, à lege fieri prohibentur. Qui autem ab iis abstinet, legis præcepto non indiget. Hæc autem nos etiam noui testamenti prædicatores similiter prohibemus. Hoc. n. <sup>E</sup> significant ea quæ consequuntur. **E**T **S**I quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi. ] Ostendit quòd quæ sunt necessaria legis conueniunt & consonant cum Euangelio. Legis autem necessaria sunt hæc, Non adulteraberis, Non occides, Non furaberis, & quæ sunt eiusmodi. Superuacaneæ autem sunt quæ ad sacrificia, dies, mortuos, leprosos, & quæ sunt huiusmodi, pertinent, quorum adimpletionem coniunxit cum loco consecrato, vt eo soluto eorum quoque ostenderetur solutio. Euangelium autem gloriæ appellauit prædicationem, quoniam futuram gloriam pollicetur credentibus. Cùm autem dixisset diuinus Apostolus sibi creditum fuisse Euangelium,   
recor

Gal. 1.

**A** recordatus est eorum quæ olim aduersus ecclesiam facere ausus fuerat : & Deo benefactori hymnis agit gratias , clamans . **GRATIAS** ago ei qui me confortauit in Christo Iesu Domino nostro , quod fidelem me existimauit , ponens in ministerio qui prius blasphemus fui , & persecutor , & contumeliosus . ] Non enim propriis vtens viribus hanc hominibus doctrinam exhibeo , sed ab eo qui seruauit confirmatus valensque effectus , qui cum qui aduersus ipsum exagitari rabie erat solitus , effecit fidum ministrum Euangelii . Iam verò ostendit etiam modum mutationis . **SED** misericordiam Dei consecutus sum . ] Quæ fuit autem causa misericordiæ ? **QVIA** ignorans feci in incredulitate . ] Cæcutiebam enim , non videbam lumen . Neque enim inuidia ductus bellum gerebam , sed pro lege decertans . Sed quid fecisti postea ? **SUPERABVNDAVIT** autem gratia Domini nostri , cum fide & dilectione quæ est in Christo Iesu . ] Ostendit quæ ad ea quæ acceperat ipse contulerit . Cum enim esset supernam gratiam assecutus , fidem & charitatem attulit . Cum enim sincerè credidisset , admodum vehementer amauit , & eo amore fuit perpetuo inflammatus . Postquam ea quæ ad se pertinent sic aperuit , ostendit hanc gratiam esse omnibus propositam . **FIDELIS** sermo . ] Id est , verus , & à mendacio alienus . **ET** omni acceptione dignus , quod Christus Iesus venit in hunc mundum , peccatores saluos facere , quorum primus ego sum . ] Quod peccatorum quidem gratia vnigenitus homo factus est , ipse etiam docuit in sacris Euangeliiis . Non veni , inquit , vocare iustos , sed peccatores ad pœnitentiam . Peccatorum autem omnium se ipsum primum dicere , id ipsos quoque transilit terminos humilitatis . Per ea autem quæ consequuntur aliud quoque maius confirmat . Oportet autem primum ipsa verba ponere , & tunc interpretationem adiacere . **SED** ideo misericordiam consecutus sum , vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam , ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam æternam . ] Quemadmodum , inquit , medicus , cum in vna domo multi simul ægrotant , & omnes de salute desperant , si vnum pessimè affectum acceperit , & datis ei medicamentis ad perfectissimam sanitatem deduxerit ; facit vt alii omnes bono sint animo ac fiduciam concipiant . Ita Dominus Christus animarum medicus , cum factus esset homo pro salute peccatorum , me , qui eram iniquissimus & omnium sceleratissimus , non solum à prioribus liberauit maculis , sed maximis etiam donis obruit , omnibus hominibus per me ostendens summam patientiam & clementiam . Vt nemo eorum qui maxima scelera perpetraverint , ad me respiciens de salute desperet . Sed diuinus quidem Apostolus hæc dixit , de se modestè loquens , sciendum est autem eum non fuisse sibi vitæ improbæ & flagitiosæ conscius : Quomodo enim qui ad Philippenses quidem scribens dixit , secundum iustitiam quæ est in lege factus irreprehensibilis : sed recordatum fuisse eorum quæ molitus erat aduersus ecclesiam . Ita etiam dixit scribens ad Corinthios . Quia non sum dignus vocari Apostolus , quoniam persecutus sum ecclesiam Dei . Ita ergo diuini recordatus beneficii , ad Dei laudem linguam rursus conuertit . **REGI** autem sæculorum immortalis , inuisibili soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum . Amen . ] Quoniam ostendit Christum Dominum illa bona suppeditare , volens ostendere quod Deo & Patre id comprobante , & Spiritu sancto adiuuante & simul operante ea facta sint , ab vna persona ad id quod est commune naturæ transiit : & hymnum trinitati obtulit : & silentio præteritis personis diuinam naturam laudauit . Quod enim non solum Deo & Patri , sed etiam Filio & Spiritui sancto quæ dicta sunt conueniunt , facile sciri potest . Rex enim sæculorum

*de diuinitate, potentē reddidit.*

*πρός, fide dignus.*

*Luc. 5.*

*Philip. 3.*

*1. Cor. 15.*

*ἀφθάρτου, in quē non cadit corruptio & interitus*

non est solus Pater, sed etiam vnigenitus filius, est enim effector sæculo-  
rum. Aeternus quoque est & ipse & sanctissimus Spiritus, etenim ipsum  
quoque æternum appellauit diuinus Apostolus. Qui per spiritum. n. inquit,  
æternum. Illud quoque, immortalis seu à corruptione alienus, & inuisibilis,  
sunt propria & Filii & Spiritus. His autem sic declaratis, Deus quoque, nomē  
est verè nomen solius trinitatis. Nullus. n. præter eam natura Deus est. Cùm  
eorum quæ ad se pertinent sic mentionem interiecisset & hymnum perfecif-  
set, rursus ad primam orationem reuertitur. HOC præceptum commendo  
tibi fili mi Timothee, secundum præcedentes in te Prophetias. ] Appella-  
tione filii suam in eum beneuolentiam aperit. Prophetiæ autem recorda-  
tione in benefactorem charitatem accendit. Non enim, inquit, humanam  
affecutus es vocationem: sed per diuinam reuelationem suscepisti ordinē.  
Verisimile est autem non solum ex reuelatione fuisse eum docendi muneri  
præfectum, sed aliqua etiam eiusmodi ratione vocationem ab initio fuisse  
consecutum. Qua de causa non dixit Prophetiam sed Prophetias. VT mi-  
lites in illis bonam militiam. ] Oportet enim te ostendere dignum electio-  
ne, & finem Prophetiis imponere, & aduersus aduersarios Dæmones pu-  
gnam fortiter suscipere. Oportet enim Doctorem esse primo suum Docto-  
rem, & oportet Imperatorem bonum esse militem. HABENS fidem &  
bonam conscientiam. ] Oportet enim fidei quoque coniunctam esse vitam  
laudabilem. Conscientiam bonam, temperantiam ac moderationem, &  
iustitia ornatam vitam dicit. Fidei autem, quæ est his priuata, imbecillita-  
tem ostendit per ea quæ consequuntur. QVAM quidam repellentes. ] Bo-  
nam scilicet conscientiam, CIRCA fidem naufragauerunt. ] Fundamen-  
tum enim impietatis sæpe est praua vita, & quidam cum non ferrent accu-  
santem conscientiam, & Dei negarunt prouidentiam, & quæ à se facta fue-  
rant fati & parcis attribuerūt. Dicit etiam quinam fecerint naufragium.  
EX quibus Hymenæus est, & Alexander. ] Deinde aduersus eos quoque  
latam ostendit sententiam. QVOS tradidi Satanæ, vt discant non blasphe-  
mare. ] Quænam autem fuerit blasphemia non aperuit. Scienti enim scri-  
bebat. Eos autem tradidit Diabolo, non vt bonorum magistro, sed vt sauo  
carnifici, & ideo non dixit, vt eos doceret, sed vt doceantur non blasphe-  
mare. Ab ecclesiastico enim corpore separati, & diuina gratia nudati, ab  
aduersario crudeliter flagellabantur, incidentes in morbos & difficiles affe-  
ctiones, & alias calamitates. Hæc enim consuevit inferre hominibus, quo-  
niam est & inimicus & ultor, vt dicit Propheta: consentaneum autem erat  
illos castigatos mutare sententiam, dum viderent damnum quod oriebatur  
ex blasphemia. Ab hoc deinceps loco ponit decreta de ordine ecclesiastico.

## CAPVT

*ἐπισημαίνω*, ad-  
hortor.  
*ἐπερωχάζω*, depre-  
cationes.  
*δέχομαι*, postula-  
tiones.  
*ἐπιπέμπω*, interpel-  
lationes.  
Eph. 6.

*ὁ ὑψιστός*, in ex-  
cellentia.

**O**BSEURO igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, po-  
stulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. ] Postula-  
tio quidem est supplicatio, vt à malis aliquibus & molestiis liberemur. De-  
precatio autem est bonorum petitio. Interpellatio autem est accusatio eo-  
rum qui nos iniuria afficiunt. Est autem nobis colluctatio non aduersus car-  
nem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduer-  
sus principes huius sæculi, aduersus spiritalia nequitiae in cœlestibus. Aduer-  
sus eos iustum iudicem interpellamus, & iustum auxilium petimus. Gratia-  
rum autem actio Deo offertur pro bonis quæ nobis prius obtigerunt. Hæc  
autem iubet facere pro omnibus hominibus, quædoquidem Christus etiam  
Iesus venit in mundum peccatores saluos facere. PRO regibus & omnibus  
qui in sublimitate constituti sunt. ] Valde sapienter hominum commune  
prapo

**A** praecepit, ne quis orationem pro Regibus existimaret assentionem. Quia autem erant impii qui tunc dominatum obtinebant, & pietatis aperti hostes, docet iustam esse causam cur pro eis oreretur. **VT QUIETAM** & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. ] Si illi enim in pace degunt, nos quoque sumus tranquillitatis participes, & in quiete ac silentio leges pietatis adimplemus. Pietati autem coniunxit honestatem, docens fidem opus habere factis & operibus. Ita etiam captiui Iudaei qui erant Babylone, ad eos qui in Iudaea relictii erant scripserunt, vt pro Nabuchodonosor & Baltasar eius filio Deo preces funderent. Diuinus autem Apostolus non solum ea de causa praecipit pro his fieri orationes, sed etiam vt ab impietate cessantes edificent pietatem.

**B** **HOC ENIM** bonum est & acceptum coram Seruatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. ] Vult enim omnes salutem assequi. Deinde etiam aliunde confirmat hoc quod dicit. **VNVS ENIM** Deus. ] Non enim alius fidelium, alius est effector infidelium, sed vnus est creator ac opifex. **VNVS ET MEDIATOR** Dei & hominum homo Christus Iesus. ] Vnus est conciliator pacis, qui ea quae erant inter se disiuncta & distantia coniunxit. Christum autem hominem nominauit, quoniam vocauit intercessorem. Homo enim factus fuit intercessor, & quemadmodum qui duos quospiam manus inter se conferentes ac confligentes vult reconciliare, se medium interponens, & hunc quidem dextra, illum verò sinistra tenens, ad amicitiam deducit ac coniungit: ita ipse cum diuinam naturam humanam vnisset, inuolabilem & quae dissolui non potest pacem conciliauit. Si autem, vt vult Arrius & Eunomius, non est Patris substantiae participes, quomodo est intercessor? Nobis enim vnitus est, quoniam quod ad humanitatem attinet, est eiusdem nobiscum substantiae, sed Patri non itidem, si quidem, vt illi volunt, est ab eius substantia seiunctus. Atqui eum vocauit intercessorem diuinus Apostolus. Ergo etiam Patri fuit vnitus, quod attinet ad diuinitatem: & nobis similiter quoad humanitatem. Ostendit autem Domini quoque passionem fuisse pro omnibus susceptam.

**D** **QVI DEDIT** redemptionem semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est. In quo positus sum ego praedicator & Apostolus, veritatem dico non mentior, doctor gentium in fide & veritate. ] Cum enim omnes redacti essent sub mortis potestate, ipse qui nec vt Deus fuit morti obnoxius, habet enim naturam immortalem, sed nec vt homo: peccatum enim non fecit quod mortem affert, dedit seipsum veluti quoddam redemptionis pretium, & omnes liberauit ab eius seruitute. Testimonium autem appellauit passionem, primum quidem quod fuerit iniusta occisio: Deinde etiam quod omnes habeat testes Prophetas, & cum Iudaei dicerent, Tu testimonium perhibes de te: testimonium tuum non est

**E** verum, respondit. Solus non sum, sed ego, & qui misit me pater. Tempora autem propria testimonii appellauit conuenientia. Ita etiam in epistola ad Galatas. Quando autem venit plenitudo temporis. Huius autem, inquit, mysterii praedicator & Apostolus fui electus: & cum ea qua par est fide ac veritate id trado omnibus, ea enim quae dico confirmo miraculis. **VOLO ERGO VIROS ORARE** in omni loco, lauantes puras manus, sine ira & disceptatione. ] Illud autem, in omni loco, posuit, habita ratione eius quod in lege praecipitur. Ea enim cultum & adorationem circumscripsit Hierosolymis. Sed tamen

ομιώνη, honestate.

i. Efd. 6.

μεσίτης, intercessor.

τὸ μαρτύριον καὶ ἐπίσης ἰσχυρῶς, testimonium propriis temporibus. ἀποστόλου λέγει ὅτι ἡμεῖς, veritatem dico in Christo.

Ioan. 8.

Gal. 4.

ἁγίας, sanctas.



etiam cum lex vigeret, Prophetæ gratiam præuidebant, & licet audi-  
 re diuinum David clamantem. Benedicite Domino omnia opera eius in  
 omni loco domini eius. & per Malachiam prophetam dicit vniuersorum  
 Deus. In omni loco incensum offertur nomini meo, & hostia munda. Manus  
 autem extollere & orare, erat proprium sacerdotum veteris testamenti, sed  
 diuinus Apostolus præcipit hoc facere omnibus hominibus, quoniã omnes  
 facti sunt populus acquisitionis, regale sacerdotium, gens sancta. Sed hoc  
 iubet sancte facere, pro eo quod est, liberatos ab omni iniustitia & iniqui-  
 tate. Illud autem, sine ira, expellit acceptæ iniuriæ recordationem. Ita  
 etiam sanxit Dominus. Si venias vt offeras donum tuum super altare, &  
 illic recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relin-  
 que donum tuum ante altare, & vade primum, & reconciliare fratri tuo,  
 & tunc veni, & offer munus tuum. Hoc autem, sine disceptatione, pro  
 eo quod est, absque hæsitatione, credens te omnino accepturum quod pe-  
 tis. Tales ergo sint etiam petitiones. SIMILITER & mulieres. ] Vna  
 est enim natura, & vna gratia. Dicit etiam quæ eas decet. IN habitu  
 ornato. ] Ipso etiam amictu indicante honestatem animæ. CVM vere-  
 cundia & sobrietate ornantes se. ] Is est enim verus ornatus. NON in-  
 tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa. ] Illud, in-  
 tortis crinibus, commune est & diuitum & pauperum: reliqua autem  
 earum quæ diuitias possident. SED QVOD decet mulieres promitten-  
 tes pietatem per bona opera. ] Profiteamini, inquit, pietatem, & vir-  
 tutem quæ per opera exercetur. Huic itaque scopo ac instituto reli-  
 qua quoque coniungantur. MULIER in silentio discat cum omni sub-  
 iectione. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in vi-  
 rum, sed esse in silentio. ] Quoniam etiam mulieres Propheticam gra-  
 tiam acceperant, de eo quoque legem necessario constituit. Qua de  
 causa in ecclesia viris doctrinæ egentibus mulieres non constituit magi-  
 stras. Eadem apertè etiam docent quæ scripta sunt ad Corinthios. Quid  
 enim, inquit, scis mulier, si virum tuum seruabis? Deinde etiam do-  
 cet ex natura ordinem. ADAM enim primus formatus est. Deinde Eua. ]  
 Postea etiam ex delictis. ET Adam non est seductus. Mulier autem se-  
 ducta in præuaricatione fuit. ] Illud autem, Non est seductus, dixit,  
 pro eo quod est, Non primus. Scripturam autem secutus est. Cùm enim  
 à muliere peteretur vt rationem redderet, dixit, Serpens decepit me, &  
 comedi. Adam autem, non sic, sed, Mulier quam dedisti mecum, ea  
 dedit mihi de ligno & comedi, & illa quidem veniam nullo modo est  
 affecuta, vt quæ serpenti paruerit. Hic verò paruam habet excusatio-  
 nem, vt qui fuerit inductus à muliere. Quinetiam fructum arboris non  
 ipse, sed illa collegit, & cum prior accepisset, viro tradidit. Propterea  
 dixit, Et Adam non est seductus. Hoc quoque sciendum est, quod di-  
 uinus Apostolus ad vsum propositum contexit orationem. SALVABI-  
 TUR autem per filiorum generationem. ] Non dixit de Eua, sed de  
 communi naturæ. SI MANSERINT in fide, & dilectione, & sanctifi-  
 catione cum sobrietate. ] Pro eo quod est, Non modo nullum da-  
 mnium ab Eua acceperunt si voluerint, sed maximam etiam vtilitatem  
 capient per fidem & charitatem, seruantes sanctificationem & castita-  
 tem. Cùm eis ea quæ conueniunt sic statuit, deinceps de ecclesiasticis  
 ordinibus decernit. CAP. III.

**F**IDELIS sermo. ] Id est, verus & à mendacio alienus. SI quis epi-  
 scopatum desiderat, bonum opus desiderat. ] Non accusat simpliciter  
 cupidi

Psal. 102.

Malach. 1.

1. Pet. 2.

μαρτύριος.

Matth. 5.

ἀμικτῶν, ami-  
ctu.

κοσμίῳ, ornate.

ἐπαγγελλόμεναι,  
profitentes.

1. Cor. 7.

ἀπαβέηται, trans-  
gressione.

Gen. 2.

ἐσωθήσονται, casti-  
tate, moderatio-  
ne seu temperan-  
tia.πιστὸς, fide di-  
gnus.

**A** cupiditatem, sed ambitionem, & magistratus gerendi desiderium: & docet non honorem sed virtutem appetere: non desiderare dignitatem, sed dignitatis officium inquirere. Hic autem Episcopum appellat presbyterum, vt dum epistolam ad Philipenses interpretaremur, ostendimus. Hoc autem ex hoc etiam loco facile sciri potest. Post leges enim episcopales, eas scribit quæ Diaconis conueniunt, prætermisiss Presbyteris, sed, vt dixi, eosdem olim vocabant Presbyteros & Episcopos, eos autem qui nunc vocantur Episcopi, nominabant Apostolos. Procedente autem tempore nomen quidem Apostolatus reliquerunt iis qui verè erant Apostoli: Episcopatus autem appellationem imposuerunt iis qui olim appellabantur Apostoli. Ita Philipensium Apostolus erat Epaphroditus. Vestrum enim, inquit, Apostolum, & adiutorem necessitatis meæ. Ita Cretensium Titus, & Asianorum Timotheus. Ita ab Hierosolymis iis qui erant Antiochiæ scripserunt Apostoli & Presbyteri. Sed tamen etiam si Presbyteris has leges constituit diuinus Apostolus, clarum est quòd has leges oportet primos seruare Episcopos, vt qui sint maiorem dignitatem assecuti. **O P O R T E T** enim Episcopum irreprehensibilem esse. ] Nullam dare occasionem iustæ reprehensionis. Illud enim, irreprehensibilem, non idem dicit quod, calumniæ non obnoxium, aut in quem non potest intendi calumnia. Nam ipse etiam Apostolus subiit omnis generis calumnias. Qui orbem terræ, enim inquit, subuerterunt, etiam hic adsunt. Quinetiam iubet Dominus eos contemnere qui frustra scandalizantur. Cùm enim dixissent Apostoli, Scis quòd Pharisei audito sermone sunt scandalizati, respondit. Sinite eos, cæci sunt, duces cæcorum. Iubet ergo vt nullam dent occasionem iustæ reprehensionis. **V N I V S** vxoris virum. ] Incipiebat prædicatio. Virginitatem autem nec Græci exercebant: nec admittebant Iudæi. Liberos enim procreationem benedictionem existimabant. Quoniam ergo illo tempore non facile inueniri poterant qui castitatem exercerent; ex iis qui vxores duxissent, eos qui temperantiam honorassent, iubet ordinare. Illud autem vnus vxoris virum, mihi videntur quidem rectè dixisse. Olim enim consueuerant & Græci, & Iudæi, cum duabus, & tribus, & pluribus etiam vxoribus simul iungi legi matrimonii. Quinetiam nunc cum leges Imperatoris prohibeant duas simul vxores ducere, rem habent cum concubinis & meretricibus. Dixerunt ergo diuinum dixisse Apostolum, eum qui cum vna sola vxore pudicè cohabitatur, dignum esse qui ordinetur Episcopus. Neque enim secundum, inquit, reiecit matrimonium, qui illud sæpe iussit fieri. Mulier enim, inquit, alligata est lege, quandiu viuit vir eius. Sin autem vir mortuus fuerit, libera est vt cui vult nubat, tantum in Domino. Et rursus. Dico autem innuptis & viduis, & vtroque ordine coniuncto, vnã legem constituit. Reuera enim si factum fuerit votum continentis, non est in voluntatis potestate secundum matrimonium. Si enim ipse priore expulsa vxore, fuisset alii coniunctus, dignus esset qui reprehenderetur, & iure esset accusationi obnoxius. Sin autem vis mortis priorem disiunxerit, vrgens autem natura vt secundæ vxori coniungeretur coegerit, non ex voluntate sed ex casu processit secundum matrimonium. Hæc considerans, admitto eorum interpretationem qui sic intellexerunt. **S O B R I V M.** ] Vigilantem, & qui possit considerare quid agendum. **P R V D E N T E M.** ] Id est animæ officium. **O R N A T V M.** ] Et locutione, & habitu, & aspectu, & incessu. Vt etiam per corpus appareat animæ moderatio & temperantia. **H O S P I T A L E M.** ] Eos qui peregrinantur lubenter excipientem. **D O C T O R E M.** ] Non dicit eum qui est ornatus eloquentia sed eum qui est eruditus.

Philip. 2.

1. Cor. 7.

Matth. 5.

Rom. 7.

1. Cor. 7.

ἐπισημῶς.

Ὁλιγοπρα, temperantem.  
 ἠόσμιον, moderatum, & seruantē decorum.  
 ἀσπαστοῦ, aptū ad docendum.

ditus in diuinis, & potest ea suadere quæ conuenit. NON vinolentum.] A

μη αἰσχρῶς ἢ πῶ  
turpis lucri cupi  
dum, non est in  
lat. edit.

Gal. 3.

ἐπιζῆλον, mitè æqua  
nimum.  
ἀλλοτρίον, à pugna  
alienum.  
ἀφιλάργυρον, non  
amantem pecu-  
niæ.

ὅτι ἰδίῳ ὄικῳ καλῶς  
σπουδῆς ἀμύμων, qui  
domus suæ bene  
præsit.  
σεμνότητος, hone-  
state.  
ἐπιμαλίστη, cu-  
ram geret.  
ἐν τῷ παρὰ τοῦ δια-  
βόλου & in laqueū  
Diaboli.

Hoc apertè interpretatus est in legibus quas statuit Diaconis. Non multo, enim, inquit vino deditos. NON percussorem, sed modestum.] Non prohibet in tempore reprehendere ac increpare, sed non vt oportet hoc facere. Quod enim iubet arguere, audiemus ipsum paulopost dicentem. Eos qui peccant coram omnibus argue. Et rursus. Argue, increpa, exhortare. Ita etiam ipse scribens ad Galatas dixit. O stulti Galatæ. Et rursus. Adeò stulti estis. SED modestum.] Qui possit ferre ea quæ in ipsum admissa sunt. Non est enim mansuetudinis, cum alii afficiuntur iniuria, negligere. Qui præest enim, inquit, in sollicitudine. NON litigiosum.] Qui pro pecuniis contendere non inducat in animum. Hoc enim significat id quod subiungitur. NON cupidum.] Non dixit, Nihil possidentem, quæ sunt enim commoderata ac eis conuenientia constituit, sed, non amantem pecuniæ. Fieri enim potest vt possideamus quidem, ea autem vt par est administremus ac dispensemus, & eis non seruiamus, sed earum simus Domini. SED suæ domui bene præpositū.] Hoc est cum iustitia & æqualitate. FILIOS habentem in subiectione cum omni castitate.] Qui filios docet omnem virtutem. Non enim illorum sententiam exigit: sed suum institutum inducit. SI quis autem domui suæ præesse nescit: quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? ] Qui parua nescit administrare, quomodo poterit ei credi cura præstantiorum ac diuinorum? NON neophytum: ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli.] Neophyton, hoc est recenter plantatum, appellat eum qui statim credidit. Ego enim, inquit, plantaui. Non enim, vt existimarunt nonnulli, adolescentiam excludit. Beatus enim Timotheus ad quem hæc scripsit, cum esset adhuc adolescens, leges suscepit. Nemo enim, inquit, tuam adolescentiam contemnat. Quinetiam ipse diuinus Apostolus, cum esset adolescens, adeptus est vocationem. Innuat & quam de causa sit subuersus Diabolus. In superbiam enim, inquit, elatus cecidit. Si quis ergo non fuerit prius institutus in diuinis, & primum in numerum discipulorum adscriptus in virtute se exercuerit, suscepta arrogantia affectione ex eo quod præsideat, incidet in supplicium Diaboli. Hic enim iudicium appellauit supplicium.

τῶν ἕξωθεν, exter-  
nis.

OPORRET autem illum & testimonium habere bonū ab iis qui foris sunt: vt non in opprobrium incidat & laqueum Diaboli.] Externos dicit infideles. Qui enim etiam apud illos malè audit ante ordinationem, erit & ipse probris obnoxius, & vt commune magno opprobrio ac dedecore afficiatur efficiet, & ad priorem iniquitatem quàm primum reuertetur, Diabolo omnia vt hoc reddat effectum machinante. DIACONOS similiter.]

Σώφρονες, tempe-  
rantes.

Hi quoque eisdem regantur legibus. PVDICOS.] Temperantia & moderatione claros. NON bilingues.] Non huic quidem alia, illi verò alia dicentes: sed linguam veritate ornantes. NON multo vino deditos.] Eos enim quibus diuinum creditum est ministerium, oportet ab hoc vitio esse vel maximè alienos. NON turpe lucrum sectantes.] Turpis lucri sectator est, non qui, vt nonnulli existimarunt, vel parua lucra appetit: sed qui ex rebus turpibus & valde inhonestis quæstum facere in animum inducit. HABENTES mysterium fidei in conscientia pura.] Pro eo quod est, confirmantes fidem factis, ac operibus. Puram enim conscientiam appellauit bona opera. Qui ea enim facit, non pungitur à conscientia. ET HI autem probentur primum: & sic ministrent nullum crimen habentes.] Prius autem conuenit eorum vitam examinari, deinde sic gratiam spiritalem consequi. MVLIBRES similiter.] Scilicet Diaconissas. PVDICAS

ἀνεγκλίτοι, nul-  
li criminati  
obnoxii.  
σεμνῶς, honestas.

non

- A** non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. ] Quæ hominibus, eadem etiam constituit mulieribus. Quemadmodum enim dixit Diaconos debere esse honestos, ita etiam eas honestas, & quemadmodum iussit illos non esse bilingues, ita eas non esse calumniatrices, & sicut illos statuit non esse multo vino deditos, ita etiam eas iussit esse sobrias. **DIACONI** sint vnius vxoris viri. ] Hoc etiam eodem modo est intelligendum quo prius. **QVI** filiis suis bene præsent, & suis domibus. ] Eadem etiam constituit iis qui vocantur Episcopi. **QVI** enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirunt, & multâ fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. ] Et si in vita, inquit, habent minus honoris, sciendum tamen est quod si creditum illis ministerium impleuerint, præstantissimum gradum in vita futura accipient: & libertatem quæ est apud Christum Dominum consequentur.
- HÆC** tibi scribo fili mi Timothee: sperans me ad te venire cito. Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. ] Nec diuini Prophetæ, nec mirabiles Apostoli, omnia præsciuerunt. Quæcunque enim expediebant, ea illis significauit gratia spiritus. Hoc etiam significat quæ est in iis quæ hic dicuntur ignorantia. Cùm enim dixisset, spero venire, subiunxit, si autem tardauero. Sæpe enim eum aliqua causa necessaria retinebat. Hæc ergo, inquit, scribo docens, quomodo eos oporteat se gerere quibus credita est cura animarum. Donum enim Dei & ecclesiam appellauit cœtum eorum qui crediderunt. Eos dixit columnam & firmamentum veritatis. Supra petram enim fundati stabiles & immobiles permanent: & rebus ipsis prædicant dogmatum veritatem. Postquàm hæc dixit de ecclesia, necessario etiam induxit orationem dogmaticam. **VT** manifeste magnum est pietatis sacramentum. ] Ipsum autem appellat mysterium, vt quod ab initio quidem fuerit præfinitum, postea autem manifestatum.
- QVO**d manifestatum est in carne. ] Cùm enim esset Deus, & Dei filius, & haberet naturam quæ sub aspectum non cadit, homo factus euasit manifestus omnibus. Nos autem apertè duas naturas docuit. Dicit enim diuinam naturam esse manifestatam in carne. **IUSTIFICATVM** est in spiritu. ] Humana enim suscepta natura, eam seruauit liberam à peccatis. Habet etiã hoc dictum aliam intelligentiam, Iustificatus est in spiritu. Facit miracula per diuinum spiritum. Si enim ego, inquit, in spiritu eiicio Dæmonia. Per miracula ergo ostensum est & demonstratū eum esse Deum verum & Dei filium. Ita etiam Centurio iuxta crucem cum videret terram moueri, & tenebris orbem terræ compleri, exclamauit, Verè filius Dei erat hic. **APPARUIT** angelis. ] Diuinitatis enim naturam quæ sub aspectum non cadit ne ipsi quidem viderunt incarnatum autem viderunt. **PRAEDICATVM** est in gentibus. ] Qui à Iudæis crucifixus est. **CREDITVS** est in mundo. ] Non solum enim prædicatus est, sed etiam creditus, & vt Deus ab iis qui crediderunt adoratur. **ASSUMPTVM** est in gloria. ] Hoc quidem factū est ante prædicationem. Postremo autem loco id posuit, docens prædicationem fuisse iure creditam. Est enim in coelis qui hoc iussit fieri, & à dextris confidet. Postquam ita dispensationis meminit, & per spiritalem gratiam Hæreticas spinas præuidit, quas Valentinus, & Basilides, & Marcio, & Manes seminarunt, omnes quidem similiter negantes carnis adsumptionem, & cum veteri testamento pugnantes, in aliis autem multiplices errores sustinentes, ea futura necessario prædicit.

CAP. IIII.

**SPIRITVS** autem manifestè dicit. ] Quemadmodum autem hæc dicit Dominus, & illa dicit Deus exercituum, ita etiam spiritus diuinè dicit.

y iiii

μη δαλόως, non calumniatrices.

ἀξιωματικῶν, acquirunt.  
περὶ τῆς ἐλευθερίας, libertatem.

θεὸς, Deus

ἐν πνεύματι, iustificatus est.

Matth. 12.

Mar. 15.

ἠφ' ἑαυτοῦ, visus est.

ἐκπρόχθῃ, prædicatus est.

ἀνεληφθῆναι, assumptus est.

ὁμοιωμένοι, deficient.

κατασκευασμένοι.

παύσει, matrimonium contrahere,

Gen. 1.

ἡρώδης ἰδὼν, fugerēs precipiēs.

ἡρώδης ἰδὼν, fidei & doctrinæ.

ineptas βεβήλους, profanas,

ἀντιζηλοῦμεθα, probris appetimur.

QVOD in nouissimis diebus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam. ] Ostendit quòd ecclesiastico corpori olim coniuncti fuerunt qui fuerunt postea Prophetæ mendacii. Hoc enim significat illud, deficient quidam à fide attendentes spiritui erroris. Rectè autem doctrinas dæmoniorum illorum dogmata appellauit. Illorum enim verè fœtus sunt illa verba. Illud autem, in hypocrisis loquentium mendacium, posuit, quoniam sibi Christianorum appellatione imposta, aperte docent contraria. Cauteriatam autem habentes conscientiam eos vocauit, stuporem eorum extremum docens. Locus enim cauterii morte affectus priorem sensum amittit. Postquam eorum dogmatum ostendit perniciem, quam sint etiam execrandæ eorum leges prædicit. PROHIBENTIVM nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerint veritatem. ] Execrabiles enim nuptias, & plurimos cibos appellant, vt creatorem iniuria afficiant. Eos autem fecit ad vsum, vt ii qui sunt eorum participes, ex eo sumant occasionem agendi gratias, & laudandi eum qui illos suppeditat. Rectè autem posuit illud, Prohibentium contrahere matrimonium. Neque enim cœlibatum ac continentiam vituperat, sed eos accusat qui lege lata ea sequi compellunt. QVOD omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. ] Illud, omnis creatura Dei bonæ, accepit ex scriptura Mosæica. Vidit enim, inquit, Deus omnia quæ fecit, & ecce erant valde bona. Illud autem, quod natura bonum est, si cum gratiarum actione sumitur, per Dei memoriam etiam sanctum redditur. Cùm impietatis illos sic arguisset, discipulo rursus quam par est adhortationem exhibet. HÆC fratribus proponens, bonus eris minister Christi Iesu. ] Est enim eius qui ministrat proprium implere ea quæ imperantur, & ad eos qui sunt eiuldem fidei Domini præcepta transmittere. ENVTRITVS verbis fidei bonæ doctrinæ quam assecutus es. ] Oportet autem te primum omnium spiritali doctrinæ adherere, & eam haurire, eius autè regulas perfecte accepisti. INEPTAS autem & aniles fabulas deuita. ] Rursus in memoriam reuocat ea quæ dicta sunt in proœmio. Aniles enim fabulas doctrinas Iudaicas vocauit, non legem, sed falsam legis interpretationem, & intempestiuam eius obseruationem. EXERCE autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est: promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ. ] Qui bonæ, inquit, corporis habitudinis curam gerunt, exiguo tempore ea fruuntur. Pietatis autem certamina & in hac vita insignes ac suspiciendos certatores efficiunt, & vt in illa, coronas quæ nunquam senescunt percipiant, causa sunt. Pietatis autem exercitationem vitam vocauit laudabilem. Vitæ enim recta institutio habet cum certaminibus conuenientiam. FIDELIS sermo, & omni acceptione dignus. ] Quoniam futuræ vitæ meminit: id autem erat res quæ non videtur: fidelem sermonem necessario vocauit. Est enim fide dignus, vt qui veritate ornatur, quin etiam laudabilis. Oportet enim Agonothetam proponere præmia victoribus. Deinde ponit etiam seipsum pro exemplo. IN hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium. ] Cur enim tor labores suscepimus, & probra ab omnibus intentata perpetimur, si non est aliqua laborum remuneratio? Atqui est remuneratio. Aeternus. n. Deus iis qui decertant præmia proponit, & est omnium hominum

hominum seruator : præcipuè autem eorum qui in ipsum crediderunt. **A** PRÆCIPE hæc & doce. ] Scilicet vt in pietate exercentur, vt expectent remunerationes, & ad Agonothetam respiciant. NEMO adolescentiam tuam contemnat. ] Atqui hoc non est meum, cur ergo mihi præcipis quæ aliis conueniunt. SED exemplum esto fidelium. ] Vis, inquit, non contemni si præcipias. Efficere lex animata. Ostende te legem rectè exequi, habe vitam quæ de sermone ferat testimonium. Hoc enim dicit. IN verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. ] Vniuscuiusque eorum quæ dicta sunt ostende in te ipso imaginem. DVM venio, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. ] Ex hoc etiam loco potest intelligi, quòd nos etiam laborem conferre conuenit, & ita gratiam spiritus accipere. **B** Beatissimo enim Timotheo qui erat spiritualis, iussit Doctor vt attenderet lectioni. Exhortatio autem differt à doctrina, quòd doctrina quidem absque vilo impedimento diuersas tradet disciplinas: Exhortatio autem vel eos qui sunt tristes consolatur, vel eos qui irascuntur consilio mitigat. **N**OLI negligere gratiam quæ in te est: quæ data est tibi per Prophetiam cum impositione manuum Presbyterii. ] Gratiam hic appellauit doctrinam: Presbyterium autem hic vocat eos, qui Apostolicam gratiam acceperunt. Ita etiam eos qui erant honorati in Israël, diuina scriptura senes vocauit. **H**ÆC meditare. in his esto, vt profectus tuus manifestus sit in omnibus. ] In spiritualibus enim exerceri, vt in rebus diuinis incrementum accipiamus efficit. **C** ATTENDE enim tibi & doctrinæ insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum seruabis, & eos qui te audiunt. ] Illi enim & quid sit agendum discant: & tu ea quæ præcepta fuerint implebis, & ex eo vtilitatem capies.

## CAPVT V.

**S**ENIOREM ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. ] Non dicit hic sacerdotem, sed eum qui consenuit, hoc enim significant ea etiam quæ subiunguntur. **I**VVENES vt fratres, anus vt matres, iuuenulas vt sorores in omni castitate. ] Quoniam enim necesse est eum cui sunt credita anima, etiam cum iuuenibus mulieribus loqui, necessario adiecit illud, in omni castitate, vt cum corpore animam quoque habeat continentem, & **D** nec per oculos vel per aures vllum nocumentum suscipiat. Deinde rursus reuertitur ad doctrinam de ordinibus ecclesiasticis. **V**IDVAS honora, quæ verè viduæ sunt. ] Quænam autem sunt eæ? **S**I qua autem vidua filios aut nepotes habet: discant primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram Deo. Quæ autem verè vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. ] Ecclesiasticam, inquit, subuentionem oportet eas consequi, quæ nullum habent aliunde subsidium aut solatium, eæ autem eo quòd sint à curis liberatæ, in diuinis precationibus perpetuò versantur. **E**as autem quæ habent filios vel nepotes, oportet de eis esse sollicitas, & quam parentes earum curam gesserunt, eas quoque illorum curam gerere. vt quæ illis debetur rependant remunerationem, & ab eis quoque mutuam auxilium recipiant. **N**AM quæ in deliciis est, viuens mortua est. ] Immo dicæ enim dicæ rationem obruunt, & efficiunt vt in corpore, tanquam in aliquo sepulchro iaceat. **E**T hoc præcipe vt irreprehensibiles sint. ] Nō hoc dixit de iis solum quæ dignæ habitæ sunt vt ecclesia earum curam gereret: sed etiam de iis quæ alendorū filiorum vinculo alligatæ sunt. **S**I quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. ] Hoc & de matribus dixit, & de filiis, etenim oportet matres filios alere, & eam quam par est pietatem eos docere. Illos quoq.

Post charitate  
græcum habet  
ἐν πνεύματι, in  
spiritu.

si EA  
si MOI  
si, inquit, si  
si, inquit, si  
si, inquit, si

si, inquit, si

ἐπιμαρτυροῦμαι, exhortare.

si, inquit, si  
si, inquit, si  
si, inquit, si

ἐπιμαρτυροῦμαι, sperat & perseverat.

ἐπιμαρτυροῦμαι.

in ca- talogum seu nu- merum viduaru referatur.

Post christi- anismum habet in u-

matrimo- nio

A&. 16. Rom. 16. si iis qui as- sigebantur sup- peditaui.

φλυαρῶν, nugatri- ces.

viduas χήρας, iu- niores viduas. ἀνωθεν αὐτῶν, do- mui præesse.

si quis autē vel si qua fidelis. & non.

Deut. 28. & dicit.

Deut. 17.

oportet similiter parentibus inferuire, & eis ferre auxilium. VIDVA de-  
 ligatur non minus sexaginta annorum. ] Non dixit, Non sit, sed, non de-  
 ligatur. Nempe quod quæ sunt adhuc florenti ætate, & laborare, & victum  
 sibi possint querere, quas etiam oportet domare laboribus ætatis petulan-  
 tiam. ] QVÆ fuerit vnus viri vxor. ] Hinc etiam manifestum est, quòd  
 non reuocat secundas nuptias: sed decernit vt in matrimonio castè viuant.  
 Neque enim qui secundum matrimonium lege superius constituit, prohi-  
 buit vt quæ secundas sit secuta nuptias, non assequatur corporale subsi-  
 dium: qui aperte præcipit vt bonum faciamus omnibus hominibus. IN  
 operibus bonis testimonium habens. ] Deinde ea sigillatim enumerat. SI  
 filios educauit. ] Non exigit solum vt alant, sed etiam vt piè nutriant. Hoc  
 etiam dicit Deus de Abraham, quòd mandauit filiis suis, & domui suæ post  
 se, vt seruarent omnia iudicia Domini Dei. SI hospitio recepit. ] Dein-  
 de dixit etiam quosnam. SI sanctorum pedes lauit. ] Hoc enim olim fa-  
 ciebant. Ita etiam Lydia ipsum Apostolum, & eos qui cum eo erant susce-  
 pit. Ita etiam dixit de Phœbe. Adfuit multis & mihi ipsi. SI tribulatio-  
 nem patientibus subministrauit. ] Non quantitatem suppeditationis, sed  
 mentis quærit qualitatem. Talia erant in sacris Euangelis viduæ duo mi-  
 nuta. SI omne opus bonum subsecuta est. ] Dixit omnes virtutis spe-  
 cies. ADOLESCENTIORES autem viduas deuita. Cum enim luxuriatæ  
 fuerint in Christo, volunt nubere, habentes damnationem, quia primam  
 fidem irritam fecerunt. ] Cùm enim Christo professæ sint in viduitate cas-  
 tè viuere, secunda matrimoniâ contrahunt. SIMVL autem & otiosæ di-  
 scunt circumire domos, non solum autem otiosæ, sed & verbosæ, & curio-  
 sæ, loquentes quæ non oportet. ] Ostendit causas propter quas non vult  
 eas referre in numerum viduarum. Illud autem, Luxuriatæ fuerint, pro  
 eo quod est, ecclesiasticum subsidium acceperint, & quæ sunt corpori ne-  
 cessaria absque vlla sollicitudine perceperint, aluntur in otio. Otium au-  
 tem introducit nequitiam. VOLO ergo iuniores nubere, filios procrea-  
 re, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gra-  
 tia. ] Diuino Paulo dicente, Volo, Nauatus dicit, Nolo. Dicit etiam  
 cur id velit. Vt ipsæ, inquit, & maritis subiectæ, & in cura familiæ occu-  
 patæ, liberentur à nocumento quod parit otium. Deinde etiam causam hu-  
 ius docet manifestius. IAM enim quædam conuersæ sunt retro post Sata-  
 nam. ] Ex experientia lex lata est. SI quis fidelis habet viduas, submini-  
 stre illis, vt non grauetur ecclesia, vt iis quæ vere viduæ sunt sufficiat. ]  
 Id est, iis quæ nusquam vllam habent subuentionem aut consolationem.  
 Iubet autem hoc facere fidelibus. Earum enim quæ ad infideles quidem  
 pertinent, sunt autem fide ornata, vult ab ecclesia curam geri. QVI bene  
 præfunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant  
 in verbo & doctrina. ] Vsq; adeò res est laudabilis doctrina. Duplici au-  
 tem honore, posuit pro ampliori. Quod autem dixit confirmat scripturæ  
 testimonio. DIXIT enim scriptura. Non alligabis os boui trituranti,  
 & Dignus est operarius mercede sua. ] Illud quidem ex veteri, hoc verò  
 ex noua adduxit. ADVERSVS Presbyterum accusationem noli recipere:  
 nisi sub duobus aut tribus testibus. ] Hoc lex præcipit de omnibus. In duo-  
 bus enim, inquit, aut tribus testibus stabit omne verbum. Vel maximè  
 autem, inquit, oportet hoc facere in Presbytero. Accidit enim vt cum ec-  
 clesiæ ei sit præfectura credita, nonnullos ex iis qui peccant offendat, illique  
 ex eo in illum infesto sint animo, & calumniam in eum machinentur, est  
 ergo testium numerus exigendus. PECCANTES coram omnibus argue,  
 vt &

**A** vt & cæteri timorem habeant. ] Nec condemnes ante probationem: nec eis qui aperte conuincuntur quòd aliqua scelera perpetrarint, pepercis: sed eos qui conuincuntur condemna omnibus præsentibus, vt timore pœnæ peccatum fugiant. Deinde ipsum quoque terrefacit terribili testatione. **TESTOR** coram Deo & Christo Iesu & electis Angelis, vt hæc custodias sine præiudicio nihil faciens, in alteram partem declinando. ] Duo simul præcipit, nec ideo condemnare quod credantur accusatores fide digni: aut propter odium conceptum hoc facere ante diligentem examinationem: nec si fuerint apertæ probationes, differre condemnationem, propter eius qui accusatus est gratiam ius peruertendo. Porro autem Angelos cum Deo & Christo coniunxit, non tanquam honore æquales, sed vt seruos. Ita etiam nos sæpe cum maioribus minores coniungimus, & seruis simul & Dominis, Sacerdotibus & Laicis præsentibus dicimus. In horum omnium præsentia te testor. Ita etiam beatus Paulus, Testor te, inquit, coram Deo, & Filio eius, & seruis eius. **MANVS** cito nemini imposueris: neque communicaueris peccatis alienis. ] Oportet enim prius examinare vitam eius qui ordinatur: deinde in ipsum inuocare gratiam spiritus **TE IPSVM** castum custodi. ] Ne te reddas obnoxium criminationi. Deinde etiam affert curationem corpori conuenientem. **NOLI** adhuc aquam bibere, sed modico vino vttere propter stomachum tuum, & frequentes infirmitates. ]

**C** Qui sermone aliis medetur, Discipulo vini præbet medicamentum, credens ei qui dixit. Virtus mea in infirmitate perficitur. Deinde redit ad ceptum sermonem de ordinatione. **QVORVNDAM** hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent abscondi non possunt. ] Non omnes, inquit, palam peccant: sunt enim etiam qui clanculum delinquant, sed tamen quod hodie latet, tempore deprehenditur, expecta ergo doctrinam quæ habenda est ex experientia.

## CAPVT VI.

**Q**VICVNQVE sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. ] Hæc dicit de iis qui habent Dominos infideles. Illi enim videntes seruos suos insolentes, Euangelicam doctrinam maledictis appetebant, vt quæ eorum causa esset. **QVI** autem fideles habent Dominos, non contemnant quia fratres sunt. Sed magis seruiant quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii participes sunt. ] Sed nec ii qui pios habent Dominos, ex eorum pietate ac religione sumant occasionem contemnendi Dominos: sed eis ea de causa diligentius seruiant. **HÆC** doce, & exhortare. ] Illud quidem vt præceptor, hoc verò vt pater. **SI** quis aliter docet, & non acquiescit fanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum. ] Oportet stare iis quæ sunt decreta à Domino. Qui enim ea quidem audent transgredi, proprias autem rationes & cogitationes sequuntur, nihil quidem sciunt eorum quæ scire oportet: soli autem superbiæ & arrogantia seruiunt. **EX** quibus oriuntur inuidia, contentiones, blasphemia, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. ] Qui n. à veritate recedunt, & sequuntur proprias cogitationes, ea quidem docere conantur quæ non conueniunt, hinc autem sequitur contentio & inuidia, ex contentione autem, aduersus Deum blasphemia suscipitur, eiecta autem fide, oriuntur malæ suspiciones, hinc autem procreatur quædam

κτὴν ἀπόστολον  
ad postulationē

ἀγνὸν, purum.

1. Cor. 4.

περὶ ἑρατου, accedit.  
τὸ ἴδιον, inflatus est.  
νοῶν, laborans.  
λογομαχίας, de verbis contentiones.

ἢ διασπορῆς, contagio.



Illud recede, ab  
iis qui sunt eius-  
modi, non est in  
latina versione.  
μὴ ἀποβῆσθαι, cū  
animo forte sua  
contento, con-  
contentezza.  
ἀποβῆσθαι, videli-  
cet.

Iob. 1.

ἐπιθυψία, stu-  
dium pecuniæ.

ἐπιπέσει, impli-  
cuerunt.

ἑστὸς

ὁμοῦ

ἀλλοῦ

ἀποδοῦ

ὅτι

ἀποδοῦ

ἀποδοῦ

ἀποδοῦ

Ioan. 1.

lues quæ inficit eos qui appropinquant. Hoc enim significat illud, Conta-  
gio eorum qui sunt mente corrupti. Quemadmodum enim oues ægrotae, si  
cum sanis versantur, eodem eas morbo inficiunt: ita etiam hi eos qui ipsis  
utuntur eodem malo replent. Vnde etiam ei prohibendo exclamat. RECE-  
DE ab iis qui sunt eiusmodi. ] Quoniam autem illi existimabant damno-  
sam esse pietatem, subiunxit. EST autem quæstus magnus pietas cum suf-  
ficientia. ] Vitam enim æternam nobis acquirit. Oportet autem in præsen-  
ti vita fugere auaritiam & plura habendi cupiditatem, sua autem forte esse  
contentum. Deinde ex ipsa natura confirmat suasionem. NIHIL enim  
intulimus in hunc mundum: haud dubium quin nec auferre quid possu-  
mus. ] Hoc etiam dixit beatus Iob. Ipse nudus egressus sum ex utero ma-  
tris meæ: nudus etiam illuc reuertar. HABENTES autem alimenta & qui-  
bus tegamur, iis contenti simus. ] Solius enim moderati nutrimenti &  
conuenientium vestimentorum opus habemus. Docet etiam damnū quod  
sequitur ex insatiabili auaritia. NAM qui volunt diuites fieri, incidunt  
in laqueum, & tentationem Diaboli, & desideria multa inutilia, & noci-  
ua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. ] Non dixit sim-  
pliciter, qui sunt diuites, sed, qui volunt diuites fieri. Si quis enim acce-  
ptas à maioribus diuitias ex lege diuina dispenset, liber est ab accusatione.  
Qui autem ex pauperibus quidem natus est, diuitias autem appetit, & ad  
eas parandas nullam non viam inuit, eum non capiet quidem satietas deside-  
rii, peccati autem laqueis implicabitur, fluctibusque agitato & naufragium  
passus vitam finiet. RADIX enim omnium malorum est cupiditas. ]  
Cædes enim & præstigiæ, furta & rapinæ, fraudes & mendacia, iurisu-  
randi violatio, & alia genera iniquitatis, ex hac radice pullulant. QVAM  
quidam appetentes aberrauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus mul-  
tis. ] Quæ nullam taxat personam inducit accusationem, vt pater beni-  
gnus ac beneuolus, & curam gerens eorum qui alieni euaserant. TV au-  
tem ò homo Dei hæc fuge. ] Magna laus: Ita appellabatur & Helias ille  
magnus. Ita etiam multi ex Prophetis nominati sunt. Non quod alii homi-  
nes non sint Dei, omnes enim sunt Dei creaturæ. Sed qui veteres creatio-  
nis characteres seruauerunt, verè homines Dei vocantur. Ita omnes sunt ser-  
ui Dei, vt creaturæ, etenim vel Nabuchodonosor impius est Dei seruus. Sed  
ille quidem natura: Abraam autem & Dauid, & Paulus, & qui sunt ei simi-  
&, etiam habitudine ac relatione. Per Abraham enim, inquit, seruum tuū  
&, per Dauid seruum meum, & Paulus seruus Iesu Christi. SECTARE  
vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.  
Certa bonum certamen fidei. ] Præcepit vt se exerceret: nunc suadet vt  
decertet. Lucrum quod ex eo prodit ostendit. APPREHENDÈ vitam  
æternam, in quam vocatus es, & confessus es bonam confessionem coram  
multis testibus. ] Omnes enim qui prædicationem ab eo acceperunt, testes  
habuit pulchræ confessionis. PRÆCIPIO tibi coram Deo qui viuificat  
omnia, & Christo Iesu qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam  
confessionem. ] Timens diuinus Apostolus talenti reddendam rationem,  
discipulo abundè adducit testificationes: imo potius etiam illius curam ge-  
rit vt ipse etiam cum maiori animi promptitudine suos instituat & compo-  
nat discipulos. Bonam autem confessionem Domini, vocauit salutem or-  
bis terræ. Pro ea enim passionem sustinuit: Quoniam autem Arriani, malè  
intelligentes illud, Omnia per ipsum facta sunt, etiam spiritum vna cum  
omnibus comprehendendi contendunt, audiant Apostolum dicentem, qui vi-  
uificat omnia, & dicant nobis quomodo hic intelligunt omnia. Vtrū etiam  
bruta

**A** bruta resurgent, & præter bruta, ea etiam quæ sunt inanimata, plantæ, inquam, & semina, & lapides, & ligna, & quæ sunt his similia. Sed clarum est eos id non esse dicturos. Diuinus ergo Apostolus nobis reliquit pie intelligendum illud, omnia. Ita ergo etiam intelligendum est dictum Euangelii. Sed veniamus ad reliqua quæ restant interpretanda. Eum enim testatus, dicit etiam cur ea testatus sit. **V**T serues mandatum. ] Nempe ea quæ scribo. **S**INE macula, irreprensibile, vsque ad aduentum Domini nostri Iesu Christi. ] Pro eo quod est, Ad illud respiciens, & illud expectans, nihil diuinæ doctrinæ alienum admiscueris. **Q**UEM suis temporibus ostendet beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus Dominantium. Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibleem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Cui honor, & imperium sempiternum. Amen. ] Ex iis quæ Deo adsunt, id quod de resurrectione & iudicio & remuneratione dictum est confirmavit. Primum enim eum ostendit esse immutabilem, cum nominauit beatum. Qui est enim natura beatus, nullâ mutationem suscipit. Deinde potentem. Solus enim, inquit, potens, Rex Regnum, & Dominus Dominantium. Præterea ab interitu & exitio alienum. Qui solus habet immortalitatem. Accedit iis quòd cum ipsam non posset perferuari naturam, lucem quæ circa eam est ostendit. Lucem enim, inquit, habitat inaccessibleem. Sed nec hoc Deo conuenit, habet enim naturam quæ nequit circumscribi. Si autem habitat lucem, ab ea circumscribitur. Verum enim uero eum laudat ut potest, & quoad potest peruenire respicit. Si autem ad lucem quæ est circa ipsum accedi non potest, quomodo potest ipse videri? Vnde subiunxit, Quem nullus hominum vidit vnquam, sed nec videre potest. **D**IVITIBVS huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. ] Incerta enim est possessio diuitiarum. Nunc enim ad hunc veniunt, nunc verò ad illum transeunt. Quæ autem multos habet Dominos, nullius est possessio. Distinctione autem necessario vsus est. Sunt enim futuri etiam sæculi diuites, qui stabiles diuitias & sufficientes possident. **S**ED in Deo viuo qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum. ] In eo, inquit, collocanda est fiducia, qui semper quidem viuit, bona autem fruenda omnibus suppeditat. Non solum autem præcipit Deo credere, sed etiam facere quæcunque fidei conueniunt. **B**ENE agere, diuites fieri in bonis operibus: **F**ACILE tribuere, communicare. ] Illud enim est bonorum suppeditationis: Hoc verò modestiæ morum. **Κ**ΟΙΝΩΝΙΚΟΝ enim, id est, ad communicandum faciles, eos solemus appellare, qui sunt moribus alienis à superbia. **T**HESAVRIZARE sibi futurum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam. ] Diuitiarum possessionem appellauit incertam, futurorum autem bonorum perceptionem, appellauit fundamentum. Illa enim sunt immobilia, & immutabilia. **O**TIMOTHEE Depositu custodi. ] Existimo eum appellare depositum, gratiam spiritus quam accepit per ordinationem. **D**EVIANS prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. ] Qui à Simone processerunt, appellati sunt **γνωστοί**, quasi dicas, cognitione aut scientia præditi. Quæ enim diuina scriptura tacuit, ea Deum sibi dicit reuelasse, sunt autem plena omni impietate & petulantia ac libidine. Iure ergo eam vocauit falso nominatam scientiam ut quæ ignorationis habeat caliginem, non autem lucem diuinæ cognitionis. **G**RATIA tecum. Amen. ] Benedictionem consuetam addidit. Oportet omnes qui sacerdotium sunt consecuti, hanc doctrinam diligenter seruare, & eam veluti quandam regulam sibi semper proponere, &

οὐκ ἐπιδοξοῦν,  
ne nimium elatè  
de se sentiant.  
ἀδύνατος ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία.

ἡ ἐπιδοξία ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία.

ἡ ἐπιδοξία ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία.

ἡ ἐπιδοξία ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία, ἡ  
ἐπιδοξία.

ad eam dirigere quæ ab ipsis dicuntur & fiunt. Ita enim fieri poterit, vt cum beato Timotheo, quin etiam cum diuinissimo Paulo partem consequamur gratia & benignitate Domini & seruatoris nostri Iesu Christi. Cum quo Patri cum sanctissimo Spiritu conuenit gloria & magnificentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Prima Epistola ad Timotheum scripta est Laodiceæ, quæ est metropolis Phrygiæ.

ARGUMENTVM EPISTOLAE SECVNDÆ AD TIMOTHEVM.

Romæ scripsit secundam ad beatissimum Timotheum epistolam diuinus Apostolus, cum iam esset in ipso fine uitæ. Idque ipse significauit, cum sic scripsit. Ego iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Misit autem ad ipsum, ad subeunda pro pietate certamina incitans: & ad fortiter ferenda pro fide pericula adhortans. Porro autem ostendit etiam præmia certaminum. Prædixit etiam de nonnullis, qui pietatem quidem præ se ferebant, uitam autem à professione alienam ducebant.

INTERPRETATIO EPISTOLAE SECVNDÆ AD TIMOTHEVM.



**D**ILECTUS Iesu Christi per voluntatem Dei secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu. Timotheo charissimo filio, gratia, misericordia, & pax, à Deo Patre & Christo Iesu Domino nostro. Non omnis filius dilectus, contingit enim nonnunquam vt naturalem beneuolentiam extinguant mali mores filiorum. Vndiquaque autem optimum Timotheum & filium & dilectum fecit

non natura sed animus. Illud autem, secundum promissionem vitæ ita est intelligendum. Me Apostolum fecit Dominus Deus, consentiente etiam filio vt promissam vitam æternam prædicarem hominibus. GRATIAS Ago Deo meo, cui seruo à progenitoribus meis in conscientia pura. Verum est quod dicit, etsi de vitæ splendore non tulit testimonium, bonam tamen in Deum affectionem significauit per puram conscientiam. Etenim quando persequebatur, se ea pro Deo facere existimabat. Hoc enim dixit etiam in epistola ad Philipenses. Secundum zelum persequens ecclesiam, secundum iustitiam quæ est in lege factus irreprehensibilis. QVOD sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desiderans te videre, memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear. Obscurum sensum facit constructio. Hoc autem dicit. Dum recordor tuarum lachrymarum, magna lætitia repleor, & tui rursus videndi desiderio inflammor, & assidue orans, propter te Deum laudo. Est autem verisimile eum fuisse lachrymas, cum ei vale diceret, & à Magistro seiungeretur. RECORDATIONEM accipiens eius fidei quæ est in te non ficta. Me autem maxima lætitia afficit tuæ fidei sinceritas. QVAE & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Eius autem matris meminit etiam beatus Lucas in Actis. Erat autem illic, inquit, discipulus nomine Timotheus, filius Iudææ fidelis. Sed illud quidem olim fuerat, hoc verò acceperat. Cùm enim esset

ἀγαπῶν ἡ γνησία  
dilecto & ger-  
mano.

ὃν λατρεύω, quem  
colo.

Philip. 3.

συνεβόησάν τε.

**A** esset Iudæa, credidit seruatori vniuersorum. De parentibus autem mentionem faciendo cum laude ac commendatione, fidem confirmat in Discipulo. Nihil enim æquè iuuat vt exemplum domesticum. Et quoniam accidit vt nonnulli ex pijs nati pietatem parentum non imitentur, necessario subiunxit. **CERTVS** sum autem quòd & in te. ] Deinde hoc facit fundamentum exhortationis. **PROPTER** quam causam admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. ] Hæc cum mihi de te sint persuasa, hortor te vt animi tui promptitudine & alacritate excites gratiam spiritus quam accepisti per meam ordinationem. Quemadmodum enim oleum lampadis flammam efficit vehementiorem: ita animi promptitudo & alacritas attrahit gratiam spiritus. **NON** enim dedit nobis Deus spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. ] Sanctissimi Spiritus gratiam dedit nobis Deus, non vt pericula pro pietate timeamus, sed vt diuina virtute referti, ipsum quidem ardentè amemus, nostri autem animi perturbationū motus insolentes castigemus. **NOLI** itaq. erubescere testimonium Domini nostri, neque me vincitum eius. ] Crux est enim quæ prædicatur, & contumeliæ, & maledicta, & passio, & mors. Hæc autem iis qui non credunt videntur esse plena dedecore & ignominia. Sermo enim crucis, inquit, videtur iis quidem qui pereunt stultitia. Quamobrem ipse etiam scribens ad Romanos dixit. Non enim me pudet Euangelii. Est enim Dei virtus ad salutem omni credenti. Suadet ergo discipulo, vt hæc liberè prædicet. Propterea ergo etiam meminit suorum vinculorum; docens se propter prædicationem esse vincitum in carcere. **SED** collabora Euangelio secundum virtutem Dei: qui nos liberauit, & vocauit vocatione sancta. ] Prædicatorum passionem Euangelii passionem vocauit, quoniam propter illud, omnis generis supplicia sustinuerunt. Illi ergo præcipit vt ea fortiter ferant, & addit animum ex recordatione diuinæ potentie. Qui enim vocauit propter salutem, præbet etiam vires, eorum qui suscipiunt fide gratiam metiens. **NON** secundum opera nostra: sed secundum propositum suum & gratiam. ] Vocauit autem nos non ad nostram vitam respiciens, sed propter solam suam humanitatem. **QVAE** data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia: manifestata est autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi. ] Hæc ab initio quidem & ante sæcula præfinit Deus, nunc autem iis quæ præfinita ac decreta fuerunt finem imposuit. Hæc autem & cum vellet consentientem ac suffragantem habuit Christum Dominum: & cum efficeret, adiutorem ac cooperatorem: Per eius enim aduentum, opus effectum reddidit. Apertè autem etiam per hæc ostendit æternitatem filii. Iam verò dicit etiam quæ facta sunt per humanæ naturæ susceptionem à seruatore. **QVI** destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per Euangelium: in quo positus sum ego prædicator & Apostolus, & Magister gentium. ] Cum enim homo factus esset sermo vnigenitus, mortis quidem fudit ac profligauit potentiam, æternæ autem vitæ nobis dedit promissionem, hoc enim dixit illud, illuminauit, pro eo quod est, indicauit seu significauit. Me autem, inquit, elegit eorum prædicatorem, vt omnibus gentibus afferrem bonum nuncium eorum quæ bona sunt. **OB** quam causam hæc etiam patior. ] Apertè ostendit & eorum ingrati animi crimen, & suæ animi fortitudinem. Cum illi enim bonum nuncium acciperent, oporteret autem bene cum eo agere & humanè excipere, eum supplicio affecerunt, ipse verò cum gaudio supplicia subiit. Hoc enim subiunxit. **SED** non confundor. ] Ea de causa etiam Discipulo præcepit, ne pudore afficeretur.

*πεισθησάμενος*, persuasum habeo.

*θεοφρονουμένων*, castigationis.

*i. Cor. i.*

*Rom. i.*

*ἀλλὰ συνημνοῦν ἡμῶν τῆς ζωῆς καὶ χάριτος* sed vnà cū Euangelio patere.

*ἀπό τῶν ἀρχαίων*, æternæ, *ἐπιφανείας*, apparitionem, seu aduentum.

*ἐπιχύνουμαι*, pudore afficior.

scio enim cui credidi, & certus sum quod potens est depositum meum ser-  
uare in illum diem. ] Bono enim sum animo, & confido respiciens ad il-  
lius potentiam, quod quantam mihi praeiuit spiritus gratiam, integram ser-  
uabit usque ad suum aduentum. Deinde docet quomodo fieri potest ut quis  
se recte gerat ex virtute quae ex Deo est. FORMAM habe sanorum verbo-  
rum, quae a me audisti fide & dilectione in Christo Iesu. ] Imitare, in-  
quit, pictores: & quemadmodum illi attendentes exemplaria, perfecte illo-  
rum imagines describunt: ita etiam tu habe veluti quoddam exemplar arche  
typum, eam quae a me tibi tradita est doctrinam de fide & charitate. BON-  
VUM depositum custodi per spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis. ]  
Habes gratiam, spiritus quae sufficit ad illuminationem. Ea ergo conserva  
alacritatem & promptitudinem animi. Deinde recordatione suarum tenta-  
tionum, illum etiam hortatur ut ferat talia. scis enim hoc quod auersi  
sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phygellus & Hermogenes. ]  
Erat olim Romae sedes Imperatoria. Multi ergo illic peregrinabantur, alii  
quidem mercaturae gratia: alii vero aliis de causis. Est ergo verisimile non-  
nullos ex iis qui in Asia crediderant, illo tempore Romae fuisse versatos, &  
Apostoli fugisse congressionem, propter metum Neronis. Eorum autem  
duorum etiam nomina posuit, ut qui scilicet manifestissimam ostenderint  
malevolentiam. Id autem fecit, non eos accusans, sed ei cui erat credita Asiae  
praedicatione, eos qui erant hostes fidei aperiens. Sed quemadmodum per haec  
hortatus est, ut quae ei molesta acciderent forti animo ferret: ita per ea quae  
deinceps sequuntur ei consolationem adhibet. DET misericordiam Do-  
minus Onesiphori domui, quia saepe me refrigeravit, & catenam meam non  
erubuit, sed cum Romam venisset, sollicitus quae sicut me & inuenit. Det illi  
Dominus inuenire misericordiam a Deo in die illa. Et quanta Ephesi mini  
stravit mihi, tu melius nosti. ] Laudandus, admirandus, & beatissimus ille  
est, qui Apostolo tantopere inseruierit, ab illa autem lingua benedictio-  
nem decerpserit. Illi enim, quorum prius meminit, vel praesentes auersati  
sunt Apostolum: Hic autem ex Asia Romam excurrit, nec viae longitudine  
deterritus, nec crudelissimum Imperatorem veritus, eique inseruit, & omni  
officii genere eum est persecutus. Quamobrem non ei soli, sed toti etiam  
domui diuinam reddidit misericordiam. Ei autem in memoriam reuoca-  
uit, ut qui sciret quanam officia in eum Ephesi contulisset. Quod autem  
ad utilitatem discipuli, quae sibi molesta fuerant, & quae iucunda, scripse-  
rit, testantur quae sequuntur.

CAP. II.

TV ERGO fili mi confortare in gratia quae est in Christo Iesu. ] Haec,  
inquit, cum scias, ita fortiter. Te enim sustentat Christi gratia. VT  
quae a me audisti per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus,  
qui idonei erunt & alios docere. ] Quae me multos audiisti docentem (hoc  
enim dixit illud, Per multos testes) ea perpetuo praedica & quemadmodum  
a me Doctor constitutus es, ita etiam tu eos qui fide sunt ornati, doce ea  
quae didicisti, ut illi etiam doctrinam rursus ad alios transmittant. LABO-  
RA sicut bonus miles Iesu Christi. ] Respice cuius sis miles, & fer forti ani-  
mo labores militiae. Deinde persistens in metaphora, ex eo parat utilitatem.  
NEMO militans Deo implicat se negotiis saecularibus, ut ei placeat cui se  
probavit. ] Qui vitam militarem amplectuntur, sunt a mercimoniorum  
studiis separati: solius autem militaris disciplinae curam gerunt, ut in eam  
gratiam apud Principes qui ea sunt natura praediti, Deinde ex alia etiam si-  
militudine eandem exhortationem construit. NAM & qui decertat in ago-  
ne, non coronabitur, nisi legitime certauerit. ] Habet etiam ars Athle-  
tica

ἐπιστολῶν τῶν  
με ἀνερῶν εἰσι

in quantis.

οὐ ἐν χυμῶν  
ου, tu ergo per-  
ter afflictiones.  
ἰδὲν ὁρατῶν ὁρῶν  
ἰμπερῶν, ταῖς  
τῶν βίῶν μετῴμι-  
τας, ἵνα πὸν ὁρα-  
τολογῶν τῶν ἀρίων,  
nemo qui mili-  
tat, implicatur  
ad victu paran-  
dum pertinenti-  
bus negotiatio-  
nibus, ut ei qui  
delectum exerci-  
tus habuit pla-  
ceat.  
ἰδὲν δὲ τῶν ἀδελφῶν  
σπαρῶν, quod si  
etiam decertat  
aliquis, non co-  
ronatur.



mus Agricolas qui rectos fulcos profcindunt. Ita etiam Magister est laude dignus, qui sequitur regulam diuinorum eloquiorum. **PROPHANA** autem & vaniloquia deuita. ] Aperte ostendit quomodo vocauerit rectam profcissionem doctrinae veritatem. Iussit enim fugere execranda & inania dogmata. **MVLTVM** enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum vt cancer serpit. ] Cancer est morbus serpens, & quod in corpore fanum est inficiens. Illi eos qui contraria veritati docere conantur assimilauit, saepe enim eos etiam corrumpunt qui sunt a passione liberi. Ponit etiam nomina eorum quibus affectionem assimilauit. **EX** quibus est Hymenæus & Phyletus, qui ex veritate exciderunt. ] Quid autem ii docent? **DICENTES** resurrectionem esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem. ] Successionem quæ fit per liberorum procreationem resurrectionem miseri appellarunt: & effecerunt vt nonnulli deficerent a doctrina Apostolica. Quoniam autem dixit, subuertunt quorundam fidem, vim veritatis necessario ostendit. **SED** firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc. ] Labefactari, inquit, non potest basis veritatis. Deus enim hoc iecit fundamentum. Fundamenti autem signaculum, est spes resurrectionis. Qui enim communem resurrectionem repudiat, negat Christi resurrectionem. Qui autem eam negat, reiicit etiam passionem. Qui autem eam reiicit, vnà etiam tollit ex virgine natiuitatem. Iure ergo fundamenti signaculum appellauit fidem resurrectionis. **COGNOVIT** dominus qui sunt sui, & Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. ] Sunt hæc verba scripturæ. Vtrunque autem posuit in tempore, iubens & iis qui crediderunt vt fugiant malorū consuetudinem, & non a gre ferant eorum insultus & infurrectiones. Vniuersorum enim Deus ab initio præuidit & eos qui credunt, & eos qui aduersus veritatem sunt aperte bellum gesturi. Deinde & conuenientem ponens similitudinem, eis ex ea affert consolationem. **IN** magna autem Domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. ] Magna quidem domui assimilauit mundum, vasis autem aureis eos qui resplendent pietate ac virtute. **Argenteis** autem eos qui cum virtute & iustitia vitam ciuilem amplectuntur. **Ligneis** verò & fictilibus, eos qui viuunt in impietate & improbitate. Sed illa quidem natura discreuit ac distinxit. Hæc autem, mens ac voluntas & pretiosa & vilia contemptaque effecit. Hoc enim docet ea quæ subiunguntur. **SI** quis ergo emundauerit se ab istis: erit vas in honorem sanctificatum & vtile Domino ad omne opus bonum paratum. ] Postquam sic ostēdit eius quod est melius electionem a voluntate & animi sententia pendere, de iis quæ sunt agenda ei exhortationem adhibet. **IUVENILIA** autem desideria fuge. ] Hoc est, delicias, risum immoderatum, vanam gloriam, & quæ sunt his similia. Porro autem dicit etiam quæ sunt agenda. **SECTARE** verò iustitiam, fidem, spem, & charitatem, & pacem cum iis qui inuocant Dominum de corde puro. ] Fieri enim potest vt omnes diligamus, quoniam hoc etiam iubet lex Euangelica. Diligite inimicos vestros. Non licet autem pacem habere cum omnibus, hoc enim opus habet communi electione ac voluntate. Tales autem sunt omnes qui ex puro corde Dominum inuocant. **STVLITAS** autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quod generant lites. ] Tales sunt disputationes, quæ ex contentione fiunt, & non propter aliquam vtilitatem. **SERVVM** autem Domini non oportet litigare. ] Oportet enim eum cui diuina doctrina prædicanda est credita, ea prædicare absque contentione. Hoc enim subiungit. **SED** mansuetum

& non est in Græco.

ἐπὶ πλείον γὰρ αὐτῶν  
καὶ ὄψιν ἀσθενείας  
ad ampliorē. n. impietatem proficient.  
νομῶν ἐξ ἧς, depassio ē habebit, id est, exedet.  
περὶ τὴν ἀλήθειαν  
ὡς ὄψιν, circa veritatem a scopo aberrarunt.  
ἀναστρέψαι, subuertunt.

ἡ δὲ βασίς  
τῆς ἀληθείας  
ἀποδοξασθε  
δοξασθε  
ἀποδοξασθε

ὀνομαζῶν, qui nominat.

ἡ δὲ βασίς  
τῆς ἀληθείας  
ἀποδοξασθε  
δοξασθε  
ἀποδοξασθε

ἡ δὲ βασίς  
τῆς ἀληθείας  
ἀποδοξασθε  
δοξασθε  
ἀποδοξασθε

μὴ τὰ ἀνάγκη, cū omnibus.

Luc. 6.

ἀπειθήνους, inruditas.

ἡ δὲ βασίς  
τῆς ἀληθείας  
ἀποδοξασθε  
δοξασθε  
ἀποδοξασθε

**A** suetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati. ] Qui enim cum paterna mansuetudine iis qui non credunt doctrinam tradit, & eorum contradictiones fert toleranter, etiam valde Hæreticis persuadebit. Ipsum etiam docet vt in doctrina perseueret, & ne de eis desperet qui sermonem prædicationis non facile suscipiunt. **NE** quando Deus det illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. ] Verisimile enim est eos supernum auxilium consecuturos, & è Diaboli laqueis euasuros, & cognituros quanta sit differentia veritatis & mendacii. Deinde prædicit futuram in plurimorum ecclesiis perniciem, docens ne ægre ferat aliquorum socordiam, vtpotè quòd quæ futura sunt futura sint longè deteriora.

*Αδελφού, in docendo facilem.*

CAP. III.

**H**OC AVTEM scito quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Et erunt homines seipfos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. ] Existimo prædictum esse hoc tempus. His enim malis vita nostra plena est, & pietatis speciem præ nobis ferentes, improbitatis simulacrum per opera construimus. Pro Dei enim amatoribus

*ἔσονται γὰρ, erunt enim. φιλάργυροι, pecunia amici. ἀνόητοι, impii ac nefarii. ἀσεβῆται, beneuolentia expertes. ἀσυνδοί, nullum fœdus habentes ἀχρηστοί, impotentis, seu intemperantes. ταραχῆς, temerarii. ἕρμηνεοι, qui abnegauerunt.*

**C** amatores pecuniæ euasimus: & animi perturbationum ac vitiorum seruitutè amplectimur, & reliqua, vt semel dicam, in nobis videre licet quæ prædixit diuinus Apostolus. Eorum autem consuetudinem vitare iussit eos qui Timothei curæ erant crediti per ea quæ sequuntur. Dicit enim. **ET** hos deuita. ] Pergens autem in accusatione, hæc quoque adiicit. **EX** his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas abducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. ] Huius etiam Prophetiæ finem videmus. Plurimi enim qui prophetiam Apostolicam ne suspicantur quidem apertè etiã hæc delicta committunt. Deinde ea narrando quæ olim acciderunt, iis qui

*ἐπιθυμίας ἐν ἡδοναῖς ποικίλαις, desideriiis & voluptatibus variis. εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἰδούσιν ὅτι δυνάμει, ad agnitionem veritatis venire non valentes.*

**D** propter hæc animi angebantur adhibet consolationem. **Q**UEMADMODUM autem Iannes & Iambres resisterunt Moyfi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobici circa fidem. ] Solet, inquit, cum frumento nasci & crescere lolium, habuerunt semper aduersarios, prædicatores veritatis: Quid Mose in pietate ac vera religione clarius? & tamen ille quoque habuit viros præstigiatores, qui veritati apertè repugnabant. Eorum autem nomina didicit diuinus Apostolus non ex diuina scriptura, sed ex non scripta Iudæorum doctrina. Consentaneum est autem ei quoque reuelasse gratiam ipiritus. **S**ED ultra non proficiet. Insipientia enim eorum manifesta erit in omnibus, sicut & illorum fuit. ] Non est autem hoc contrarium iis quæ prius dicta sunt. Illic enim eos dixit ad ampliorem impietatem profecturos: hic autem, de eorum deceptione dixit illud, Non proficiet. Pro eo quod est, Non diu latebunt pietatem præseferentes, sed celerimè detegentur. Postquam hæc ita prædixit, seipsum proponit exemplar discipulo. **T**V autem assecutus es meam doctrinam. ] Hoc est, veritatem per prædicationem. **I**NSTITVTIONEM. ] Vitæ meæ in agendo traductionem. **P**ROPOSITVM. ] Rectè didicisti scopum meum ac institutum. **F**IDEM. ] Quam nã habeo in Dominum affectionem. **L**ONGANIMITATEM. ] Quomodo fero fratrum delicta. **D**ILECTIONEM. ] Quàm omnibus bene velim. **P**ATIENTIAM. ] Magno & forti animo ferã aduersariorum impetus. **P**ERSECVTIONES passionis. ] Deinde ei nonnullas in memo-



riam reuocat. QV ALIA mihi facta sunt Antiochia, Iconii, Ilystris, quales A  
 persecutiones passus sum, & ex omnibus eripuit me Dominus. ] Aliis relictis  
 ea quæ in Pisidia & in Lycaonia sibi euenerunt in memoriã reuocauit. Erat  
 n. ex Lycaonia is ad quẽ scripsit, & ea erant ei aliis notiora. Ostendit etiam  
 diuinũ auxilium, Discipulo addens animũ. Deinde dicit, & veluti dẽfinit ea  
 quæ veritatis alumnis eueniunt. ET omnes qui volunt piẽ viuere in Chri-  
 sto Iesu, persecutionem patiuntur. ] Communis enim hostis, vel per homi-  
 nes cum hominibus, vel per proprias cogitationes cum eis bellum gerit.  
 MALI autem homines & seductores proficient in peius errantes, & in er-  
 rorem mittentes. ] Suis enim opem fert exitialis humani generis hostis: B  
 & veluti quidam pædrotriba, cuius munus est exercere pueros, ad vitii exer-  
 citationem eos vngit ac confirmat. TV autem permãne in iis quæ didicisti,  
 & credita sunt tibi. ] Firmam ac stabilem serua doctrinam, cuius verita-  
 tem didicisti experientia. Hoc enim dixit illud, Quæ credita sunt tibi. Ete-  
 nim & Apostoli miracula viderat, & ipse multa talia fecerat. Deinde osten-  
 dit etiam quanta fides sit habenda magistro, ea ratione doctrinam efficiens  
 stabiliorẽ. SCIENS à quo didiceris. ] Ei quoque reuocat in memo-  
 riam suam in pietate educationem. ET quod ab infantia sacras literas no-  
 li, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. ]  
 Et quoniam eum in sacris literis tantum posse testatus est, docet etiam vtili-  
 tatem quæ ex eis oritur. OMNIS enim scriptura diuinitus inspirata, utilis C  
 est. ] Distinctione vtens, separauit scripta humanæ sapientiæ. Scripturam  
 autem diuinitus inspiratam nominauit spiritalem. Gratia enim diuini spi-  
 ritus locuta est per Prophetas & Apostolos. Deus est ergo sanctus spiritus,  
 siquidem verè, vt vult diuinus Apostolus, à Deo est inspirata scriptura spi-  
 ritus. Docet etiam species vtilitatis. AD docendum. ] Quæ enim igno-  
 ramus, ex ea discimus. AD arguendum ] Sceleratam enim vitam nostram  
 arguit. AD corripiendum. ] Hortatur enim vt qui aberrarunt in rectam  
 viam redeant. AD erudiendum in iustitia. ] Nos enim docet genera vir-  
 tutis. VT perfectus sit homo Dei ad omne bonum opus instructus. ] Hac  
 autem omnia Deo vniuersorum perfectionem ascribunt & attribuunt. Post- D  
 quam sic ostendit vtilitatem, quæ ex scriptura à Deo inspirata proficiscitur,  
 iubet eam omnibus tradere, & testatione sic terret.

ὁλοῦν, erudire.

ἐδιδραμοῦ, à Deo  
inspirata.

πρὸς δὲ διδασκαλίαν  
 ad doctrinam.  
 πρὸς ἐλεγχόν, ad re-  
 daigutionem.  
 πρὸς ἐπιβουλήν,  
 ad correctionẽ.  
 πρὸς παιδείαν τῆς  
 ἐν δικαιοσύνῃ, ad  
 eruditionẽ quæ  
 est in iustitia.  
 ἄρτιος, integer,  
 κατεργασμένος,  
 perfectus.  
 μαρτυροῦμαι ἕν  
 ἐν, testificor itaq  
 à, κυρίου Ἰησοῦ, &  
 Domino Iesu.

1. Cor. 3.

ἐλεγχόν ἐπιτιμῶν,  
 ἀρτιοῦ, arg-  
 gue, increpa,  
 exhortate.

CAPVT IIIII.

TESTIFICOR coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos  
 & mortuos, per aduentum ipsius & regnũ eius, prædica verbum. ]  
 Timens quidem Apostolus reddendam rationem, discipulum suum vrget  
 frequenti obtestatione. sed etiam hoc ipsum facit ex charitate, volens eum  
 reddere clarum & suspiciendum. Et eum incitans vt liberè prædicaret, mor-  
 tuorum & viuorum iudicem Dominum appellauit, quoniam & mortuos  
 suscitatur, & ducit ad iudicium, & ab eis qui in tempore consummationis in-  
 ueniuntur incorruptione indutis rationem exiget. Omnes enim, inquit,  
 non dormiemus, sed omnes immutabimur. INSTA, opportune, importu- B  
 nè. ] Nihil quod sit importunè, laudatur. Non iubet ergo eum sine delectu  
 & temere prædicare, sed existimare omne tempus ad id esse aptum & oppor-  
 tunum. Hoc enim & ipse quoque semper fecit, & in carcere, & in naui, &  
 mensa apposita: Testantur autem quæ Philippis, quæ in Troade, quæ in ma-  
 ri facta sunt. ARGVE, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. ]  
 Hoc solent etiam facere docti medici. Occultum enim vitium primum se-  
 cant, & acerbioribus vtuntur medicamentis, deinde lenia applicant. Est ita  
 que redargutio similis sectioni. Increpatio autem medicamentis austeriori-  
 bus.

**A** bus. Lenibus autem exhortatio. Sed quoniam vsu ueniebat vt nonnulli cura-  
tionem oblatam non admitterent, de iis quoque necessario ea docet quæ  
conuenit. ERIT ENIM tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt:  
sed ad sua desideria coaceruabunt sibi Magistros, prurientes auribus, & à  
veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. ] Illud  
prurientes auribus, posuit pro eo quod est, Delectati, quoniam voluptatē  
aliquam parit aurium pruritus ac fricatio. Huiusmodi autem sunt etiam fa-  
bulosæ doctrinæ, quæ delectationem habent non utilitatem. TV VERO  
vigila in omnibus. ] Vigilantem habeas cogitationem. LABOR A. ] Vir-  
tutis labores amplectere. OPVS fac Euangelistæ. ] Fer lubenter pericula  
quæ subis pro pietate. MINISTERIVM tuum imple. ] Siue credunt, siue  
non, eis trade doctrinam. Ita facies rem conuenientem tuo ministerio. De-  
inde docet etiam propter quam causam multis apud eum vitur exhortatio  
nibus. EGO enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. ] Sum  
iam in fine certaminis. Libationem autem vocat suam occisionem, vt pote  
pro pietate fusō sanguine. BONVM certamen certavi. ] Aduersus enim  
vniuersam Diaboli cateruam dimicans, fusis ac profligatis hostibus tro-  
phæa erexi. CVRSVM consummaui. ] Maxima enim parte terræ & maris  
obita, eos illuminauit qui in ignorationis tenebris detinebantur. FIDEM  
feruauit. ] Nullus enim eam mihi surripuit, non populus, non orator, nō  
**C** Rex, non Tyrannus, non ipse Diabolus. Iam verò ostendit etiam præmia  
certaminum. IN reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. ] Iustitiæ au-  
tem coronam dicit eam quæ iustis est parata, quæ iusta datur sententia.  
QVAM reddet mihi Dominus. ] Quando? IN illa die. ] Vndenam po-  
test hoc constare? IUSTVS iudex. ] Noui ipsum iustum, noui etiam iu-  
dicem. In iudicio confido, & expecto sententiam. Deinde etiam omni-  
bus pietatis alumnis affert consolationem. NON solum autem mihi, sed &  
iis qui diligunt aduentum eius. ] Est enim semper tempus dilectionis, amat  
autem Domini aduentum qui illius leges sequitur, & ex illis vitam suam in-  
stituit. Is enim cum spe bona diuinum expectat iudicium. Hæc autem non  
dixit glorians, sed discipulum adhortans; vt perpetuo pergat fortiter decer-  
tare, vt pote quod sint propositæ coronæ quæ nullo tempore conuiescunt.  
Deinde eum ad se vocat: FESTINA ad me venire cito. ] Illud Cito, in-  
nuit fore vt breui excedat. Dicit etiam causam vocationis: DEMAS enim  
me reliquit diligens hoc sæculum, & abiit Thessalonicam. ] Hic etiam  
vnus erat ex adiutoribus & iis qui valde laudabantur. Salutant te enim in-  
quit, Demas & Lucas mei adiutores. Sed Demas relicto in periculis Apo-  
stolo, excessit ex vrbe, consulendum ratus suæ salutī per separationem.  
CRESCENS in Galatiam. ] Gallias sic appellauit, ita enim appellaban-  
tur antiquitus. Ita etiam nunc eas nominant qui sunt externæ doctrinæ  
**E** participes. TITVS in Dalmatiam. ] Hi sunt liberi ab illa reprehensione.  
Ab eo enim missi fuerant gratia prædicationis. LVCAS est mecum solus. ]  
Qui scripsit Euangelium, & Actus Apostolorum. MARCVM assume, &  
adduc tecum, est enim mihi utilis in ministerio. ] Maximum est encomium  
diuini Pauli testimonium. TYCHICVM autem misi Ephesum. ] Hinc  
manifestum est beatum Timotheum hoc tempore non Ephesi sed in aliquo  
alio loco fuisse. PENVLAM quam reliqui Troade veniens affer tecum, &  
libros, maximè autem membranas. ] Membranas appellauit volumina. Ro-  
mani enim ita membranas appellant. Diuinas autem scripturas olim habe-  
bant in voluminibus. Ita etiam in præsentem diem habent Iudæi. ALEXAN-  
DER ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi Dominus secundum ope

κινθόμοι, pru-  
rientes nomina  
tium casus.

νῆφε, sis sobrius.

κακοπάθειαν, ma-  
la perpetere.

ἀλλὰ ὁ πάν, sed  
etiam omnibus.

ἢ ὅτι αἰώνια,  
quod nunc est  
sæculum.

ἵς θανάτου, ad  
ministerium.

ἀπολύ, reddat.

ra eius : quem & tu deuita. Valde enim restitit verbis nostris. ] Est præ- A  
dictio, non imprecatio. Iam verò hoc etiam posuit, consolans beatum Ti-  
motheum, & docens ne aduersariorum in ipsos insultus agre ferret. Non  
est autem mirum virum ærarium in eum tumultus excitasse & ei pericula  
creasse, est enim proprium eorum qui sibi manibus victum parant, popu-  
lum concitare. Ita Demetrius Argentarius vniuersam Ephesum in eum  
concitauit. IN PRIMA mea defensione nemo mihi adfuit. Sed omnes  
me dereliquerunt. Non illis imputetur. ] Paternam in eos ostendit affe-  
ctionem. Non enim malignitatis fuit recessus sed timiditatis. DOMI-  
NVS autem mihi adstitit, & confortauit me, vt per me prædicatio implea- B  
tur, & audiant omnes gentes. ] Quando appellatione vsus Romam à Fau-  
sto missus est, defensione audita fuit absolutus, & in Hispaniam profectus  
est, & ad alias gentes excurrrens, eis doctrinæ lucem attulit. Primam ergo  
vocaui defensionem qua in illa profectioe vsus est. ET LIBERATVS  
sum de ore leonis. ] Neronem appellauit leonem, vt qui fuerit Impera-  
tor & crudelissimus. LIBERAVIT me Dominus ab omni opere malo : &  
saluum fecit in regnum suum cœleste. Cui gloria in sæcula sæculorum.  
Amen. ] Non dixit, liberabit me rursus à leone, sed ab omni opere malo.  
Sciebat enim fore vt vitæ omnino finem caperet. SALVTA Priscillam &  
Aquilam, & Onesiphori Domum. ] Viro rursus mulierem anteposuit,  
erat enim omnino virtutis studiosior, & ad ea quæ bona & honesta sunt C  
promptior. Quia autem erat apud eum Onesiphorus, salutauit illius do-  
mum, & per salutationem benedictionem attulit. ERASTVS remansit  
Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. ] & hæc adiecit  
eum incitans vt veniret; & docens omnes suos familiares ab eo diuersis de  
causis abiisse. FESTINA ante hiemem venire. ] Mortem per omnia si-  
gnificat. SALVTANT te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fra-  
tres omnes. ] Meliorum & virtutis amantiorum nomina inseruit: alios au-  
tem communi appellationi vocauit. Dicunt autem Linum magno Petro  
successisse, & Romanorum ecclesiæ post illum sedem tenuisse. DOMI-  
NVS Iesus Christus cum spiritu tuo. ] Ei dedit hanc benedictionem, & D  
adiecit consuetam. GRATIA vobiscum. Amen. ] Seipsum etiam coniu-  
xit ad gratiæ participationem. Quam nobis quoque detur consequi, in-  
tercessionibus eius qui scripsit, & eius qui recepit, & videamus eos in æter-  
nis suis tabernaculis, non procul, vt diues Lazarus, sed iuxta habitan-  
tes, & subiecti illorum principatui. Gratia & benignitate Domini Iesu  
Christi. Cum quo Patri cum sanctissimo Spiritu gloria conuenit & magni-  
ficentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

ἀντιπροσώπων μου,  
& mihi vires de-  
dit.

ὁ πῦρ μου με ὁ κτί-  
σας, & liberabit  
me Dominus.

ὁ κύριος ἡμῶν, Do-  
minus noster.  
μετ' ἡμῶν, nobis-  
cum.

Secunda ad Timotheum scripta est Romæ, quando Pau-  
lus secundo ad Nerōnem adductus est  
Romanorum Cæsarem.

B

## ARGVMENTVM EPISTOLAE

AD TITVM.

**N**on solum iis qui in continenti, sed iis etiam qui in insulis habitabant, diuinus Apostolus doctrinam salutarem attulit, & præter alia, Cretam, ea est autem maxima insula, diuinæ cognitionis luce illuminauit. Cum pietatis autem fundamenta iecisset, beatissimo Tito reliquum ædificandum credidit, quem in epistola ad Corinthios multis ornauit laudibus. Ad eum autem scribit, primum quidem docens quales esse oporteat eos, quibus creditum est diuini sacrificij munus. Deinde etiam accusat aliquos qui ex Iudæis crediderant, qui salutarem prædicationem conabantur corrumpere. Meminit etiam diuinæ œconomiae, eius causam ostendens.

## INTERPRETATIO EPISTOLAE

AD TITVM.



**P**AVLVS seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ. ] Sine discrimine aliquando quidem Christi, aliquando verò Dei se ipsum seruum nominant. Scit enim esse commune dominium. Dixit autem se fuisse creatum Apostolum, vt electione digni crederent, & pietatis ac religionis veritatem agnoscerent, & æternæ vitæ spem acciperent. Deinde ostendit antiquitatem diuinæ prædicationis. **Q**UAM promisit qui non mentitur Deus ante tempora sæcularia, manifestauit autem temporibus suis verbum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum Saluatoris nostri Dei. ] Hæc enim ab initio & ante sæcula visa erant Deo vniuersorum, manifestauit autem quando me probauit, & mihi œconomiae incarnationis prædicationem credidit. **T**ITO dilecto filio secundum communem fidem gratia & pax, à Deo Patre & Christo Iesu Seruatore nostro. ] Generatio naturalis non habet opus assensu eius qui paritur. Partus autem fidei, & eius qui generat consensum requirit. Eth enim qui prædicat verè & sincerè credat, qui autem audit, non ea quæ discit cum fide excipiat, non potest vocari eius qui prædicat filius. In mente enim ac animi sententia talis versatur cognatio. Illud ergo, Germano filio secundum communem fidem, beati Titi virtutem significat. Cùm enim cum Apostolo coiisset societatem fidei, qui cum Patrem vocaret dignus est habitus. **H**VIUS rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ defunt corrigas. ] Ostendit se iecisse fundamentum pietatis. Te enim, inquit, reliqui, vt ea quæ defunt corrigas, & ostendens quænam ea sunt, subiunxit. **E**T constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. ] Dicit etiam quidnam constituerit, & quales nam esse oporteat eos qui huic rei præficiuntur. **S**I quis sine crimine est. ] Nullam dans occasionem iustæ reprehensionis. **V**NIUS vxoris vir. filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ; aut non subditos. ] Eosdem characteres exigit quos in epistola ad Timotheum. **O**POR-  
**T**ET enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem. ] Hinc quoque manifestum est quòd Presbyteros nominabant Episcopos. Cùm enim dixisset, vt constituas in ciuitate Presbyteros, subiunxit. Oportet enim Episcopum esse sine crimine. In vnaquaque autem ciuitate, non

αἰώνια, æterna.  
λόγον αὐτοῦ, ver-  
bum suum.

γερμανίῳ, vero ac  
germano.  
χάρις, εἰρεῖς, ἰρήνη  
gratia, miseri-  
cordia, pax.

ἀνεγκλίβης, nulli  
reprehensionī  
affinis.  
ἢ ἀνυπόβουλα, aut  
immerigeros.

ἀυθάδης, arrogan-  
tem.  
Ἐπιεικής, tempe-  
rantem.  
σοφίῳ, non est  
in Græco.

ἠποκρίτου, men-  
tium seductores  
ἢ δὲ ἐμποιεῖν,  
quibus oportet  
os obstruere.

Ἐπιεικῶς, acriter.  
Ἐπιεικῶς, acriter  
ἠποκρίτου, auerlan-  
tium veritatem.

Ἐπιεικῶς, acriter  
ἠποκρίτου, cum sint  
execrandi, & in-  
obedientes.

Episcopos multos, sed Presbyteros esse mos est. NON superbum, non A  
iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis luci-  
dum, sed hospitem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, san-  
ctum, continentem. ] ἀυθάδης, id est arrogantem, appellat audacem ac  
nimis temerarium. Iracundum autem eum qui meminit acceptæ iniuriæ.  
Vinolentum, ebriosum. Percussorem, eum qui non vt oportet reprehen-  
sione vitur. AMPLECTENTEM eum qui secundum doctrinam est, fide-  
lem sermonem, vt potens sit exhortare in doctrina sana, & eos qui con-  
tradunt arguere. ] Non statuit vt sit disertus, sed diuinorum eloquio-  
rum peritus. Qui ea enim rectè tenet, & iis qui credunt vtilem tradit do-  
ctrinam, & aduersarios conuincit mendacii. Postquam sic formam sacer-  
dotis ostendit, conuertit orationem ad eos accusandos qui quædã adulteri-  
na & corrupta dogmata prædicare aggrediebãtur. SUNT enim multi etiã  
inobedientes, vaniloqui, & seductores, maximè qui de circuncisione sunt,  
quos oportet redargui. ] Dicit etiam quomodo sunt vaniloqui. QVI  
vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gra-  
tia. ] Postquam hæc dixit de iis qui docent contraria, eos qui decepti sunt  
increpat, erant autem ii gentiles, non Iudæi, & hoc apertè docent ea quæ  
subiunguntur. DIXIT quidam ex illis proprius ipsorum Propheta. Cre-  
tenses semper mendaces, malæ bestię, ventres pigri. Testimonium hoc ve-  
rum est. ] Non fuit enim Iudæorum Propheta Callimachus, eius enim C  
est principium huius versus. sed Poëta Græcorum. Sed Poëta quidem pro-  
pter Iouis sepulchrum Cretenses appellauit mendaces. Diuinus autem  
Apostolus eorum verum vocauit testimonium, non fabulas poeticas con-  
firmans, sed Cretensium mentis inconstantiam arguens. Pro eo quod est.  
Vos rectè appellauit mendaces, tales enim estis. Verisimile est autem eum  
qui vocatur Iupiter alibi esse mortuum, eosque temere sepulchrum ex-  
truxisse. QVAM ob causam increpa illos dure, vt sani sint in fide, non  
attendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum, auersantium se à ve-  
ritate. ] Appellauit Iudaicas fabulas, non legem, sed legis interpretatio-  
nem, quæ afferebatur à Iudæis. Huius etiam Dominus ipsos insimulauit. D  
Cur vos transgredimini mandata Dei propter traditiones hominum. Il-  
lud autem, Increpa illos acriter, non est contrarium eius quod dixit, In-  
lenitate docentem. Iis enim qui nondum crediderunt, placidè ac leniter  
tradenda est doctrina: eos autem qui credere profitentur, & ea quæ fidei  
repugnant facere conantur, medicamentis paulo asperioribus medicari  
conuenit. Deinde legalium obseruationum ostendit scopum & institutum.  
OMNIA munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mun-  
dum, sed inquinatæ sunt eorum mens & conscientia. ] Abraham enim  
nullam legem de cibus suscepit, nec quæ ante eum fuerunt pietatis lumina.  
Iudæis autem de eis legem tulit, aliquid aliud moliens; de quo non est nunc  
dicendi tempus. Interpretandi enim, non Iudæos accusandi laborem in  
præsentia suscepimus. De iis autem rursus dixit diuinus Paulus, CONFI E  
TENT VR se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati & in-  
creduli & ad omne bonum reprobi. ] Affirmant enim se colere Deum vni-  
uersorum, iis autem quæ vult apertè contraria faciunt, legem enim certo  
tempore circumscripsit. Ii autem illo tempore legem non implebant. Post  
finem autem temporis, pro lege decertant.

## CAPVT

## II.

T V AVTEM loquere quæ sanam decent doctrinam. ] Ne te, inquit,  
turbent ii qui docent contraria: sed trade, vt soles, diuinam discipli-  
nam

**A** nam. Porro autem dicit etiam quæ nam unicuique ætati conueniant. **SE-  
NES**, vt sobrii sint. ] Vigilare, & semper sobrium esse, & prudentiam ha-  
bere, est ætati conueniens. **PVDICI**. ] Et ornato habitu. **PRVDEN-  
TES**. ] Moderati, & honestæ vitæ studiosi. **SANI** in fide, in dilectione, in  
patientia. ] Vt ipsi & sincerè credant, & charitate in proximum resplen-  
deant, & quæ à veritatis hostibus inferuntur molestias forti & excelso  
animo ferant. **ANVS** similiter in habitu sancto. ] Anus græcè est *προεῦτι*  
*δοξ*. Ita autem appellauit eas quæ consenuerant, non quæ aliquod munus  
susceperant. Qui sacra autem decet habitum, vocauit honestum orna-  
tum. **NON** criminatrices, non vino multo seruientes. ] Hæc etiam po-  
**B** suit in epistola ad Timotheum. **BENE** docentes. ] Deinde etiam docet  
quosnam, & quid docere oporteat. **VT PRVDENTIAM** doceant ado-  
lescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas,  
sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt non bla-  
sphemetur verbum Dei. ] Maritos enim pietatis prætextu relinquere, in  
causa erat vt malè audiret prædicatio. **IUVENES** similiter hortare vt so-  
brii sint. ] Ea enim virtus est summo ornamento adolescentiæ, quando-  
quidem cupiditatis vitium cum ea acrius bellum gerit. Deinde docet quo  
modo oporteat facere vt fides doctrinæ habeatur. **IN** omnibus te ipsum  
præbens exemplum bonum operum in doctrina. ] Sit vita tua exemplar  
**C** archetypum eorum quæ à te dicuntur. Oratio enim cui facta ferunt testi-  
monium, fide digna. Docet etiam ea quæ conuenit facere. **IN** integri-  
tate, grauitate. ] Hæ sunt formæ laudabilium operum. Porro autem di-  
cit etiam qui nam sint fines rectæ doctrinæ. **VERBUM** sanum, irreprehen-  
sibile. ] Talis autem est qui ornatur spiritali gratia. **VT** is qui ex aduer-  
so est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. ] Quando enim &  
quæ dicuntur veritate ornantur, & quæ fiunt iis quæ dicuntur consentiunt  
ipforum etiam maledicorum ora oblitruuntur. **SERuos** dominis suis sub-  
ditos esse, in omnibus placentes. ] Illud in omnibus, pro eo quod est, In  
omnibus quæ pertinent ad corporale dominorum ministerium. Neque  
**D** enim si dominus iubeat impium esse, seruo iubet obedire, & id significant  
ea quæ subiunguntur. **NON** contradicentes, non fraudantes, sed in omni-  
bus fidem bonam ostendentes. ] Benevolentia & libertate ornentur, in-  
seruiendi domino curam gerant. Clarum est autem quod hæc statuerit de  
seruis qui iam crediderunt. Hoc enim etiam subiunxit. **DOCTRINAM**  
saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. ] Est enim laus diuinæ prædica-  
tionis, quod famuli tantam ceperint animi mutationem. Deinde docet  
scopum ac institutum diuinæ œconomix. **APPARUIT** enim gratia  
Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes  
impietatem & sæcularia desideria, sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc  
**E** sæculo. ] Hac de causa homo factus est vnigenitus Dei filius, vt omnes ho-  
mines & dominos & seruos dignaretur salute, eo tendens vt præter impie-  
tatem vitam quoque sceleratam relinquerent. Iam verò nobis etiam re-  
ctam viam reliquit, iubens vt piè ac moderatè vitam ageremus. Porro au-  
tem bonarum quoque actionum nobis fructum ostendit. **EXPECTAN-  
TES** beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & seruatoris nostri Iesu  
Christi. ] Nobis etiam dedit spem gloriosi sui aduentus, in quo se magnas  
remuneraciones daturum est pollicitus. Magnum autem Deum nomina-  
uit Christum, hæreticam blasphemiam redarguens. Domini quoque pas-  
sionem in memoriam reuocat ex iis quæ ab eo facta sunt ea quæ sunt futura  
confirmans. **QVI** dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni

A

αμνοὶ, honesti.  
Cόπερον, tempe-  
rantes.

ὁν ἡγελοῦσιν ἐν-  
εομαρτεῖ, in habi-  
tu qui sacra de-  
ceat.

ἡνα Cόπερον  
ταῖς νῆας, vt mode-  
stas reddat ado-  
lescentulas.  
Cόπερον, tempe-  
rantes sunt.  
ἀγνάς, castæ.  
sobrias, non est  
in Græco.  
ἡμερῶν, Domus  
custodes.  
ἀγαθαὶ ἡγελοῦσιν  
νῆας τοῖς ἰδίοις ἀν-  
δράσιν, bonæ,  
subiectæ viris  
suis.  
Cόπερον, tem-  
perantes.  
ἀναστροφῆς ἀμε-  
τή, integritatē  
honestatem.

ἡ Cόθηος πᾶσιν  
ἀνθρώποις, saluta-  
ris omnibus ho-  
minibus.  
ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέ-  
βειαν καὶ τὰς κατὰ  
καρδίαν ἐπιθυμίας, ne-  
gata impietate.

αεισιων, acqui-  
situm peculia-  
rcia.

ομιλοειν, loqui

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

αυτοισιν, sibi

iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bono- <sup>A</sup>  
rum operum. ] Ea de causa mortem pro nobis omnibus suscepit, vt mortis  
profligata & euerfa tyrannide, ab acerba seruitute illius nos liberaret, &  
suum populum redderet factorum laudabilium amatorem & æmulatorem.  
HÆC loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te con-  
temnat, ] Oportet eum qui est in diuinis disciplinis eruditus, non igna-  
uè ac remissè nec cum vllâ timiditate hoc facere, sed cum libertate docere  
& increpare vbi opus est. CAP. III.

**A**DMONE illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obe-  
dire. ] Et quoniam tunc temporis erant impii qui rerum potiebantur, <sup>B</sup>  
necessario subiunxit distinctionem. AD omne opus bonum paratos  
esse. ] Neque enim principibus in omnibus parendum est: sed vectigal qui  
dem & tributum conferendum est, & honor qui eis conuenit tribuendus.

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

αυτοισιν, non con-

Quod si vt te impie geras iusseris, est apertè contradicendum. NEMINEM  
blasphemare. ] Pro eo quod est. De nullo maledicere. NON litigiosos  
esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homi-  
nes. ] Non sunt hæc contraria iis quæ prius dicta sunt. Quemadmodum  
enim iam dixi, infidelibus quidem iubet nos doctrinam leniter & placide  
tradere: eos autem qui crediderunt, si peccent, audacter arguere. Dicit  
etiam causam cur eos lenes ac mansuetos esse oporteat. ERAMVS enim ali-  
quando & nos insipientes, increduli, errantes, seruietes desiderijs & vo- <sup>C</sup>  
luptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inui-  
cem. ] Priorem nostram conuersationem in memoriam reuocemus, con-  
sideremus quot malis eramus obnoxii: & quòd cum tales essemus, vniuer-  
forum Deus nos salute dignatus est. Feramus itaque nos etiam eorum qui  
adhuc errant, improbitatem. Seipsum autem vna cum eis connumerauit  
Apostolus, non quòd fuerit omnibus criminibus obnoxius, sed vt qui fue-  
rit persecutor, nam nec omnes alijs omnibus fuerant obnoxii, sed hi qui-  
dem hoc, illi verò illud fuerant. Omnes tamen sunt salutem consecuti.

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

αυτοισιν, degen-

ERAMVS enim ali-  
quando & nos insipientes, increduli, errantes, seruietes desiderijs & vo- <sup>C</sup>  
luptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inui-  
cem. ] Priorem nostram conuersationem in memoriam reuocemus, con-  
sideremus quot malis eramus obnoxii: & quòd cum tales essemus, vniuer-  
forum Deus nos salute dignatus est. Feramus itaque nos etiam eorum qui  
adhuc errant, improbitatem. Seipsum autem vna cum eis connumerauit  
Apostolus, non quòd fuerit omnibus criminibus obnoxius, sed vt qui fue-  
rit persecutor, nam nec omnes alijs omnibus fuerant obnoxii, sed hi qui-  
dem hoc, illi verò illud fuerant. Omnes tamen sunt salutem consecuti.

CVM autem benignitas & humanitas apparuit seruatoris nostri Dei, non  
ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam <sup>D</sup>  
saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti  
quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Seruatorem nostrum, vt  
iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem, vitæ aternæ. ]  
Benignitate, inquit, & clementia vsus Dominus, per vnigenitum nos à  
malis prioribus liberauit, per salutarem quidem baptismum nobis conce-  
ssa peccatorum remissione, & nobis denuo creatis ac renouatis, & spiritus  
dono dignatis: ostensa autem via iustitiæ. Iis autem qui ea incedunt, cœ-  
lorum regnum est pollicitus. Et quoniam id sub visum non cadit. Spes  
enim quæ videtur, non est spes, necessario subiunxit. FIDELIS sermo  
est. ] Pro eo quod est, verus, nemo dubitet. ET de his volo te confirma-  
re: vt curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. ] Non sufficit  
enim fides ad salutem iis qui sunt bonis operibus nudati. HÆC sunt bona <sup>E</sup>  
& vtilia hominibus Deo credere, & ex eius legibus vitam instituere. S V L  
TAS autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis  
deuita. ] Stude fugere inutiles disputationes, nullam enim afferunt utili-  
tatem nec iis qui disserunt, nec iis qui audiunt. Hoc enim subiunxit. S V N T  
enim inutiles & vanæ. ] Hæc autem rursus dixit de iis qui ex Iudæis credi-  
derant. De iis etiam scripsit ad beatum Timotheum. HÆR ET I C V M ho-  
minem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quòd subuer-  
sus est qui est eiusmodi, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemna-  
tus. ]

Rom. 8.  
αυτοισιν, fide dignus  
αυτοισιν, fide dignus  
αυτοισιν, fide dignus  
αυτοισιν, fide dignus

αυτοισιν, admo-  
nitionem.  
αυτοισιν, admo-  
nitionem.  
αυτοισιν, admo-  
nitionem.

**A** tus. ] Quando bis vel ter iis qui conantur docere contraria eam quam est doctrinam tradideris, & in malis decretis ac dogmatibus eos perseverare videris, amplius cum eis ne disputes, est enim labor inutilis. **C** V M misero ad te Arteman aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim. ibi enim statui hiemare. ] Nicopolis est oppidum Thraciæ, est autem finitimum Macedonia. Clarum est ergo scriptam fuisse epistolam eo tempore quo versabatur in Macedonia & Achaia. **Z** E N A M legisperitum, & Apollo sollicitè præmitte, vt nihil eis desit. ] Et quoniam beatus Titus eam sequebatur vitam quæ caret possessionibus, necessario subiunxit. **D** I S C A N T autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi. ] Doce eos qui crediderunt eorum curam gerere & necessaria providere iis quibus diuina docendi munus creditum est, conuenit enim eos quoque ferre fructus eiusmodi. **S** A L V T A N T te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. ] Non vult enim aliter amari veritatis magister præterquam ex solo scopo ac instituto pietatis. **G** R A T I A Dei cum omnibus vobis Amen. ] Hæc beato quidem Timotheo scripsit diuinus Apostolus. Nobis autem omnibus quæ ex iis proficiscitur utilitatem præbuit. Iis enim tanquam thesauris communibus fruimur. Utinam possimus & nos conseruare ea quæ collecta sunt. In Christo Iesu Domino nostro. Cum quo Patri, vnà cum sanctissimo spiritu gloria honor & potentia, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Dei, non est in Græco.

Epistola ad Titum Cretensis ecclesiæ, scripta est  
Nicopoli oppido Macedonia

### ARGVMENTVM EPISTOLAE

AD PHILEMONEM.

**P** hilemon erat ex numero eorum qui crediderant, erat autem ex ciuitate Colassis. Quinetiam domus eius mansit usque in hodiernum diem. Huius famulus nomine Onesimus, aliquid suffuratus; aufugiens in Apostoli retia inciderat. Agebat autem eo tempore Roma in carcere diuinus Apostolus. Cum ergo eum illic baptizasset, ipsum ad Dominum remisit, hac scripta epistola. Qui ergo serui fugitiui mastigia & suis curam non abiecit, sed eum spiritali doctrina dignatus est, quemnam unquam neglexit?

### INTERPRETATIO EPISTOLAE

AD PHILEMONEM.

**P** HILEMON vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater: Philemoni dilecto, & adiutori nostro, & Apphia sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ quæ in domo tua est, gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo. ] Vinctum seipsum appellauit, per vincula suam petitionem fide dignam efficiens. Propter vos enim, inquit, mihi sunt iniecta vincula. Si enim voluissem in otio vitam agere, & non orbem terrarum obire, & omnibus prædicare Euangelium, hæc ego non subiissem. Laudat autem Philemonem, eum adiutorem & cooperarium appellans. Coniugem quoque illi coniungit, vt quæ esset fidei particeps, erat autem verisimile eam, si fuisset præter-

συνεργός, cooperatori.  
Sorori, non est in Græco.  
ἀγαπῆς, dilectæ.



Col. 4.

ἀρετῆς, nomen  
malè audiebat  
tempore Theo-  
doreti.

ἔργον τὸν κύριον Ἰη-  
σοῦν, erga Domi-  
num Iesum.  
ἐνεργῆς, efficax.

ἐλευθέρωσάν, liber-  
tatem.  
ὁμιλοῦν, hor-  
tor.

ἑταῖρος ὢν, cū sim  
talis.

ἀσποδῆς μου, vincu-  
lis meis.

ἑταῖρος

missa, fuisse etiam repugnaturam iis quæ scribebantur. Archippo autem **A**  
 fuerat eos docendi munus creditum. De eo enim scripsit ad Colassenses.  
 Dicite Archippo. Vide ministerium quod accepisti in Domino vt ipsum  
 impleas. Ipsum quoque adsumpsit in societatem exhortationis. Adhæc au-  
 tem, vniuersam quoque domum nominauit ecclesiam, vt quæ esset pietate  
 decorata. Vt etiam famuli ab Apostolo honore affecti, opem ferrent eius  
 exhortationi. Beatus autem Paulus nominauit dilectam Philemonis coniu-  
 gem, vt quæ fide esset ornata. Nemo autem miretur si nunc aliqui hoc  
 verbo offenduntur. Qui enim re male vsi sunt, effecerunt vt male audiret  
 vocabulum, erat autem olim nomen honestum & laude dignum. **GRA-**  
**TIAS** ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis,  
 audiens charitatem tuam & fidem, quam habens in Domino Iesu & in  
 omnes sanctos, vt communicatio fidei tuæ euidenter fiat in agnitione omnis  
 operis boni in vobis in Christo Iesu. ] Precans, inquit, semper tui memi-  
 ni, & propter ea quæ rectè & ex virtute facis, Deum vniuersorum laudo.  
 Scio enim quantam fidem susceperis in Dominum qui nos seruaui, &  
 quantam habes charitatem, & quantam opem feras iis qui diuina magni fa-  
 ciunt, & communem benefactorem oro & obsecro, vt det tibi perfectam  
 bonorum possessionem. **GAVDIVM** enim magnum habui & consolatio-  
 ne in charitate tua quòd viscera sanctorum requieuerunt per te frater. ]  
 Magna enim impletus sum lætitia quòd nullum auxilii genus in sanctos præ-  
 termittas. **PROPTER** quod multam fiduciam habens in Christo Iesu im-  
 perandi tibi quod ad rem pertinet, propter charitatem magis obsecro. ]  
 Cùm possim, inquit, audacter tecum agere vt qui ardentè credideris, &  
 instar Magistri iubere, hoc quidem non facio: sed adhortationem affero.  
 Deinde eius quod dictum est humilitati gloriationem adiicit. **CVM** sis ta-  
 lis vt Paulus senex. ] Vide quis sit qui petit. Sufficit autem nominis men-  
 tio ad efficiendum vt reuereatur vel maximè aduersarius. Qui enim Pau-  
 lum audiit, audit prædicatorem totius orbis terræ, terræ marisque cultor-  
 em, & vas electionis, & alia, ad quæ narranda vel decies mille linguis **D**  
 opus esset. Adiecit etiam senem, ostendens canos germinasse in laboribus  
 ea etiam ratione fide dignam efficiens orationem. Aliud etiam adiungit.  
**NUNC** autem & vinculus Iesu Christi. ] Reuerere Paulum, Reuerere se-  
 nectutem, reuerere vincula, quibus vt veritatis prædicator astrictus sum.  
**OBSEURO** te pro meo filio. ] Quis loquetur potentias Domini? Quis  
 pro dignitate laudabit diuinam benignitatem & clementiam? Mastigia,  
 fur, & murorum effossor, repente Pauli filius factus est. Dicit etiam quo-  
 modo eum genuerit. **QVEM** genui in vinculis. ] Neque enim vincula  
 prohibuerunt ortum spiritalem. Deinde post laudes eius nomen adiecit.  
**ONESIMO** qui tibi aliquando inutilis fuit. ] Vetera reuocauit in memo-  
 riam: sed statim ostendit mutationem. **NUNC** autem & mihi & tibi uti-  
 lis. ] Ostendit diuitias morum mutationis. Non solum, inquit, tibi  
 nunc est utilis sed & mihi. **QVEM** misi tibi. ] Neque enim vt mutatum **E**  
 retinerem in animum induxi. **TU** autem illum, id est mea viscera, susci-  
 pe. ] Meus est, inquit, filius, natus ex meis visceribus. **QVEM** ego vo-  
 lueram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelii. ]  
 Debes mihi ministerium, vt discipulus magistro, volui ergo eum pro te re-  
 tinere, vt tui ministerii mihi debitum exolueret. Videte potentiam Euan-  
 gelii, effecit seruum æqualem Domino. **SINE** consilio autem tuo nihil  
 volui facere, vt ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed volonta-  
 rium. ] Volo enim te deinceps ex eo quæstum facere, vt mentis assensu ex  
 ea ra

**A** ea re vtilitatem capias. Hinc etiam clarum est ipsum predicationem salutarem attulisse Colassensibus. Ad Philemonem enim scribit, tanquam ad discipulum. Hic enim rogat pro Onesimo. Illic autem cum eum tanquam ex voluntate Philemonis administrum cepisset, misit ad Tychicum, ut qui fuisset administer Euangelii. Omnia, inquit, quæ ad me pertinent vobis significabit Tychicus dilectus frater, & fidelis minister & conseruus in Christo, quem nisi ad vos ad hoc ipsum, ut quæ ad me pertinent cognoscatis, & consoletur corda vestra cum Onesimo fidei & dilecto fratre qui est ex vobis, omnia vobis significabunt quæ hic sunt. Philemon enim accipitis literis misit Onesimum ad Apostolum. Ille vero eum misit Colassas cum Tychico. **FORSITAN** enim ideo discessit ad horam à te, ut æternum illum reciperes, iam non ut seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maximè mihi, quanto autem magis tibi, & in carne & in Domino. ] Fuga, inquit, illi fuit bonorum causa. Pro seruo enim inutili verus & germanus frater euasit. Quòd si est meus frater, quanto magis tuus, ad quem pertinet, quantum spectat ad ministerium corporale? si ergo habes me locium, suscipe illum sicut me. ] Quid est his verbis ad persuadendum aptius, & quid vehementius ac magis violentum? Si mea societatis aliquam rationem habendam esse ducis, eum qui suscepit alienam mutationem, tanquam me suscipe. si autem aliquid tibi nocuit, aut debet, mihi imputa. ] Significat oratio eum aliquid fuisse suffuratum Onesimum, & quæ erat suffuratus nequiter consumpsisse. Diuinus autem **C** Apostolus petit ut Philemon ei imputet delictum. Deinde cum maxima gratia confiteretur debitum. **E**GO Paulus scripsi manu mea. Ego reddam. ] Pro schedula hanc habe epistolam, eam ego totam scripsi. Ego & debere & redditurum esse debitum promitto. Deinde ostendit etiam ipsum esse maiori debito obnoxium. **U**T NON dicam tibi quòd & teipsum mihi debes. ] Per me enim, inquit, salutem consecutus es: & hinc constat Philemonem accepisse doctrinam Apostolicam. **I**TA frater, ego te fruar in Domino, refice viscera mea in Christo. ] Illud Fruar in Domino, pro eo quod est, Fruar omnibus tuis bonis in Christo actionibus, videam te locupletem in omnibus bonis spiritualibus. **C**ONFIDENS in obedientia tua scripsi tibi, sciens quòd & super id quod dico facies. ] Noui tuam animi obedientiam. Qua de causa etiam ad te scribo, confidens quòd sis plura præstaturus quàm petierim. **S**IMVL & para mihi hospitium. Nam spero per orationes vestras donari me vobis. ] Hoc quoque non abs re posuit: sed ut expectans eius aduentum, literas quoque reuereatur. **S**ALVTA TE Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, adiutores mei. ] Epaphram hic adiecit, quoniam ipse quoque fuit Colassensis. Ita enim scripsit etiam ad Colassenses. Salutat vos Epaphras qui est ex vobis seruus Christi. Demam posuit ante Lucam, ut qui esset & insignis & eius adiutor. Postea enim reliquit Apostolum, cum hoc amasset sæculum. **G**RATIA domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen ] Has leges sequi conuenit eos quibus obtigit munus tradendæ doctrinæ diuinæ, & ita docere seruos Dominis suis inseruire, ut per omnia laudetur Christus Dominus. Cum quo Patri vna cum sanctissimo Spiritu gloria conuenit & magnificentia nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

Col.4.

ἀλλ' ὡς πρὸς φίλον  
 ἀδελφὸν ἀγαπῶν,  
 sed supra seruum,  
 fratrem dilectū.


καὶ δὲ ἐμὴν, ὥστε  
 reut doner.

FINIS.

Faint, mostly illegible text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.

Ne quis hos B. Theodoreti in quatuordecim Epistolas  
Pauli Commentarios intra annos decem imprimat aut  
alibi impressos diuendat, præterquam cui hoc a Laur.  
Torrentino permiffum est, Iulii. III. Pont. Max. Ca-  
roli V. Imper. Henrici II. Gallorum Regis, Cosmi Me-  
dicis Florent. Ducis II. Priuilegio cautum est, prout in  
singulis eorundem diplomatibus graui multa fanci-  
tum est.

Small handwritten note or signature on the left margin.



In nomine domini Amen. Nos Henricus  
 Rex Anglorum et Normannie et  
 Aquitanie et dux Normannie et  
 Aquitanie et Gascogne salutem  
 in domino sempiternam. Nos  
 Henricus Rex Anglorum et  
 Normannie et Aquitanie et  
 Gascogne salutem in domino  
 sempiternam. Nos Henricus  
 Rex Anglorum et Normannie  
 et Aquitanie et Gascogne  
 salutem in domino sempiternam.

...ham aut ad  
 ...

**Q**uibusdam dicitur quod  
 in ymnis av. tanquam dicitur. **S**icut et dicitur  
 rell et fures hominum et colores et corporum qualita  
 tes et aiora diversitates existunt. Et hic rationes  
 quibus. quos leues. afros versipelles gallos  
 nam feroces et aciores terno videmus. quod nam  
 chnati fat. fat. fat. non nentate sed quada i ad  
 natione ut dispositione. **U**n tucit. apud aucto  
 res q pda gentiu nota designat appetites  
 pdas. ut ille e afer q malignus et versipel  
 lus in hug. **H**ec aut sup eplam ad gala  
 thas sic dicit. **U**na qq puia suas hz ppe  
 tates. **S**icuten sed semp medaces. malas  
 bestias. venaces pigros. be ab epimemide po  
 eta dros. apls coprobat. **D**anos mauros et  
 feroces dalmatas latins pulsat hystroitus  
**T**imidos frigas omno poete lacerat. **A**themis  
 expeditiora nasa iguana phi gunt. **S**ic eos  
 leues. et apud asare sugillat nullus ipm.  
**N**am qui corde et diu ceruice omno septare au  
 quit. **I**n huc modu arbitror et apm gala  
 thas regionis sue appetate pulsat. **O**sen  
 sati galathe. **I**n originali est d' theon i ysaia.

**Q**uibusdam dicitur quod  
 in ymnis av. tanquam dicitur. **S**icut et dicitur  
 rell et fures hominum et colores et corporum qualita  
 tes et aiora diversitates existunt. Et hic rationes  
 quibus. quos leues. afros versipelles gallos  
 nam feroces et aciores terno videmus. quod nam  
 chnati fat. fat. fat. non nentate sed quada i ad  
 natione ut dispositione. **U**n tucit. apud aucto  
 res q pda gentiu nota designat appetites  
 pdas. ut ille e afer q malignus et versipel  
 lus in hug. **H**ec aut sup eplam ad gala  
 thas sic dicit. **U**na qq puia suas hz ppe  
 tates. **S**icuten sed semp medaces. malas  
 bestias. venaces pigros. be ab epimemide po  
 eta dros. apls coprobat. **D**anos mauros et  
 feroces dalmatas latins pulsat hystroitus  
**T**imidos frigas omno poete lacerat. **A**themis  
 expeditiora nasa iguana phi gunt. **S**ic eos  
 leues. et apud asare sugillat nullus ipm.  
**N**am qui corde et diu ceruice omno septare au  
 quit. **I**n huc modu arbitror et apm gala  
 thas regionis sue appetate pulsat. **O**sen  
 sati galathe. **I**n originali est d' theon i ysaia.

